I
00093

I 4-7

BIBLIOTECA
DE LA
UNIVERSIDAD DE SALAMANCA.

Sala Est. Tab. Núm.

I
00093

b1849917x

OMNIPOTENTI DEO: IMMACVLATAE SEMPER VIRGINI MARIAE: VNIVERSAEQVE CAELESTI CVRIAE SPLENDORI: ET ANIMABVS NOSTRIS VTILITATI.

CATALOGVS SANCTORVM ET GESTORVM EORVM EX DIVERSIS VOLVMINIBVS COLLECTVS EDITVS A REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRE DOMINO PETRO DE NATALIBVS DE VENETIIS DEI GRATIA EPISCOPO EQ. VILINO.

Antonii Verli Vicentini ad lectorem endecasyllabon.

Quam tot hæroum legeres olympi
Gesta: millenis reserata chartis:
Qui prius longi spacium terebas
Temporis: reddens uacuam crumenam:
Parcere ambobus poteris: tibi dum
Vendices istud modicum uolumen.
Siquis est: qui se putet ociosum
His parum gaudens breuibus libellis:
Nescit an plures alii supersint.
Clanii ripas: aracynthi obibit:
Mænali: nemo iuga dindymorum:
Dante pæstano uiolas agello.
Labitur nunq̃ rediturus annus.
Cedit in lucrum breuibus uacanti
Tempus: haud ulla stipe comparandum.
Hic beatorum memorantur acta:
Solis ad motum sita circularem:
Vtili nullo mutilata membro:
Rustico uitis uelut amputatur.
Sic resarcita premitur corolla:
Quod prius latis redolebat aruis.
Este sed dentes procul inuidorum:
Posterum forsan magis obstupescent.
Sat dei longe iaculatur ira.
Nam liber dignus ueneratione:
Quippe qui cunctos deceat patronos.
Hunc emat: qui se negat infidelem:
Gratias limæ referens secundæ:
Et boni quisquis fuit auctor huius:
Hoc opus tetro reuocans ab orco.
Pro quibus uirgo: chorus angelorum:
Ista diuorum renitens caterua
Semper assistant solio tonantis:
Quumq; det signum tubicen: solutis
Carcerum uinclis animas abire:
Regis in regum comitentur aulam. .V.

ANTONIVS Veriꝰ Vicētinꝰ christianis salutē. Possemꝰ: & merito q̄dē: ingratitudinis ac inuidiæ nota suggillari: quū omniū pene auctoꝝ uolumia i mediū ꝓdierint: si catalogū scōꝝ: tā ꝓcinnū: elegās: luculentū: & ragꝰ: ut fere unicū opꝰ: oibus cōem cū auctore iacturā: in lucē ꝑiter nō ederemꝰ: & eo ampliꝰ: q̄ ex ipsiusmēt artificis manu fidelē hēmꝰ archetypū. Iccirco: cū ut fidei nr̄æ ꝓducibile q̄q̄ ageremꝰ: tū & apprime: ut torquēda i nos tā q̄ laudis alienæ intercæptores: iacula declinaremꝰ: Hūc quoq; nobis mō accuratissime recognitū pluribꝰ exēplaribꝰ effigiādū curauimꝰ: tot labores & exactas lucubratiōes: quæ ut extinctæ hactenꝰ delituerāt: ab interitu uēdicaturi. Quod oibꝰ putile: & multis fore nō iniucūdū arbitramur: nec pigere eos: q̄ supno calēt igne: huic mystico dinoq; codici bōi aliq̄d ocii tritū ire: ut hic discere ualeant ethice religioseq; uiuere: quū nulla aut rara sit tā remota: tā abstrusa barbaries: cui naturæ uel dei nutu aliq̄s erronea: religio nō colaē. Quā: ut omittamꝰ assyrios: ægyptios: hebræos: quibus semper curæ fuit: ut pontifices imparent: quanti fecerint romani patres: quo cultu: qua reuerētia excoluerint: ex decem principū filiis senatusconsulto ethruriæ: ut ita dicā: uicatim destinatis: sacroq; disciplina imbuēdis: ex priuatis etiā duobꝰ luciis petilio & aluanio: caio fabio sacris onusto: satis luculēter habemus. Et ut extera nō obticeamus: nō ne ex umbilico barbariæ sublatū ebur melitā remisit masanissa? Quorsum hec? profecto ut intelligamꝰ: quod nos deceat: qbꝰ: bone deꝰ: indubitabilis ac uera religio est ꝓpalata. Constāter incūbendū est. sedulo riteq; deo famulandū. Hinc eni luxuriāt uectigalia: florent urbes: ꝓcera pullulat soboles: oia ad uota succedūt. & hoc ipos non latuit quirites: q̄ semp oia post religionē duxerunt: diis curiose libādo: se orbi posse impare nō dubitātes. qđ nisi fecerimus: eā aspnantes: ecce sirio torreē humꝰ. degenerat ꝓgenies. irrepūt pestes. diruta iacent mœnia. cuncta ruunt in præceps. & quod miſabiliꝰ est: illibata nusq̄ seruaē pudicitia. Hác ob cām potitioq; puberes ꝑisse: brenū in semet manū uertisse: & uarrone ꝓsule ad cānas infœliciter dimicatū: senatorii pres uere: & optime iudicarūt. diuina differē ira. nō irritaē. Eia agite nobis nosmet ipsi ꝓsulamus. perimꝰ. ꝓfecto in dies perimꝰ. nec uitæ certā habemꝰ horā. diuinis igiē lr̄is uacādū ē: qbꝰ cælū expugnare instruamur: ubi æternā fœlicēq; uitam degamꝰ. Nō desunt quidē libri: q̄ hac de re nos affatim instituant. sed q̄ lenius excitēt: ardentiꝰ exhortenē: & exēpla: quæ æmulari debeamꝰ: magis idonea subiiciāt oculis: aliunde magis: q̄ ex his uoluminibꝰ decerpere nō possumꝰ: quæ cōcinna historiaq; annexi ōe: uitas sāctoq; omniū: sic inuētu facillimas: ut in ꝑfatione duodecimi huiꝰ innoteſcit: tā succincte tā ꝓfecte ꝑ āni curricula ꝓplectunē: ubi nihil nō excultum: nihil ꝓbatissimoq; uiroq; auctoritatibꝰ nō fulcitū enarraē: ut ne doctissimi qđē debeāt respuere: q̄ tametsi ferulis subtraxerint manꝰ: & aliūde didicerint: discēt tū hinc bene uiuere. nā bonitate nō doctrina tātū uendicaē cælū: ut illud. Indocti rapiūt cælū: cū sciētiis mergimur i ꝑfūdū. Discēt præterea & fidelibꝰ inesse uim animi nō exiguā: ut nō ulteriꝰ tātope penelopes: aut lucretiæ pudicitiā prædicēt: scæuolæ ꝓstātiā mirenē: & attilii fidē sup astra tollāt. Intelligēt christicolas occidi posse: nō superi. cæsaq; immanitates paq; ualere: inter miranda obstupescere: & ꝓfiteri: se orbeꝫ posse uincere: nō animos. Ecquid sunt hæc egregia facinora: turres & fidei nostræ molimina: non inspicienda? minime quidē: quū ꝓcipue sint nullæ domus: nullæ urbes: nullæ nationes nisi christo rebelles: quæ hinc aliq̄d emolumēti sibi adipisci nō ualeāt: Quā facile: qui ꝑ tēpla declamationibꝰ insudant: his auctoritatibus & exēplis regiā auditoribus uiam ꝓsuadebūt? hinc docemur: uirtutes sequi: uitia debellare. & nos: quod nequiuit orbis domitor alexander: nosmet rōni pēdo subiugare: cælū ꝑ stipēdio ꝓsecuturi: & famā i terris haud obscuriorem: q̄ q̄ terrarū mōstra deuicere. Exinde nāq; famā tantū & qđē breuē traxerūt: tot ærumnis uix partā. Hinc merces. Hinc indelebile nomen: & quod hæroum nulli cōtigit: diem insuper sibi ꝓpetuo colendū: syncæra ui animi ꝓpandū. tutius ꝓfecto q̄ credere nos pelago tumidis fluctibus circūquaq; uallantibus: semp in labiis: ut audeā ꝓferre: animas gerentes: ut fœcundi opibus sardonicati & cōchyliati ad inſructuosam huius terreni sæculi gloriā inter urbiuꝫ primates incedere ualeamus. Heu homo infœlix: & uanū animal. longæ: nimis profecto longæ sunt ærumnæ pro tam momētaneis uoluptatibꝰ: quibꝰ æuo tam diuturno acquisitis: tam breui simus carituri. hinc æterna manat gloria & uerus delitiarum thesaurus: multis incognitus: non qualē tagus lusitanis: aut lydiis uehit hermus: harenis. sed quali fruitur ipsa cæli curia. hoc est ditendū. hoc sunt implendæ crumenæ: ne: quum illuc applicuerimus: pecuniis hospitaturi: dicaē nobis. sūt hæc cæsaris nomismata. hic non admittuntur. alio diuertite. His itaq; diuitiis insudemus: ciuili rabie: tyrannica cupiditate: & hostilibus rapinis non surripiēdis: quibꝰ locupletati decoratiq; cælestem hierusalē ingredientes nobis inter summi regis paranymphos locum nanciſcamur: perpetua in terris gloria: æternis in cælo delitiis in æternum fruituri. Valete.

¶IN CHRISTI NOMINE AMEN.
Incipit Prologus totius operis Catalogi sanctoꝝ & gestoruꝫ eorum ex diuersis & multis uoluminibus collecti editi a reuerendissimo in christo patre domino petro de natalibus de uenetiis dei gratia episcopo equilino.

INCREATA SAPIENTIA SVMMI uerbi ex substantia patris ante secula eternaliter generata ſm ordinatissimam sui dispositionē: ex substātia matris in seculo tēporaliter humanata: uolens omnes homines saluos fieri: ut electas sanctorum animas uocaret ad arcem: & ad superne menia ciuitatis: edificauit sibi domum ecclesie sacrosancte septem excisis colūnis fundatam septemplici fundamento: uidelicet septiformis gratie stabilitam: muris munitissimis: & turribus altissimis circunseptā: non quidem sculptis lapidibus: aut manufactis laterib⁹ erectis: sed sanctorum meritis inuisibiliter fabrefactis: incohatam equidem uite presentis decursu: in qua ipsam peregrinari uolu it & cum martha solicite ministrare: perficiendam uero predestinatorum numero future uite successu: in qua in electis dei singulis iam stolis amictis: rursumq; resumptis corporibus duplicibus uestiēdis triumphatura speratur: & cum maria sedule contemplationi uacare. In cui⁹ nempe celestis structura palatii quasi tot inseruntur lapides: quot beatorum merita cumulantur: cuius ecclesie caput christus describitur: ipsiusq; corpus unum efficiunt instar membrorum compagis diuersa officia ministrantium fideles cuncti in unitate fidei omniq; diuersis ex nationibus congregati. Ita quidem ut ipso capite per membra singula uitalem spiritum influente sic inuicem cōnectantur: ut alterum alterius officio egeat: dum christi legem adimplent: alter alterius onera supportando. Et sicuti uiatorum cura solicita currēs in stadio: quatenus brauium apprehendat: comprehensorū precibus iuuari desiderat: sic & triumphantium gloriosa sublimitas dum dei uisione beatur in celis militantium celebritate deuota uenerari letatur in terris. Ac per hoc quod utriq; amant: illi iam adepti per hos optant obtineri: hi uero obtinendum per illos sperāt adipisci. Conuenit itaq; deuotioni fidelium sanctorū certamina diligenter recolere: quatenus eorum exemplis atq; suffragiis sic dirigamur in uia: ut eorum consortio sociemur in patria. Quis autem mortalium intellectus sciti sanctorum numerum infinitum deprehendere ualeat? Quis enim stellas dinumerare queat? nisi solus ille qui stellas claudit sub signaculo: qui & numerat multitudineꝫ stellarum: & omnibus eis nomina uocat. Si enim abrahe a deo pro impossibili suadet: inspice celum: & numera stellas: si potes: & additur: sic erit & semen tuum: quod certe non de filiis abrahe ex uoluptate carnis & hominis semine propagādis: sed de filiis ecclesie ex dei bonitate & spiritus adoptione generandis: dabatur intelligi. dum soli eterne sapientie stellarum numerositas nominā da seruatur: humane cognitioni sanctorum infinitas cognoscenda precluditur. Quomodo eni uel facile curiosus quisq; cunctator etiam omniuꝫ si facultas adsit: que a mūdi exordio conscripta sunt: rimator uoluminum: sanctorum gesta: uitas: passiones: & nomina colligere audeat: cum ex martylogio beati hieronymi chronographorum cunctoruꝫ scrutatoris soliciti: certo & unico die anni decimo scilicet calendas martii apud tyꝛ ciuitatem beatorum martyrum quorum numerum solius dei scientia colligit pro christo passorum: festum contingere legatur. Et in eiusdem prefatione libelli quem chromatio & heliodoro episcopis dirigit: eundem doctorem astruentem audiat: nullum dierū per totum anni circuluꝫ pertransire: in quo plusq̄ octingentoꝝ uel nongentorum militū martyrum in diuersis mundi partibus occisorum anniuersarium non occurrat. Vltra quos etiam sanctorum ueteris testamenti patrum & prophetaruꝫ: nouiq; pariter apostolorum discipulorum doctorum confessoruꝫ anachoritarum & sanctarum uirginum ordines superadditi: qui plures martyribus extitisse creduntur: infinito martyrum infinitatem excellunt. Porro & ubi sanctorum omnium gesta a maioribus descripta fuissent: quod nec asserere quis presumit: ea tamē uidere nec tempus ad legendum sufficeret: nec studium preualeret. Cum igitur sanctorum infinitatem numerare uel nominare non liceat: de multis uel pauciſſima breuius exarare sufficiat: ceterorum ignotorum numero diuine notioni relicto: exemplo peritorū qui de astrorum scientia philosophati sunt: potissime autem famosissimi illius astrologi ptolemei: qui ex omni celorū ambitu preter septem planetas centum & quinquaginta septem astra tantummodo sibi nota: eorumq;

proprietates & motus descripta dimisit. Ad quorum instar doctores eximii & sacrorum uoluminũ historiographi ex infinito sanctorum numero summam exiguam militanti ecclesie notam decerptamq; colligerunt & uenerandam in eorum opusculis posteris reliquerunt: per hoc arbitrãtes (ut pie credit) sic in pauçorum notorum modicitate ceterorum ignotorum infinitatem a fidelibus coli: sicuti eterna sunt in patria charitate coniuncti: ubi gloria singulorum est gloria cũctorum: & gloria cunctorum est gloria singulorum. Ex quibus post diuine pagine ueteris & noui testamenti elogium a sanctis patribus diuino flante spiritu diuersis uoluminibus compilate: in qua non nulla sanctorũ christum humanitate precedentiuꝫ & primitiue ecclesie fundatorũ acta conscripta sũt. Que petrus comestor historie scholastice opere elegantius declarauit. Prior & potior ille eusebius cesariẽsis ecclesiastice historie uolumie: a capite ecclesie christo initians & usque ad sua tempora chronicam protendẽs omnium pene martyrum cunctaruꝫ prouinciarum historias texuit & passiones & certamina luculenti stilo digessit. Cuius opus rufinus aquileiensis presbyter de greco transferens in latinum: & non nulla sanctoruꝫ acta intermiscens ac subsequentis adiiciens temporis continuãdo protraxit. Inde quoq; hieronymus prenominatis episcopis martylogium omnium quos ut cunq; inuenire potuit: pro christo passorum usq; ad sua tempora copiose dictauit. Eundem quoq; libellum usuardus & ado chronographi insignes: confessorum festiuitates: que i primitiua ecclesia minime colebantur: addentes celebritatibus martyrum ampliarunt. Ceterum & his exceptis alii plurimiq; fuerunt legendarum sanctorum scriptores illustres: utpote ambrosius & augustinus doctores egregii i pluribus eorum uoluminibus & libellis. Gregorius in libro dialogoruꝫ. Hieronym⁹ in uitis patruꝫ: & i libro de uiris illustrib⁹. Gennadius in eiusdem nominis intitulato libello. Beda presbyter in gestis anglorum. Gregorius turonensis in gestis francorum. Heraclides in libro de paradiso. Odo uiennensis archiepiscop⁹. Hugo de sancto uictore. Hellinãd⁹ & sigibertus ac guilelmus antisiodorensis: Nec non frater bartholomeus in chronicis suis. Casiodorus insuper in historia tripartita quam de greco transtulit in latinum. Frater uincentius in speculo historiali. Et frater martinus in sua chronica martiniana: aliiq; multi quorum & si opuscula leguntur: nomina subticentur. Demum frater iacobus de uiragine ordinis predicatorꝫ uenerabilis archiepiscopus ianuensis sanctorum gesta quorum solennia ab ecclesia precipue recoluntur: & in calendariis ascribuntur: generaliter collegit: & compendio breuiauit. Nouissimus omnium frater petrus calo uenetus eiusdem ordinis: sanctorum multorum quoruꝫ uitas passiones & nomina undecunq; sumere ualuit grandi uolumine & diffuso opere dilatauit: quod eius prolixitate nedum cõmendare memorie: sed nec intente quis legere poterit: nisi longeuitate temporis & assiduitate lectionis. ¶ Hec igitur attendens ego petrus de uenetiis equilinus episcopus inter sacerdotes minimus & ecclesie prelatos indignus sanctoruꝫ exiguitatẽ: ecclesie notam ex prenominatis omnibus codicibus & uoluminibus: nec nõ ex aliis pluribus diuersarum ecclesiarum antiquis libris & passionariis: quoscũq; inuenire potui non sine multis laboribus crebrisq; uigiliis studiosius recollectam: & per cõsequens ceterorum beatorum nobis ignotorum infinitam multitudinem breui opusculo: cupiens ut deus annuerit honorare: quatenus eoruꝫ meritis post agonem coronam excipiam: & ne talentum mihi qualiscunq; gratie creditũ terre suffodiaꝫ: quinimmo domino & si non quincuplatum: uel saltem restituam duplicatum: ad utilitatem filiorum militantis ecclesie: sanctorum omnium noui ac ueteris testamenti nomina: gesta: uitas: passiones & triumphos compendioso stilo substantialiter recollecta illustrium uirorum fretus auctoritate sanctorumq; omnium capitis iesu christi & beate ipsius genitricis Marie duodecim apostolorum atq; cunctorum superorum ciuium confisus patrocino: presenti catalogo curaui retexere & breuissima oratione narrare. Studiosum lectoreꝫ obsecrãs ut si in opusculo nouo grata reppererit: gratias agens deo totum attribuat. Si uero incõposita aspexerit humane fragilitati ascribat: qđ si dubia aut forte minus credibilia lectitauerit: auctoritati eorum a quibus sumpta sunt fidem adhibeat. Cum libellus nr̃ nulla referat nouo edita: nisi q̃ sola nouit magnis ab auctoribus compilata.

¶ Diuiſio totius operis: per tempora reuolutionis anni.

Voniam autem tam ſacre pagine q̃ ſanctorum teſtimonio chriſti domini & ſanctorum eccleſie unio humano matrimonio comparatur: ipſa ueritate in parabolis atteſtãte: Quod ſimile factum eſt regnũ celorum homini regi: qui fecit nuptias filio ſuo: quod de uerbi dei & noſtre humanitatis cõmercio doctores exponunt: merito ad inſtar temporalium nuptiarum in agni nuptiis quinq; concurrere manifeſtum eſt: uidelicet ipſius matrimonii pertractatio: conſenſus mutui pollicitatio: ſponſe p anulũ ſubaratio: eiuſdẽq; a ſponſo ſolẽnis trãſductio: & per carnalem copulam matrimonii conſumatio: ex qua ſequitur & ſextũ: quod eſt liberorum propagatio. Hec enim omia in uiri & mulieris connubio conuenire nulli ambiguum eſſe poteſt. Totius igitur uite humane decurſus a mundi exordio uſq; ad finem in quinq; partes diuiditur: in quibus premiſſa quinq; in diuino coniugio concurrentia liquido colligere poſſumus: que oia ſancta mater eccleſia per anni circulum in quinq; eius diuiſiouib⁹ repreſentat. ¶ Primum ergo tempus in quo facta fuit agni nuptiarum pertractatio: fuit ab adam uſq; ad aduentum chriſti: in quo more humani contubernii tractat⁹ plurimiq; matrimoniales preceſſerũt: ipſius ſcilicet uerbi & eccleſie unionis: quorum tractatuum & colloquiorum hinc inde habitorum mediatores fuerunt patres & prophete ueteris teſtamenti: incarnationem chriſti nedum fiendam ſummis affectibus poptãtes: ſed etiam affuturã aſſiduis oraculis prophetantes. Hoc autem tempus repſentat eccleſia ab aduẽtus principio uſq; ad natiuitatem domini: in perſonam patrum & prophetarum ipſis diebus chriſtum uenturum flagitans: & quodammodo uaticinans. Et quia tractatus iidem connubiales quadriformiter preceſſerunt: ſcilicet per legis naturalis iſpirationem ab adam uſq; ad abraham. Per indictam patribus circũciſionẽ: ab abraham uſq; ad moyſen. Per collatam legis ſcripte impoſitionẽ a moyſe uſq; ad dauid. Et inſpiratam ꝓphetie conteſtationẽ a dauid uſq; ad ipſum chriſtum. Que quidem quattuor fuerunt quaſi mutui per mediatores ſponſi & ſponſe tractatus & collocutiones diuinum coniugiũ precedentes: non ab re tempus dñici aduentus in quattuor diuiditur ſeptimanas. Quarum prima denotat legis naturalis aſpirationem: unde in dominicali epiſtola mandata naturalis legis continentur: que ſunt honeſte uiuere & proximum non ledere: dicitur enim ibi induamur arma lucis: ſic ut in die honeſte ambulemus: non in cõmeſationib⁹ & ebrietatibus non in cubilibus & impudiciis: quod eſt honeſte uiuere: non in contentione & emulatione: quod eſt proximum nõ offendere. ¶ Secunda deſignat indictam patribus circunciſionem: unde & in epiſtola paulus exclamat dicens: dico enim chriſtũ ieſum miniſtrum fuiſſe circunciſionis ad euacuandas promiſſiones patrum. ¶ Tertia figurat legis ſcripte collationem: unde & in epiſtola paulus in perſonam moyſi legiſlatoris & miniſtri dicit: ſic uos extimet homo ut miniſtros chriſti & diſpenſatores miniſtrorum dei. ¶ Quarta repreſentat prophetie atteſtationem: unde & apoſtolus in epiſtola: perſonam induens prophetarum chriſtum uenturum & propinquum aſſeuerat dicens: gaudete in domino ſemper: iterũ dico gaudete: domin⁹ enim prope eſt. ¶ Secundum tempus: i quo facta eſt uerbi & hominis mutui conſenſus obligatio & ſtipulatio: fuit a chriſti incarnatione uſq; ad eius baptiſmum: in quo tempore uerbum caro factum eſt: & habitauit i nobis: & per incrementa puerilia educatus apparuit quaſi unus ex nobis. Hoc uero tempus repſentat eccleſia a chriſti natiuitate uſq; ad ſeptuageſimam quando uidelicet incarnati uerbi ortus & actus infantie recoluntur: quod etiã tempus in tres ſubdiuiſum eſt deciſiones. ¶ Nam quia filius dei deſcendit ad homines principaliter pro ſalute peculiaris populi iudeorum. Primo agitur de matrimonio inter dei uerbum & hebreorum populum cõtractato: a feſto uidelicet natiuitatis in qua ipſe mũdo editus cõfeſtim & primotenus paſtoribus iudeis per angelos reuelatur: & ab eis uti notiſſimis uiſitatur: uſq; ad epiphaniam. ¶ Secundo agitur de eodem commercio inter idem uerbum & gentiliũ populum approbato: a feſto ſcilicet epiphanie: in qua magis primitie gentium filius dei natus ſtella apparente nunciatur: & ab eiſdem oblatis muneribus adoratur: uſq; ad ipſius octauam epiphanie. ¶ Tertio agitur de utroq; populo in unum ouile per idem cõiugium copulato ab octaua epiphanie uſq; ad ſeptuageſimam: Tunc enim pauli leguntur epiſtole: in quibus & potiſſime in epiſtola ad romanos: Chriſtum deum nedum iudeorum imo & gentium apoſtolus affirmat: & pro utriuſq; plebis ſalute adue-

niſſe euidentius probat. ¶ Tertiū uero tempus: in quo facta eſt dei ſponſe eccleſie per anulum ſubaratio fuit a chriſti baptiſmate uſq; ad reſurrectionem: in quo chriſtus eā uti reginam & ſponſam illuſtriſſimam triplici aureo anulo trium gemmarum incomparabilium deſponſauit: ſcilicet anulo ſaphiri coloris celeſtis fidei: uidelicet ſuperne eidem eccleſie per triennium predicādo. Anulo ſmaragdi hoc eſt uirētis ſpei pro eadem ſe quadragena penitentia affligendo. Et anulo carbunculi: ignite uidelicet charitatis pro eadem mortem acerrimam patiendo: eamq; ſuo precioſo ſanguine redimēdo: hoc autem tempus eccleſia repreſentat a ſeptuageſima uſq; ad paſcha: in quo nempe tempore primis tribus dominicis humanitas noſtra anulo fidei deſpōſatur per chriſti predicationem: de qua tunc in officiis agitur. ¶ Quam predicationē in ipſa ſeptuageſima chriſtus primo per diſcipulos adimpleuit: quando ſeptuaginta duos predicatores ante faciem ſuam miſit: quod in euangelio myſtice denotatur in patrefamilias: qui exiit conducere operarios in uineam ſuam chriſto domino: ſcilicet qui predicatores in eccleſiam intromiſit. ¶ In ſexageſima uero chriſtus eiuſdem predicationis officium per ſeipſum perfecit: quod utiq; euangelio figuratur in ſeminatore chriſto: qui ſemen diuini uerbi exiit ſeminare: quod ipſa ueritas de ſemine predicationis exponit. ¶ In quinquageſima autem eandem predicationem dei filius miraculis confirmauit: quod etiam in euangelio per illuminatum cecum exprimitur: genus humanum ſignificans a cecitate culpe per uerbi dei predicationem illuſtratum. ¶ Sequētibus autem quattuor dominicis: hoc eſt ab initio quadrageſime uſq; ad dominicam paſſionis: dei ſponſa anulo ſpei ſubaratur per chriſti penitētiam: de qua tunc inſignius memoria celebratur: cuius opera in quattuor principaliter cōſiſtūt ſcilicet in ieiunio: oratione: elemoſyna: & pegrinatione: que chriſtus tunc cepit facere et docere. ¶ Iccirco in prima dominica quadrageſime agitur de chriſti ieiunio: de quo in euangelio ſpecialiter cōmemoratur. Nā cum ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus: poſtea eſuriit. ¶ In ſecūda agitur de oratione: de qua in euangelio mentio fit. Nam ideo chriſtus montem thabor excelſum ſubiit: ut oraret: ſoluſq; orās tranſſiguratus eſt: quod licet mattheus taceat: marcus & lucas teſtantur. ¶ In tertia agitur de elemoſyna non quidem materialis pecunie: quam chriſtus pauper unde daret: nō habuit: ſed ſpiritualis gratie: quā egros ſanando conceſſit: ideo in euangelio cecus ſurdus mutus & demoniacus ab omnibus ipſis paſſionibus liberatus introducitur. ¶ In quarta agitur de peregrinatione: ideo in euangelio chriſti itineratio recolitur: Abiit enim ieſus trans mare galilee ꝛc. ¶ Vltimis uero duabus dominicis paſſionis: uidelicet & palmarum eccleſia ſancta anulo charitatis decoratur per chriſti paſſionem: que tūc deuotius excolitur. Et quia duo ſunt precepta charitatis dei: uidelicet amor dei & proximi: ideo talis anul⁹ duabus hebdomadis confertur. ¶ In quarū prima agitur de chriſti paſſione mentali: quam pertulit a iudeis expulſus & effugatus: quod ad litteram in dominicali euangelio & per totam ſeptimanam oſtenditur. ¶ In ſecūda agitur de chriſti paſſione corporali: quam ſuſtinuit in carne paſſus & crucifixus: quod ad litteram in quattuor paſſionibus quattuor euangeliſtarum exhibetur. ¶ Quartum quoq; tempus in quo facta fuit ſponſe per ſponſum ſolennis tranſductio: fuit a reſurrectione domini uſq; ad pentecoſten: quo tempore dominus ſponſam ſuam eccleſiam eius precioſo ſanguine deſponſatam in perſonam ſanctorum patrum de manu inferi eruit: & quodammodo de domo paterna: hoc eſt de preſenti ſeculo nequam eduxit: in animabus & corporibus mirifice dotauit: & ſecum aſcendēte ad celeſtem & propriam patriam feliciter introduxit: quod tempus ad litteram repreſentat eccleſia a reſurrectione domini uſq; ad penthecoſten. ¶ In quo quidem tempore pronuba chriſti figuratiue in feſto reſurrectionis & per octauam de domo patris imo uictrici tyrāni ſcilicet diaboli: qui pater ei⁹ factus fuerat decipiendo educitur: cui & dicitur per pſalmiſtā. Obliuiſcere populum tuum & domum patris tui. quod ambroſi⁹ exponit: ut dictum eſt: ideoq; tale feſtū paſcha: id eſt tranſit⁹ dicitur: quia ſcilicet humana natura de tartaro erepta ad celos aſcēſura tranſiuit. ¶ Secundo ipſa eadem nupta ab octaua paſche uſq; ad aſcenſionem myſtice induit: colitur: & dotatur. ¶ Nam in prima dominica poſt paſcha gloriſicatur i corpore: & dotatur immortalitate. In cuius figura dominica ipſa uocatur i albis: ſtoliſq; candidis neophyti ueſtiuntur: quod denotat dotes corporis immortalis: & in euangelio de gloria corporis chriſti ad diſcipulos ianuis clauſis intrantis agitur: quod eſt figura future corporalis glorificationis. ¶ In reliquis quattuor dominicis ſubſequētib⁹ gloriſicatur in anima: cui⁹ dotes ſunt ſm augu-

ſtinum uiſio & dilectio. ¶ Ideo in ſecūda & tertia dominica repreſentatur uiſio beata i libro apocalypſis: qui tunc legitur: ubi fit mentio de uiginti quattuor ſenioribus & de angelis ac turba magna ſanctorum ſtantib⁹ ante thronum diuina fruentibus uiſione. ¶ In quarta & quinta dominita repreſentatur dilectio in epiſtolis canonicis: que tunc leguntur: in quibus de dilectione precipue pertractatur. ¶ Tertio ipſa eadem ſponſa a die aſcenſionis uſq; ad pentecoſten: ut dictū eſt: ſubarata & feliciter dotata in domū ſpō ſi ſolenniter introducitur: & hoc in perſonā chriſti & patrum glorificatorum. Ideoque tunc cantatur: Aſcendit deus in iubilatione & aſcendit deus in altum captiuam duxit captiuitatem. ¶ Quintum deniq; & ultimum tempus in quo facta eſt diuini matrimonii conſumatio: ex qua ſequitur iugis liberorū procreatio: fuit a die pentecoſtes: & durabit uſq; ad ſecundum chriſti aduētum: quo quidem tempore chriſtus dominus coniugi ſue eccleſie per ſpiritus infuſionem ſpiritualiter unitus: imo & per ſacre euchariſtie ſumptionem corporaliter quodāmodo copulatus filios adoptionis: neq; ex uoluptate carnis: neq; ex uoluntate uiri: ſed ex deo & ſpiritu ꝓpagare non deſiſtit. Et ipſū tempus eccleſia repreſentat a die pentecoſtes uſq; ad aduentum: quod etiam tempus in duas ſubdiuiſum eſt partes. In prima quarum agitur de matrimonii cōſumatione. In ſecunda de filiorum propagatione. Ideoq; coniugium chriſti & eccleſie in principio huius temporis conſumatur. Primo per ſpirituum unionem: que principalis eſſe debet Hoc autem eccleſia repreſentat in feſto pentecoſtes & per octauā: in quo promiſſo ſpirituſancto in filios adoptionis effuſo: membra capiti ſpeciali compage connectuntur. Secundo etiam per corporum copulationē quod eccleſia repreſentat in ſubſequente feſto corporis chriſti uſq; ad eius octauam: in quo agitur memoria illius uenerabilis ſacramenti: per cuius ſumptionē fideles chriſto etiam corporaliter coniunguntur. ¶ In ſecundo autem tempore: uidelicet ab octaua corporis chriſti uſq; ad aduentum filiorum eccclefie generatio propagatur: quorū quidam fuerūt fundatores: ut apoſtoli: qdā edificatores: ut doctores: qdā cōſeruatores ut ꝓfeſſores: qdam defenſores: ut martyres: qdā augmētatores: ut uirgines. ¶ Reliquū itaq; temp⁹ quod reſtat in quinq; partes ſub diuiſum eſt. Nam primo myſtice figurantur filii eccclefie fundatores: ſcilicet apoſtoli a feſto corporis chriſti uſq; ad calēdas auguſti. Et hoc ſub typo regū iſrael & iuda: quorum tunc libri ponuntur: per quos apoſtoli deſignantur: qui certe principes populorū facti: & a deo ſuper omnem terram principes conſtituti cum chriſto in duodecim ſedi bus in die iudicii confeſſuri eidem regi regum conregnare credunt. Nam & matthe⁹ euāgeliſta in generatiōe chriſti ſexdecim reges a dauid uſq; ieconiā ponit: a qbus chriſtus eſt per carnem editus ſignificātes utiq; duodecim apoſtolos: quorum duo euangeliſte fuerunt: & alios duos euangeliſtas: nec non paulum & barnabam doctores gentiū: a quib⁹ dei filius per euangeliū quoad mundi notitiam quodāmō eſt regeneratus. ¶ Secundo figurantur eccleſie ꝓſtructores. ſ. doctores a calendis auguſti uſq; ad calendas ſeptēbris ſub figura ſapientiſſimi ſalomonis cuius tūc libri leguntur: cuiuſq; uices gerūt in eccleſia ſācti doctores diuina ſapiētia imbuti: ex qbus tam in grecorū q̄ latinorū eccleſia quattuor principaliores exiſtunt⁹ per quattuor libros ſapientie deſignati. ¶ Tertio figurantur eccleſie conſeruatores: uidelicet ſancti confeſſores per totum menſem ſeptembris. Et hoc ſub figura ſanctorū iob tobie: eſdre: iudith: & heſter: quorū tunc geſta recoluntur: confeſſionē & patientiā ꝓfeſſorum notantia: qui i tribulatione poſiti mundū carnē & diabolū triumpharūt. ¶ Quarto figurant eccleſie defenſores: hoc ē ſancti martyres per totū menſem octobris: ſub typo ſanctorū machabeorū: quorum tunc libri leguntur: qui uti ſancti martyres pro fide: ſic & illi pro dei lege uſq; ad effuſionem ſanguinis uiriliter decertauerunt. ¶ Quinto figurantur eccleſie augmentatores: ſcilicet uirgines per totum menſem nouembris uſq; ad aduentum: & hoc ſub figura prophetarum: quorum tūc uaticinia recoluntur: q ut plurimum ſpreto carnali coniugio: i corporis & mentis integritate domino ſeruientes: aduentum chriſti & futura tempora per ſpiritum predixerunt. ¶ Nec eſt mirandum quare doctorū & cōfeſſorū tēpus ante martyres ponat: quāuis enim martyres merito & honore utroſq; precedant: & ideo in ordinibus ſanctorū immediate poſt apoſtolos locantur: doctores tamen quia eccleſie magis utilitati profuerunt: in tempore precedunt: nam ut dictum eſt: doctores fuerunt eccleſie conſtructores: martyres uero defenſores. Confeſſores autem ideo premittuntur: quia nemo martyr extitit: qui prius confeſſor non fuerit: quod ſimiliter & de doctoribus dici poteſt: ideo enim martyres paſſi ſunt: quia chriſtum docebāt & confitebant.

¶ Opus ergo presens in duodecim partes siue libellos ad instar duodecim apostolorum: quorū prefectus ecclesie librum presentem incohaui: diuidendum fore disposui. ¶ In primo libro agetur de festiuitatibus sanctorum occurrentibus infra tempus in quo ecclesia representat nuptiarum christi per tractationem & collocutionem: quod est ab aduentu domini usq; ad natiuitatem. ¶ In secundo agetur de festis que occurrūt infra temp⁹ in quo ecclesia representat mutui consensus obligationem & contractationem: quod est a natiuitate usq; ad septuagesimam. ¶ In tertio de illis que occurrunt infra tempus representans sponse subarationem & desponsationem: quod est a septuagesima usq; ad pascha. ¶ In quarto de his que occurrunt infra tempus representās solennem sponse trāsductionem & dotationē: quod est a pascha usq; ad pentecosten. ¶ In quinto de his que occurrunt infra tempus representans matrimonii consumationem & confirmationem: a pētecoste usq; ad octauam corporis christi. ¶ In aliis quinq; libris agetur de festis occurrentibus infra tēpus representans liberorum generationem & propagationem. ¶ Ita q; in sexto libro agetur de festis occurrentibus infra temp⁹ representans filios ecclesie fundatores scilicet apostolos ab octaua scilicet corporis christi usq; ad calendas augusti. ¶ In septimo agetur de festis que ueniunt infra tempus representans filios ecclesie constructores scilicet doctores per totum uidelicet mensem augusti. ¶ In octauo de festis que ueniunt infra tempus representans filios ecclesie conseruatores scilicet confessores per totum scilicet mensem septembr̄. ¶ In nono de his que ueniunt infra tempus representās ecclesie defensores scilicet martyres per totum uidelicet mēsem octobris. ¶ In decimo de his que ueniunt infra tempus representans ecclesie augmentatores hoc est uirgines scilicet per totum mensem nouembris usq; ad aduentum. ¶ Hoc addito: q; quia multorum sanctorum festa: quibus diebus per annum occurrant inuenire non ualui: quorundam ex eis gesta aliquorum sanctorum festiuitatibus subieci: prout mihi congruentius uisum fuit ex aliqua similitudine uel attinentia precedentis aut ex nominis equiuocatione: utpote sancti iuliani cenomanensis festo: cui subiiciuntur acta plurium eiusdem nominis sanctorum: quorum festiuitates nesciūtur: aut ex aliqua temporis congruitate: utpote gesta patrum omnium prime etatis: quorum dies ignoti sunt: que septuagesime applicātur: quia tūc eorum tempora ab ecclesia leguntur: & sanctorum secunde etatis que sexagesime subiiciuntur: quorum etiam acta tunc ab ecclesia recoluntur. ¶ Et notandū q; aduentum domini & cetera festa mobilia ut est pascha cum precedentibus & subsequentibus dependētibus ab eadem: qualia sunt septuagesima & sexagesima qnquagesima quadragesima passio domini ascēsio ⁊c. quia in calendariis sedem certam non habent: sed diuersimode cōtingūt: iuxta quod mihi melius uisum fuit: certis diebus apposui. Nam ut festum sancti andree: quod est primum in officiis: aduentui continetur. Ic circo aduentum domini tertio calendas decembris: hoc est in uigilia sancti andree locaui. Resurrectiōis uero dominice diem sexto calendas aprilis posui: eo q; ad litterā tali die dominus resurrexit: & p consequēs omnia festa a die pasche dependentia tā precedentia q̄ subsequentia illis diebus locanda decreui: quibus eo āno contigissent: quo dominus ad litteram passus est: si tunc temporis celebrata fuissent. ¶ In undecimo uero huius uoluminis libro illorum sanctorū gesta describentur: quorum dies festiui penitus sunt ignoti: & quorum legende in aliqua ceterorum librorum parte nequiuerūt cōmode collocari: aut illorum qui forte p obliuionē quā humana fragilitas euadere plerumq; non ualet: suis locis ponendi forent omissi: uel eorum etiam quorum legen de post ceptum opus de nouo apparere cōtingerēt: quod propter numerositatem sanctorum facile satis esset. ¶ In duodecimo uero & ultimo libro tabula totius uoluminis supponetur: in qua sanctorum omnium per alphabetum nomina conscribentur: & ubi reperiri debeant: quo scilicet libro uel capitulo designata: ut facilius: quod quisq; optauerit eidem occurrat: sicq; totius presentis catalogi materia concludetur.

¶ Explicit diuisio totius uoluminis.

¶ Incipiunt capitula libri primi.

De aduentu domini in carnem i
De aduentu domini ad iudicium ii
De aduentu domini speciali iii
De sanctis saturnino & sisinnio martyribus iiii
De sancto saturnino episcopo & martyre v
De sancto amos egyptio abbate vi
De sancto pasnutio abbate vii
De sancto andrea apostolo viii
De sancto nathanahele discipulo ix
De sancto nathanahele anachorita x
De sancto trophiano episcopo xi
De sanctis diodoro & mariano & eorum sociis martyribus xii
De sancto diodoro episcopo xiii
De sanctis ansano & maxima uirginibus & martyribus xiiii
De sancto proculo episcopo & martyre xv
De sancto albano martyre xvi
De sancto eligio episcopo xvii
De sancta natalia martyre xviii
De sancta bibiana uirgine & martyre xix
De sancto petro chrysologo episcopo xx
De sanctis uero & securo martyribus xxi
De sancto cassiano martyre xxii
De sanctis claudio hilaria & sociis martyribus xxiii
De sancto lucio rege & confessore xxiiii
De sancta barbara uirgine & martyre xxv
De sancto meletio episcopo ponti xxvi
De sancto meletio episcopo antiochensi xxvii
De sancto clemente presbytero xxviii
De sancto sabba abbate xxix
De sancto basso episcopo & martyre xxx
De sancta crispina uirgine & martyre xxxi
De sancto dalmatio episcopo & martyre xxxii
De sancto nicolao episcopo & confessore xxxiii
De sancto nicolao papa primo xxxiiii
De sanctis dionysia datiua & sociis martyribus xxv
De sancto ambrosio episcopo & doctore xxxvi
De sancto agathone martyre xxxvii
De sancto agathone abbate xxxviii
De sancta phara uirgine xxxix
De sancto martino abbate xl
De sancto genebaudo episcopo xli
De conceptione beate marie uirginis xlii
De sancto zenone episcopo xliii
De sancto romarico abbate xliiii
De sancto eutychiano papa & martyre xlv
De sancto eutychiano confessore xlvi
De sancto macario martyre xlvii
De sancta leocadia uirgine & martyre xlviii
De sancto proculo episcopo xlix
De sancto syro episcopo l
De sancto cypriano abbate li
De sancto melchiade papa & martyre lii
De sanctis carpophoro & abundio martyribus liii
De sancta eulalia uirgine & martyre liiii
De sancta iulia uirgine lv
De sancto damaso papa lvi
De sanctis fusciano & uictorico martyribus lvii
De sanctis pontiano pretexato & tharsone martyribus lviii
De sancto sauino episcopo lix
De sancto paulo sergio episcopo lx
De sanctis eustratio & sociis martyribus lxi
De sanctis epimacho & alexandro martyribus lxii
De sanctis amonaria & mercuria martyribus lxiii
De sancta lucia uirgine & martyre lxiiii
De sancto iudoco confessore lxv
De sancto spindione episcopo & martyre lxvi
De sancto agnello abbate lxvii
De sanctis herone arsenio isidoro & dioscoro martyribus lxviii
De sanctis nicasio & eutropia martyribus lxix
De sancto ualeriano episcopo & martyre lxx
De sanctis pueris anania azaria & misaele lxxi
De sancto lazaro episcopo lxxii
De sanctis floriano & calanico & sociis martyribus lxxiii

De translatione sancti ignatii lxxiiii
De sanctis ruso cosmo martyribus lxxv
De sancto hildefonso episcopo lxxvi
De sancto nemesio martyre lxxvii
De sancto amone & zenone & sociis martyribus lxxviii
De sancto thoma apostolo lxxix
De sanctis dionysio & pelagia martyribus lxxx
De sanctis triginta martyribus lxxxi
De sancto chiridonio martyre lxxxii
De sancta uictoria uirgine & martyre lxxxiii
De sanctis uiginti martyribus lxxxiiii
De sancto seruulo confessore lxxxv
De sancto abdia propheta lxxxvi
De sancto naum propheta lxxxvii
De sancto gregorio presbytero & martyre lxxxviii
De sanctis quadraginta uirginibus & martyribus lxxxix

¶Expliciunt capitula primi libri.

¶ Prologus libri primi.

PRimus ergo liber huius catalogi cõtinet sanctorũ gesta: quorũ festiuitates occurrunt infra tempus: in quo ecclesia representat christi sponsaliũ collationem & tractationẽ: quod fuit ab adã usq; ad filii dei natiuitatem. Et hoc tẽpus ecclesia pretẽdit ab aduẽtus initio usq; ad diem natalis domini in personam patrum & prophetarum christum uenturum prenuncians: & assiduis clamoribus deposcens. Quattuor uero dominicis ipse aduentus celebratur: eo ꝙ tractatus ipsarum nuptiarum quattuor modis precesserunt. s. per legis naturalis inspirationem: per indictam patribus circũcisionẽ: per impositę legis scripte collationem: & p afflatam ꝓphetie testificationem. ¶ Primũ temp⁹ fuit ab adam usq; ad abraham decursu duarum etatum: in quo tempore lex naturalis homies docebat de duobus. s. ꝙ honeste uiuerent: & proximum non lederent. Hoc autem in prima hebdomada figuratur eo ꝙ in dominicali epistola mandata legis naturalis continentur. Dicẽdo enim apostolus: In die honeste ambulemus: nõ in cõmessationibus & ebrietatibus: nõ in cubilib⁹ & impudiciis: docet honeste uiuere. Et subdẽdo: non in cõtentione & emulatione: admonet proximum non offendere. ¶ Secundum fuit ab abrahã usq; ad moysen decursu tertie etatis: i quo tẽpore circũcisio patrib⁹ indicta dei populũ a gentilibus sepauit. Hoc uero in secũda hebdomada pretendit: ubi paul⁹ in epistola dñica dicit: christũ iesum ministrum fuisse circũcisionis ad euacuandas promissiones patrum. ¶ Tertium fuit a moyse usq; ad dauid decursu quarte etatis: in quo tempore lex scripta ad bene uiuendum hominibus collata fuit: cuius lator & minister extitit moyses. Hoc autem etiam in tertia hebdomada ostenditur in qua paulus in epistola dominicali in personã moysi dicit. Sic uos existimet homo ut ministros christi & dispensatores ministeriorum dei: uidelicet legis scripte. ¶ Quartũ fuit a dauid usq; ad christum decursu quinte etatis: in quo tempore prophetia sanctis uatibus inspirata christũ affuturum & propinquũ personabat: & futura tempora predicebat. Hoc etiam declaratur in quarta hebdomada: in qua in epistola dominice apostolus in personam prophetarum dominum esse ꝓpe cum gaudio quodammodo prophetizat. Ad huius ergo temporis festa describenda procedamus.

Finis prologi.

¶ Incipit liber primus ab aduentu domini usq; ad eius natiuitatem.

¶ De aduentu dñi in carnem Capi. I.

ADuẽtus domini generalis duplex ab ecclesia colit. Primus ad saluandum Secũdus ad iudicãdum. Prim⁹ de preterito celebrat. Secund⁹ de futuro formidatur. De primo luc. 19. Venit filius hominis querere & saluũ facere: quod perierat. De secũdo isa. 2. Dñs ad iudicium ueniet cũ senatoribus populi. ¶ Aduentus ergo i carnẽ: qui fuit ad saluandũ quattuor agitur septimanis: ꝓpter causam supius assignatam: quia. s. ipm aduentum christi precesserũt legis naturalis inspiratio: circũcisionis indictio: legis scripte impositio: & prophetie attestatio: que omia in q̃ttuor dñicis ut supius ponit figurat. ¶ Circa aduẽtum aũt ad saluandũ duo uidenda sunt. s. aduẽniendi opportunitas: & aduentus utilitas. Opportunitas ostẽdit: Primo ex parte hominis: qui conuictus fuit: primo de malitia tempore legis naturalis: quia cũ ipsa lex iuberet proximum non ledere: primogenitus ade caim abel fratrẽ innocentẽ occidit. Secundo de ignorãtia tẽpore circũcisionis: q̃n uidelicet homo idolatrans i pessimos errores decidit: nam & tunc tẽporis idolatria incepit. Tertio de impotẽtia tẽpore legis scripte: que quidẽ lex iugũ importabile & mãdatum homini fragili ipossibile imposuit. Opportune ergo filius dei uenit: q̃n homo de malitia: ignorantia: & ipotẽtia conuictus fuit: ne si ante uenisset: homo medicine gratus non fuisset. Ipse etiã ueniens sua potẽtia hominis ipotentiã subleuauit: sua sapientia ignorantiã illustrauit: suaq; gr̃a malitiã expugnauit. ¶ Secũdo ex ꝑte tẽporis: qa ubi uenit plenitudo temporis misit deus filium suũ ⁊c. gal. 7. quod quidem tẽpus adipletũ fuit per q̃ttuor ꝓmissa: que aduẽtũ dñicum ꝓcesserunt. Cum enĩ uidit dei filius hominẽ nec lege nature: nec circũcisionis signaculo nec lege scripta: nec ꝓphetarum oraculis a peccato liberari posse: descẽdit cõferre gratiam: i qua nos deo gratificans a peccato redemit. Tertio ex parte uulneris & morbi uniuersalis. Nam cũ morbus erat uniuersalis opportunũ fuit uniuersalẽ adhibere medelam. Eteni ante aduentus christi eram⁹ ignorantes siue ceci: penis eternis obligati: serui

diaboli: mala peccati cōsuetudine uincti: in tenebris obuoluti: exules a patria expulsi. Ideo egebam⁹ doctore: redemptore: liberatore: eductore: illuminatore: & saluatore Hec autē omnia in .7. antiphonis maiorib⁹ home. que cantant ante xp̄i natiuitatē ostendunt. In prima dicit: ueni ad docendū nos uiam prudentie. In secūda ueni ad redimendū nos in brachio extento. In tertia: ueni ad liberandū nos iam noli tardare. In q̄rta: ueni & educ uinctum de domo carceris ꝛc. In qnta: ueni & illumina sedētes i tenebris ꝛc. In sexta: ueni salua hominē: & hoc in personam gentiū: qa illa antiphona incipit O rex gentiū. In septima uero clamat ꝑ salute iudeorum: qbus deus dederat legē: iō incipit O emanuel rex & legifer noster. & infra: ueni ad saluandū nos ꝛc. ¶ Vtilitas aūt ipsius aduētus patet luc. 7. ubi se missum testatur dicēs spūs domini sup me ꝛc. Ad pauperum consolationē. Ad cōtritorum sanationē. Ad captiuorum liberationē. Ad idoctorū istructionem. Ad peccatorū remissionem. Ad humani generis redemptionē. Et ad meritorū retributionem. Hec oīa originaliter ꝓphetantur de xp̄o isa. 61. ¶ Augustinus aūt ponit alias utilitates dicēs: ꝙ christ⁹ more mercatoris ueniēs dedit & accepit. Accepit: qd hic abūdat. s. nasci: mori: & laborare: dedit renasci: resurgere & ieternū regnare. ¶ Bernardus insup ponit tres utilitates supra tactas dicens: ꝙ necessarius fuit nobis saluatoris aduentus: ut in nobis per fidem habitās illuminet cecitatē nostram: & nobiscum manens adiuuet infirmitatē nostrā: & ꝓ nobis stans propugnet: & purget iniquitatem nostram.

¶ De aduentu domini ad iudicium. II

ADuentus dñi ad iudicium: sicut & aduētus in carnē q̄ttuor agit septimanis: eo ꝙ & ipsum aduentum sicut & primū q̄ttuor tēpora p̄cedere debent. ¶ Primū fuit tēpus apostolorū: in quo fuit p̄secutio iudeorum: q xp̄m ecclesie caput primo in seipso deinde in suis apostolis p̄secuti sunt: & durauit usq; ad tpa neronis impatoris. ¶ Secundū fuit tēpus martyrū: in quo fuit p̄secutio paganorū a nerone primo xp̄ianorū persecutore usq; ad cōstantinū augustū. ¶ Tertiū fuit tēp⁹ doctorū: in quo fuit p̄secutio hereticorū a ꝓstantino impatore usq; ad carolum magnū. ¶ Quartū est tēpus confessoꝝ in quo ad p̄sens sumus a carolo magno usq; ad antichristū. Et notandū: ꝙ ecclesia in aduentu dñi quedā cantica letitie canit: ut alleluia: & hoc ꝓpter primi aduentus cōsolationē: quedā uero deponit: ut te deū laudamus & gloria in excelsis ꝓpter secūdi aduentus trepidationē. ¶ Circa secundū aduentū duo uidenda sunt. s. antecedentia iudiciū & comitantia. Antecedētia sunt tria. s. signa terribilia: ātixp̄i fallacia: & ignis uehemētia. Signa terribilia ponunt luc. 21. Erunt signa in sole ꝛc. quod apoca. 6. declaratur. Sol factus est niger tanq̄ saccus cilicin⁹: & luna facta ē sicut sanguis: & stelle celi ceciderunt super terrā: qd ad lr̄am de eclipsi solis & lune: & de assub abūdātia itelligi pōt: uel metaphorice de impio romano eclipsato: & ecclesia sanguie innocentiū maculata: & de p̄dicatoribus de celo ecclesie cadendib⁹ ꝓpter errores pōt exponi. ¶ Hieronym⁹ aūt in ānalib⁹ hebreorū inuenit qndeci signa iudiciū p̄cedentia: sed utrū cōtinua an interpolata non exp̄ssit. Prima die mare se eriget. xl. cubitis sup montes stans in loco suo q̄si murus. Secunda die tantū descendet: ꝙ uix possit uideri. Tertia marine belue apparētes sup mare dabūt mugit⁹ usq; ad celū. Quarta ardebit mare & aqua. Quinta arbores & herbe dabunt roré sanguinis uolatilib⁹ cōgregatis i cāpis. Sexta ruent edificia: & flumē ignis ab occasu usq; ad oriens ꝓtra celū exurget. Septima petre ad inuicē collident & scindent. Octaua erit generalis terremot⁹: ita ut nullum animal stare possit. Nona montes solo equabūt. Decima exibūt hoies de cauernis & uelut amētes ululātes ibunt: nec loq; poterunt. Vndecima ossa mortuorū sup sepulchra colligent. Duodecīa stelle ex se igneas comas emittēt: aialib⁹ cunctis in cāpis spētenus ꝙgregatis. Decimatertia morient uiuentes: ut cū mortuis resurgant. Decimaq̄rta ardebit celū & terra. Decimaqnta fiet celum nouū & terra noua: & resurgent omēs. ¶ Antichristi aūt fallacia fiet q̄ttuor modis Primo ꝑ callidā suasionē & falsā scripturarū opinionē. Nitet enī ex scriptura ostēdere se messiā in lege ꝓmissum: & legē xp̄i destruere. ps. Cōstitue dñe legislatorē super eos. Glosa. i. antixp̄m legis praue latorē. Secundo ꝑ miraculorū opationē. scda the. ii. Cuius aduētus s̄m opationē sathane i omibus uirtutib⁹ & signis & ꝓdigiis mēdacib⁹. Tertio per donorū largitionē. dañ. 13. Dabit eis potestatē in multis: & terrā diuidet gratuito: quod glosa de antixp̄o exponit. Quarto ꝑ tormentorū illationē. dañ. 8. supra quam credi pōt: uniuersa uastabit. ¶ Ignis aūt ue hementiā dñs p̄mittet. Primo ꝓpter mūdi innouationē: qa purgabit & renouabit elemēta. Secūdo ꝓpter hominū purgationē: ut sit tunc bonis uiuētib⁹ in locū purgatorii. Tertio ꝓꝓ maiorē malorū damnationē & sācto rum illuminationē: quia s̄m basil. De⁹ facta mūdi purgatiōe i igne illo diuidet calorē a splendore: & totū calorē mittet ad regionē

damnatoꝝ:ut ampliꝰ crucientᵉ: & totū ſplē dorem ad regionē bonoꝝ:ut ampliꝰ iocun dentᵉ. ¶ Cōcomitantia aūt iudiciū erunt o cto. Primum eſt diſceptatio iudicis. ioel. 3. Cōgregabo oēs gentes in uallē ioſaphat:& diſceptabo cū eis:ſtatuet enī oues a dextris hedos aūt a ſiniſtris:& cum eis diſceptabit: ut dicitᵉ matth. 25. ¶ Secundū ē dria ordinis nā in iudicio illo. Quidā iudicantᵉ & peunt: ſicut mali xp̄iani qbꝫ dicetᵉ. Eſuriui:&nō de diſtis mihi manducare ꝛc. Quidā nō iudicā tur:& pereunt:ſicut infideles:de qbus dr̄:q nō credit:iā iudicatꝰ eſt. Quidā iudicantᵉ & regnant:ſicut iuſti qbꝫ dicetᵉ. Eſuriui:& de diſtis mihi māducare. Quidā nō iudicāt:& regnant:ſicut apoſtoli qbus ꝓmittit: ſede bitis ſup ſedes iudicantes duodecim tribus iſrael. i. iudicanti aſſiſtentes & ſententiā ap probantes:& hoc fiet eis: ꝓpter ipſoꝝ hono rem: ꝓpter ſentētie ꝯfirmationē: & malorū reprobationē. ¶ Tertiū erit inſignia paſſio nis. ſ. crux:claui: & cicatrices in corpe: uñ cantat eccleſia:hoc ſignū crucis erit in celo cum dñs ad iudicandū uenerit:& hoc faciet chriſtꝰ ad oſtenſionē ſue uictorie: ut oſten dat ſigna:in qbus triūphauit. Ad declarati onem ſue miſericordie:ut oſtendat qualiter boni miſericorditer ſaluantᵉ. Et ſue iuſtitie ut oñdat q̄liter praui iuſte dānātᵉ. ¶ Quar tum erit ſeueritas iudicantis: nō enī flectetᵉ timore:cū ſit oīpotens:nec odio uel amore cum ſit iuſtus:nec errore cū ſit ſapientiſſi mus. ꝑs. Deꝰ iudex iuſtus fortis & patiēs. i. ſapiens:qa qui patiens eſt:multa gubernat ſapientia. ¶ Quintum erit accuſatio horri bilis:habebit enī homo accuſatores:primo diabolū. apoca. 12. Proiectus eſt accuſator fratrū noſtroꝝ ꝛc. Secundo ꝓprium uitium ſapi. 4. Venient in cognitionē peccatorum ſuoꝝ:& traducent illos ex aduerſo iniquita tes eoꝝ. Tertio totū mūdū. Gregꝰ Si queris quis te accuſet:dico totus mundꝰ: qui offen ditur creatore offenſo. ¶ Sextum erit teſtis infallibilis:habebit enī peccator tres teſtes unum ſupra ſe. ſ. deū qui eſt iudex & teſtis. hierony. 29. Aliū intra ſe. ſ. ꝓpriam cōſcien tiam. Tertium iuxta ſe. ſ. ꝓprium angelum Septimū erit artatio peccatoris:de quo gre gorꝰ Latere inquit erit impoſſibile: appa rere intolerabile. ¶ Octauum erit ſentētia irreuocabilis. Nam tribus ex cauſis appel latio nō recipitᵉ. Primo ꝓpter iudicis excel lentiam: unde nō appellatur a ſentētia pa pe uel impatoris:quia non habet ſuperiorē Secundo ꝓpter criminis euidentiā. Nam in crimine notorio nō poteſt appellari. Tertio ꝓpter rem non differendā: ut eſt in ſentētia capitali:que nō exigit dilationem: ſed ſtatī exequitᵉ. Propter hec tria chriſti ſentētia ir reuocabilis erit: quia nec ſupiorem habet: & omnia ibi notoria erūt: & nihil quod ibi ageī: dilationē patietᵉ. Omnia enim fient in momento:in ictu oculi ꝛc.

¶ De aduentu domini in ſpeciali III

Aduētus domini ſpecialis duplex eſt. Primus in mente ad ſanctifi cādum:de quo ioan. 14. Ad eum ueniemus: & manſionē apud eū faciemus. Secundus in morte ad p̄miandū: de quo luc. 12. Et uos eſtote parati:quia qua hora non putatis fi lius homis ueniet. Horum duoꝝ aduentuū feſta quāuis ab eccleſia nunq̄ cōmemorentᵉ a pluribus tamen deuotius frequentiſſime recoluntur.

¶ De ſanctis ſaturnino & ſiſinno martyri bus. IIII

Saturninus & ſiſinnius martyres rome paſſi ſunt ſub maximiano impatore: qui rediēs de partibꝰ aphrice dum oēs chriſtianos ad afflictionē laboris cōpelleret ad thermas edificandas ad fodiendā harenam. Et ſaturninꝰ iam ſenex ſarcinā fer re non poſſet:ſiſinnius & cyriacus diacones marcelli pape eum iuuabant:ut dicetᵉ infra in paſſione marcelli. 17. calēd. febr̄. Quod dum maximiano nunciatū fuiſſet: iuſſit eos teneri i carcerem a lauditio p̄fecto: qui eos 17. diebus carceri mancipauit. A qbus mul ti paganoꝝ conuerſi ſunt. Deinde p̄fecto p̄ ſentati ſaturninus ſenex & ſiſinnius diaconꝰ dum idola ſibi oblata cōminuiſſent: cōuer ſi ſunt duo milites papias & maurus: tunc lauditiꝰ iuſſit ſaturninum & ſiſinniū in ecu leo leuatos attrahi:neruis & fuſtibꝰ & ſcor pionibꝰ cedi. Papiā uero & maurum ſe chri ſtianos ꝓfitentes ora lapidibꝰ ceſos carce ri trudi fecit. Saturninum uero & ſiſinniū eculeo depoſitos decollari mādauit:qui du cti uia numentana miliario ſecundo ab ur be capite ceſi ſunt: quorū corpora tarſon cum ioanne p̄ſbytero ſepelierunt in predio ſuo uia ſalaria uetere. 5. calen. decembr̄.

¶ De ſcō ſaturnino epō & martyre: V

Saturninus epꝰ & martyr ab apo ſtolorum diſcipulis ordinatꝰ eſt qui primꝰ & ſummꝰ toloſane ur bi directus xp̄m p̄dicauit: & dū ſepiꝰ iuxta capitolium quod in ter domū ſuā & eccleſiā ſitum erat:iter age ret:demones a reſpōſis ceſſabant. Quod dū gentiles uirtute ſci fieri cognouiſſent:ſatur ninum comprehenſum in arce capitolii ſta tuunt cōpellentes ad imolandum: qui dum niſi uni deo ſe immolatuꝝ aſſereret: fune ab uno capite tauri latera alligātes: qui ad imolandum ductꝰ fuerat:ab alio uere pedes

ci uincientes stimulatum taurum p scalas precipitant. Qui sanctū sibi alligatum post se trahēs per capitolii grad⁹ eliso capite cerebroq; excusso christi martyrē fecit. Cuius corp⁹ occulte pp metū gētiliū due xp̄ane femine sepelierunt: qđ postmodū a successori bus sancti martyris honorifice tumulatū ē: passus est aūt tpe decii. iii. cal. decēbr̄.

¶ De sancto amos egyptio abbate. VI.

AMos egyptius floruit tpe cōstātini magni: de quo r̄fert Sozomenus prīo historie triptite: q̄ iuitus ip̄e pentib⁹ cogentib⁹ duxit uxorem: nec tñ eā expt⁹ fuit. Nā primo die nuptiaꝝ solus cū sola i thalamo: dū sibi uirginitatē laudaret eā ad uirginitatem ſuandā induxit: unde & ābo uirginitatē uouentes in singulis cubilib⁹ sepati dormierunt annis. 18. demū cōi uoto abinuicē diui si sunt: ip̄eq; mulieri domū ꝓpriā ꝯcessit & ad eremū ꝓpauit. Atq; in monte nitrie. 22. annis pmansit eremiticā uitā ducēs: de quo refert Hieronym⁹ i uitis patrū: q̄ apud thebaidē fuerit pater. iii. monachoꝝ. Dum aūt amos cum discipulo suo theodoro liter agēs ad flumē deuenissent: dū alter alterꝝ nollet nudum uidere mandauit discipulo ad horam secedere. Et dū seip̄m etiā nudū uidere paueret: diuina uirtute ad aliā ptem fluminis trāslat⁹ est. De quo discipul⁹ transiens miratus: qa nec uestē nec pedes ifusos habeŕt audiuit miraculū: adiurat⁹ a magr̄o: ut illd̄ q̄diu uiueret nemi reuelaret. Hic filium hois qui boue rapuerat: quē canis rabid⁹ momorderat: postq̄ pater boue restituit a morsu canis rabidi liberauit. ¶ Dum aūt latrones panez quo uescebat eidē auferrēt: duos dracones eductos ex antro ad custodiā celle misit Sed uenientes fures & dracones uidentes pre timore quasi mortui ceciderūt: quos supra exiens cōfortans erexit & ad penitentiam ꝓuocauit: optimosq; cūctorum monachos effecit. ¶ Eodem etiā tpe dū draco alius imanis regionē uastaret: & multos perimeret: oblatum sibi puerꝝ ex solo uisu bestie extinctum suscitauit: & draconē orōe de antro eductū: in duas ptes discerptū occidit. Cui⁹ animā cum gloria ad celum tendentē antonius abbas longe posit⁹ uidit & discipulis nūciauit: notatoq; die & hora reptum est amonem eodē tpe a corpe migrauisse: quieuit in christo die. iii. cal. decembris.

¶ De sancto pasnutio abbate. VII.

PAsnutius abbas eremi cultor ultimiq; deserti in regione heraclee: cum esset angelice uite orauit deum ut sibi reuelaret cui sanctorum bene uiuentium similis haberet. Cui angel⁹ reuelauit: q̄ similis ip̄e esset symphoiaco cuidam in ciuitate cantando uictum querenti. Ad quē sanct⁹ admirās accessit: & eū reptū secreto de sua uita quesiuit. Qui rñdit se fuisse predonem: & ex illo statu ad officiū ioculatoris uenisse. Nihilq; sibi boni cōsciū: nisi q̄ aliqñ uirginem consecratā a se & collegis raptam: dū ceteri deflorare uellēt ab eis eripuit: & noctu eā domum intactā reduxit. Et alia uice mulierem profugam in eremo reptam: dum quo tenderet quesiuisset: & illa uirum cum filiis profiscali debito carceratos & flagellis afflictos respondisset se etiam eadem cā perquiri ob idq; fugeŕ triduo: sine cibo: pacto assereret ipse illam ad antrū suum ducēs refecerat: & trecentos solidos pro uiri & filioꝝ redēptione sibi dederat. Que illo precio dato uirum & filios de carcere eduxerat: qđ audiēs pasnutius & nihil se tale fecisse ꝓtestans dum sibi a deo reuelata: hōi retulit: ille abbatem ad eremū secutus in melius uitam mutauit. Cuius animā ab angelis in celū deferri post modicū tempus sanctus cōspexit pasnuti⁹.

¶ Iterum idem qđ prius querens a deo sibi reuelari per angelum edoceŕ se fore similē tali primario ciuitatis. Ad quē sanctus ueniens eūq; de ipsi⁹ sanctitate secrete requirēs dixit ille se habere uxorem cum qua annis triginta continuerat eāq; nunq̄ nisi affectiōe sobolis primis temporibus cognouisse: ex qua tribus susceptis filiis abinde in castitate permansērāt: hospitē nunq̄ dimiserat nec pauperē sine cibo uel alia stipe licentiauerat contra iustitiā nunq̄ iudicauerat: & discordes pro uiribus ad concordiam reduxerat: que audiens pasnuti⁹ reuelata sibi a deo narrat. Illeq; relicto seculo abbatem ad eremum secutus est: uenientesq; ad fluuium ꝓfundū transierunt ita ut nuda uix genua pertingeret. Cui dū sanctus cellam in eremo designasset: illeq; ad uite perfectioris apicem ascendisset postmodū anima illius ad celos deferri ab angelis eidem patri reuelatur.

¶ Pasnutius uero bis a deo petita: tertio quesiuit. Cui reuelatur ipsum esse similem mercatori ad se uenientī. Cui supra occurrēs nullo ab eo amplius quesito uisa & audita narrauit. Isq; statim per famulos mandatis ut merces ad urbē delatas & cetera sua bona pauperibus errogarēt: cum abbate mansit in eremo: qui etiam breui tpe ad celestia migrauit. Pasnuti⁹ uero i extremis ꝓstitut⁹: admonuit frēs: neminē ēt peccatorē uel cui⁹ uis status contēnēdum premissas tres referēs uisiones: qui etiam in pace quieuit. iii. calendas decēbris uidētibus presbyteris & fratribus animam eius in celum ab angelis subleuari.

¶ De sancto Andrea apostolo. VIII.

ANdreas apostolus filius ioannis & frater simonis petri de ciuitate bethsaida galilee: qui primo fuit discipul⁹ ioānis baptiste tribus uicibus a domino uocat⁹ est Primo ad sui notitiā: quādo uidelicet audiuit a ioanne de xp̄o. Ecce agnus dei: & cum alio discipulo secutus iesum: uidit ubi manebat: & mansit apud eū die illo: inueniēsq; fratrem suum simonē adduxit ad iesum. Secundo ad sui familiaritatē: qñ. s. iuxta mare genesareth turbis ꝓcurrentibus: christ⁹ intrauit nauem simonis: & capta multitudine piscium: uocatisq; iacobo & ioāne secuti sunt iesum. Tertio ad sui discipulatū: qñ ambulans iesus iuxta mare galilee petrum & andream de piscatione uocauit: ꝓmisso sibi ꝙ fierent hominū piscatores: qui relictis retibus secuti sunt eū: eiq; de cetero adherēr̄t ¶ Post ascensionē domini diuisis discipulis andreas apud achaiā p̄dicans multos ad fidem christi ꝙuertit: & ecclesiis prouinciam repleuit. Et dū quidam nobilis iuuenis inuitis parentibus apostolo adhesisset: parentes domū in qua morabatur cum apostolo succenderunt: sed puer iussu apostoli tectū ascendens: & aquā ampulle sup ignes spargens flāmas extinxit: & dum illi per scalas ad eum uellēt ascendere: subito excecantur multisq; ꝙersis: parentes iuuenis post dies qnquaginta defuncti sunt. ¶ Vxor cuiusdā homicide parere nō ualens: sed in partu periclitans: sororem ad deam suā dianam placandam misit. Idolum uero sorori respōdit ꝙ eam iuuare nō poterat: monuitq; : ut andreā apostolum ꝑ auxilio adiret. Ad quam uocatus apostolus eam primo de idolatria redarguit: deinde pro ea orauit: illaq; mox fetum mortuū emittens liberat: & baptizatur. ¶ Senex quidam nicolaus uenit ad apostolum: dicēs septuaginta annis quibus uixerat cōtineri nō potuisse: sed semper luxurie deseruisse. Et ꝙ aliquando ad carnis concupiscentiam refrenandā euangelium super se ferebat: & dum lupanar intrasset oblit⁹ euāgelium deponere: audiuit a meretrice: ꝙ uidebat super eum mirabilia: que etiā se ab illo tangi non permisit. Pro quo dū apostol⁹ a tertia usq; ad nonam ieiunus orasset: & se non comedere uouisset: nisi deus peccatori subueniret: post quinq; dieꝫ abstinentiā audiuit se obtinuisse pro sene. Sicq; apostolus nicolao penitentiā sex mēses in pane & aqua imposuit: qua pacta senex in domino feliciter expirauit. ¶ Dum iuuenis christianus & pulcherrim⁹ a matre lasciua de crimine nephando attemptatus fuisset: illeq; flagitium execrarē: mater i iuuenē crimē retorxit: & cum iudici accusauit: qui dum apostolum in suum patrociniū aduocasset. Iudex irat⁹ puerum in saccum pice linitum iussit mitti: & in flumine iactari. Andreā uero qui ꝑ eo interceſſerat in carcerem mitti: sed orante apostolo tonitruo terribili & terremotu facto: omnibus exterritis mulier a fulmine ꝑcussa interiit: iuueniſq; mortem euasit: & iudex cum multis fidē christi susceꝑit. ¶ Cū apud niceam ciuitatē septem demones multos infestarent: & plures transeuntes occiderent: apostolus uocatus illuc accessit: demones in specie canum aduenire iussit: eisq; in christi nomine ut inde discederent mādauit quo miraculo multi ꝙersi sunt. ¶ Post modicum apostolo nunciatur: ꝙ iuuenis qdam iuxta portam alterius urbis a septē canibus fuerat prefocatus. Intellexit igitur illos fuisse demones: quos ab oppido nicee expulerat: & compatiēs patri defuncti: illuc accessit: mortuum excitauit: & discipulū christi fecit. ¶ Quadraginta uiri ad apostolum uenientes: ut ab eo fidei doctrinam perciperēt excitata tēpestate a diabolo: nauiq; submersa in mare necantur. Quorum corpora ut apostolus uidit ad littus deiecta: & que facta fuerant per spiritum cognoscens: oratione sua uiros suscitauit: & baptizauit. ¶ Vxorem etiam egee ꝓconsulis & maximillam senatricem & multos d' populo ad christum conuertit: pluresq; discipulos acquisiuit. ¶ Cum ergo egeas proconsul patras ciuitatem ingressus chrtstianos ad sacrificia idolorum compelleret: eidē andreas occurrens ipsum de ꝑpietate redarguit: eo q; ipse iudex hominum constitutus iudicem suum celestem agnoscere debuit. Quem dum ꝓconsul uanum & superstitiosum diceret: eo ꝙ christum a iudeis crucifixū coleret: apostolus christum sponte crucem subiisse respondit: ex eo ꝙ mortem suam discipulis p̄dixit: & proditorem cognouit: addens mysterium crucis magnum esse. Cui procōsul respondit: ꝙ mysteriū dici non poterat sed supplicium cōminans apostolo: ut nisi sibi obtemperaret: ipsum mysterium in se experiri faceret. Tunc apostolus mysterium crucis cepit exponere: & ꝙ fuerat necessarium saluti hominum multis rationibus suadere Et dum in confessione crucis persisteret immobilis: iubente proconsule i carcerem recluditur: sed a populo uisitatur: uolentibus procōsulem occidere: & apostolum fractis ianuis liberare: quos apostolus sua predicatione ad patientiam inuitauit. Mane autem facto andreas de carcere educitur: & dum christum crucifixum constantissime confiteretur: iussu egee a triginta hominibus fustigatur: deinde in cruce suspendi iubetur: nō quidem clauis confixus sed quasi i equuleo

extensus funibus alligatus: populi multitudine insequente & ipsum innocēter mori clamante. Qui dum crucem a longe salutans adorasset: uestibus suis exut⁹ in cruce suspēsus est. In qua biduo uiuens uiginti milib⁹ astantium hominum predicauit. Sed dū turba egee mortem minaretur: territus procōsul uenit ut eum deponeret: quem dum ministri uellent soluere brachiis in aerem stupidis effectis nullo modo ad eum potuerūt pertingere. Et dum fideles eū deponere uellent: apostolus orauit ad dominum: ut i pace suum susciper spiritum. Statiq; splendor nimius instar fulguris per horam dimidiaz ipsum obtexit: cum quo lumine abscedente apostolus deo spiritū emisit. Cuius corpus maximilla senatrix cum aromatibus sepeliuit. ii. cal. debembris. Iuxta ciuitatē papatraceñ. Indeq; processu temporis corpus eius constantinopolim trāslatū est: ut habetur. 8. idus maii. Egeas uero anteq̄ domum rediret arreptus a diabolo expirauit. Cui⁹ frater nomine stratocles cum omni eius familia ad christum conuersus est.

¶ De sancto nathanaele discipulo. VIIII.

NAthanael discipulus de oppido chana galilee: un⁹ fuit ex septuagita duobus xp̄i discipulis: quē christus ꝓmendat Ioānis primo: dicens ipsum esse israelitā i quo dolus non est. Hic etiam post resurrectionē christi unus fuit ex numero illoz. vii. discipulorum: quibus christus apparuit iuxta mare galilee quando petrus piscando traxit rete in terram plenum magnis piscib⁹. cliii. ut habetur Ioannis ultimo: qui etiam a pleriq; scribitur fuisse alio nomine uocat⁹ ursinus: qui & ab apostolis ep̄s bituricen̄ constitutus post completū predicationis officium in deo feliciter requieuit. ii. cal. decembris: qd tñ falsum esse reputatur. Nam corpus hui⁹ nathanaelis apd treugren̄. ciuitatē qescit. Corp⁹ ursini bituricen̄. urbi sepultū ueneratur. hec frater uincentius.

¶ De scō nathanaele anachorita. X.

NAthanael anachorita ut dicit heraclides: fraude demonis accidiā passus ex priore cella recessit: & aliam cuidaz uico uicinā sibi collocauit. Vbi dum habitare cepisset. demon ad eū noctu ueniens in specie carnificis pannis sordidis indutus: flagris strepitum facere cepit: dicens se fore demonē: q eum de priori cella eiecerat: qui & eum de ista fugare cupiebat. Mox sanctus compunctus ad priorem locum rediit: & adeo se incluſit: ut. xxxvii. annis nunq̄ limē excederē Mnltasq; diaboli insidias ptulit: ut proposi tum frangeret: quas tñ omnes deuicit. Septē episcopos ad se uenientes gratāter suscepit & abeūtes usq; ad limē associauit. Quē dū diaconi eo ꝙ non egrederetur redarguerent se oio seculo mortuum esse respondit. ¶ Nocte quadam demon in specie pueri sibi apparuit asinū panib⁹ oneratū deferētis. Et dū asellum in terram corruisse fingeret & abbatis auxilium peteret. Ille pplexitate circunclusus: ne aut misericordie opus negligeret aut propositum frangeret: oratiōe fusa puero suasit: ut si uera esset uisio deum inuocaret: sibi subuenire ꝑatum. Si autē temptatio esset euanesceret. Moxq; puer cum asino euanuerunt cum turbine maximo strepitantes: hec omnia heraclides in libro qui dicit paradisus.

¶ De sancto Trophiano epō. XI.

TRophian⁹ episcopus magne sanctitatis uir: & miraculorū gloria preclar⁹. ii. cal. decembris apud santonas in domino feliciter req̄euit. Cuius corpus tolose translatum: ibiq; terris sepultum: spiritum in celis uiuere multis miraculis manifestat: ut dicit Ado.

¶ De sanctis diodoro & Mariano & eorum sociis martyribus. XII.

DIodor⁹ presbyter & marian⁹ diaconus cum multitudine innumerabilium hominum utriusq; sexus & diuersarum etatum: quoꝝ numerum & nomia solius dei scientia nouit: passi sunt rome sub numeriāo iperatore tēpore Stephani pape primi. Qui die anniuersaria dedicationis sanctoꝝ martyrum chrysanti & darie i loco crypte: ubi eorum corpora sepulta erant diuia celebrā tes uia salaria uidelicet extra portam urbis i harenario ubi prefati martyres terra & lapidibus obruti fuerunt: accusati sunt ipera tori. Tunc iperator iussit in introitu crypte parietem leuari: & montem qui crypte imminebat ad sublonem sup eos deiici: & sic omnes prefocati sunt. Quorum corpora ibidē iacuerunt usq; ad tēpora Stephani pape. vi. anno domini. 886. ¶ Qui uenerabilis pater effossa crypta reliquias sanctorum innumerabiles inde collegit: ex quibus quasdā latenti: aliquas apud sanctū petrū: aliquas ad basilicā. xii. apostolorum quā a fundamentis renouauerat: aliquas uero p alias eccl̄sias & monasteria sepelienda diuisit: in quorum ossium collectione odor mirabilis quasi florum & rosaꝝ resp̄sus est: & lampas in crypta accēsa. vi. diebus continuis arsit: in qua nec quicq̄ de oleo consumptum est nec flāma extincta: donec oia sanctorū ossa a cōgerie lapidū sunt collecta. ¶ Quidā autem cū de reliquiis aliquas questus gra subtra-

xisset:continuo in lectum decidit graui lan gore detentus:& cõmissum furtum cõfessus reliquias restituit : & sic sanitatem recepit. Horũ omniũ martyr passio die calẽdarum decembriũ celebrat.

¶De sancto diodoro epo & pfessore. XIII

DIodorus alexandrinus cesarieñ: episcopus:dum antiochen⁹ esset presbyter:clarus sapientia habe batur.Qui electus antistes mul ta opuscula compilauit. In apo stolum cõmentarios edidit:aliaq; multa eu sebii cesariensis secutus characterem. Cu ius licet sensum imutatus fuerit:eius tamen attingere non potuit eloquentiam : ignarus secularium litterarum.Floruit tempore im peratoris ualentis:ut dicit hieronym⁹ libro de illustribus.

¶De sãcto ansano martyre:q̃ maxima uir gine & martyre. XIIII

ANsanus martyr ciuis romanus fili⁹ nobilis tráquillini duodeci annorum occulte inscio patre a protasio presbytero in christi fide doctus & baptizat⁹ est: atq; a Maxima uirgine de territorio tonagrita no de sacro fonte leuatus: qui a patre impe ratoribus diocletiano & maximiano delat⁹ decimotertio anno imperii eorum cum ipsa maxima uirgine ab eisdem tentus & carceri traditus est diebus multis . Quam quidem sacram uirginem prefati imperatores tãdiu fustibus cedi fecerunt:donec spiritum exha laret.Ansanus uero de carcere fugiens ue nit balneoregium:ubi uisione angelica con fortatus est.Deinde ueniens ad ciuitatem se narum:dum christum dominum predicaret a proconsule lysia tentus in ignem missus ẽ quo diuina uirtute extincto:dum permansis set illesus iuxta fluuium arbiam eductus : ibiq; iussu presidis decollat⁹ est:ibiq; sepul tus calẽdis derembris.

¶De sancto proculo episcopo & mary re. XV

PRoculus episcop⁹ & martyr de syria ueniens romam tempore iu stini imperatoris:totamq; roma nam prouinciam discurrens chri stum p̃dicabat:miraculis & uita resulgens.Quem sanctus ualentinus episco pus ichthyraneñ. constituit sacerdotem.Et dum die quadam celebraret presente predi cto episcopo:angelus domini acceptum de altari calicem in aera uidentibus omnibus subleuauit:& deinde in altari reposuit san guine consecrato.Sanctus autem presbyter de mandato angeli sanguinem consecratum libauit.Deinde propter persecutionem pa ganorum fugit de tyro siue ichthyrañ.cum episcopo ualentinõ:& ueniens ad ciuitatem nequinam a gentilibus gothis tentus & uer beribus afflictus atq; in carcere missus est: sed per angelum eductus uenit lazanũ : ubi sancto ualentino per martyrium assumpto: constitutus episcopus totam ciuitatem per multa miracula conuertit ad christum.De inde ueniens spoletũ christũ predicauit:ide a deo monit⁹ p̃secutionẽ fugiẽs uenit bono niam:ubi theodori filiã:que manũ habebat aridam sanauit:& patrem cũ filia conuertit ad fidem:& filiũ heroniani a demonio libe rauit.Et post multorũ conuersionẽ a totil la rege gothoꝝ captus ablatis sibi binis lo ris a tergo decollatus est:& iuxta ciuitatem humatus:ubi ꝓcessu tẽporis puer mortuus iuxta ipsũ sepultus reuixit. Tuncq; corpus ipsius integrum repertum honorifice leua tum est:huius passio agit⁹ die calẽ.decẽbris

¶De sancto albano martyre. XVI

ALbanus martyr i ciuitate magũ tia passus est:&ibi sepultus.Hic habuit patrem christianum im peratorem de partibus aquilo nis:qui mortua coniuge filiam decoram ex ea habens:inepteq; diligens:eã nuptui multis principib⁹ petentibus trade re recusabat.Quam tandẽ flagitioso amore carnaliter cognouit: & ex illa albanũ filiũ suscepit.Mater igitur de consensu imperato ris ad tegendam infamiam filium i capsella pallio inuolutum in partibus ungarie expo nendũ mandauit: qui repertus iuxta nemus a rege ungarie carente liberis suscipitur:& ob eius elegantiam occulte in rure nutrit⁹: simulataq; regina pregnante:tempore par tus puer natus fingit⁹ : & a rege adoptat⁹ ut naturalis tractat⁹ :ab omnibusq; baronibus & ciuibus filius regis uere putatur:tã ipsis q̃ iuuene predictorũ ignaris . Factus ergo iuuenis gratus & strenu⁹: filia imperatoris aquilonis:que est propria mater: eidẽ a pa tre putatiuo in cõiugium queritur:& ab im peratore traditur:uere putante filiam trade re filio uero regis.Post tẽpus modicũ rex ungarie infirmatur : & ad extrema ueniens filio adoptiuo regnum cõmittens:eo q̃ aliũ non haberet:eidem seriem facti reuelat : & qualiter ab eo repertus non est eius fili⁹ na turalis.In cuius euidentiam pallium i quo ipsum inuolutũ ex nemore susceperat usq; tunc reseruatum albano tradidit.Quod iu uenis audiens: consternatus ad uxorẽ ingre ditur.Et dum sibi causam tristitie querenti factum pandere nollet: eo q̃ se ex hoc contẽ nendum ab uxore putaret: pallium quo silꝝ ue expositus inuolutus fuerat:quod tunc ei dem a rege traditum er t:de sinu iuuenis ce cidit:quod dum mater uidit agnouit:& mu

tua collocutione habita: repertum est albanum incestu genitum: matre incestuoso cō nubio cognouisse. Consilio inter eos habito tristitiā ex morte regis simulant: mortuūq; regem ungarie iuxta condecentiā regiam tumulant. Deinde ad utriusq; patrem imperatorem ꝓperant: ut eidem serie facti pandāt Quos ille ut filiā & genꝝ cū magna letitia & solēnitate suscepit. Sed die sequenti pacta letitia mutue uisionis: impatorem solum albanus & mater in cameram uocant: eidemq; cum lachrymis factum serioſius explicant: & ad diuinam misericordiā iplorādam per penitentiam regem confortant. Qui omnes sancto cuidam episcopo reatum confessi: de ipsius consilio eremitam sanctissimū adeunt pro penitentia assumenda. Qui eis septennē pegrinandi penitentiam iponit. Sicq; utroq; regno episcopo regendo cōmisso. vii. annis pegrinantur: continue annis singulis eremitam reuisentes. Peracta igit penitentia dum eremum sancti uiri petunt in silua depeunt & superueniente nocte iuuenis pentes in lecto eisdē de foliis arborum strato collocat: ipse uero in arborem excubat. Ac instigante diabolo pentes uigilantes ad uomitum rede unt: & in abominandū antiquum scelus inuicem coeuntes recidunt. Quod albanus sentiens turbat⁹ ex arbore preceps irruit & parentes baculo ipatiens peremit. Facto mane ad eremitam rediit: qui iam omnia per spiritum precognita que contingerant reuelauit. Iussu ergo ipsius albanus iterato septēnem pegrinatiōem assumit: qua perfecta ad eremitam rediit. Et dum semper pegrinari decreuisset: uitam suam per eremitam ꝓscribere fecit. Quam in pyxide locatam ad collum suum alligauit & abiit. Sicq; relicto regno factus anachorita & pegrinus apud ciuitatem maguntiam in nemore a latronibus paganis inuentus: dum se christianū diceret iugulatus est: corp⁹ quoq; in flumine iactatum est. Quo cursu fluminis ad molendinū delato: dum filia militis cuiusdam leprosa se in flumine balnearet repente a lepra mundatur. Quod dum admirans deferret in urbe multi leprosi uenientes & se in amnē tingentes mundabantur. Et mirantibus cūctis unde talem aqua uirtutem haberet ꝓquirentes corpus martyris inuenerunt: & reperta pyxide uitaq; ipsius ꝓlecta deo gras agētes corpus cum honore ad ciuitatem portantes uenerabiliter condiderunt cal. decēbris ubi & quiescit miraculis clarens.

¶ De sancto eligio epō. XVII.

ELigius nouionensis episcopus ut uit Sigibertus claruit anno sexto constantis: qui & constantinus. Hic de ciuitate lemouicen oriundus patre eutherio matre terrigia: dum ab annis puerilibus artem aurificum didicisset: omniaq; lucrabatur: paupibus erogabat: & multa miracula operabatur. Inter que contracto cuidam elemosynam prebēs dum ille manum porrigeret sanus efficitur. Et dum iam optimus magister in arte sua factus esset: & aurum certo sub pondere sibi a rege traditum fuisset: ut inde sibi sellam fabricaret: ipe sibi binas sellas fabricatas ope curioso regi tradidit: quibus ponderatis in utraq; auri pond⁹ qđ sibi dederat repperit sicq; miraculose aurum duplicatum iuenit. ¶ Deinde factus est episcopus nouionen. Et dum die quadam homiem ex iustitia damnatum patibulo: pietate motus depositum sepeliret: eum manibus contractando suscitauit. ¶ Multa corpora sāctorum reppit deo sibi reuelante in ciuitate nouionen. corpus sancti qntini martyris: & in sueſonen corpora martyrum Crispini & crispiniani: & i beluacen corpus sci martyris Luciani. Defunctus est autem anno uite sue. lxxx. miraculis clarus. Sed dū anno reuoluto corpus ei⁹ trāsferri deberet incorruptum inuentum ē: & barba sibi renata que die sepulture sue sibi fuerat abrasa. Quieuit autem in domino die cal. decembris.

¶ De scā natalia uxore hadriani mr. XVIII

NAtalia uxor olim sancti hadriani martyris corpoř uiri & aliorum martyrum cum eo passorum cōstantinopolim trāslatis ut in eoꝝ legetur passione. vi. idus septembris manum uiri sibi in solatium retinuit: & nicomedie ubi uir passus fuerat remansit. Quam dum tribunus de uolūtate maximiani imperatoris propter ei⁹ decorem & diuitias in coniugium peteret: assentire simulauit triduana inducia postulata. Et dum deū pro sui corpis castitate oraret: admonetur i somnis ab uno ex martyribus uiri cōsociis ut constātinopoli fugiat. Que manu hadriani sumpta nauem cum pluribus christianis ascendit: quam tribunus dum insequitur: uēto insurgente contrario: & plurib⁹ submersis redire compellitur. ¶ Media uero nocte diabol⁹ in specie naute cum naui fantastica fugientibus christianis apparuit: & ꝙ uiam errarent asseruit atq; ad siniſtram pergere docuit. Hoc autem faciebat ut eos perderet Mox dum uela uerterēt: hadrianus cum naucula natalie apparuit: & demonem illum fuisse reuelauit: eosq; precedens cōstantinopolim saluos mane perduxit. Quo dum introissent: Natalia domum ubi martyrū corpora seruabātur intrauit: manum uiri iuxta corpus posuit: & post orationem dormitans a sancto martyre iuitata ad celestia ꝓ uisuꝫ

euigilans reuelata narrauit: & uale faciens omnibus spiritum emisit calen. decembris. Cuius corpus a comitibus iuxta aliorū corpora sepultum est.

¶ De sancta bibiana uirgine & marty. XIX

BIbiana uirgo sub iuliano apostata passa est rome. ✝ Cuius pater flauianus christianus fuit habēs coniugem & filias christianas: Qui accusatus apud iulianum imperatorem: q̄ martyres plurimos sepiliset: ab eodem in exilio damnatus in pace q̄euit. Post cuius obitum iulianus matrem bibiane & filias comprehensas tradidit ✝ fausto presidi: ut eas ad sacrificandum compelleret: a quibus ille conuersus & ab imperatore martyrizatus atq; ab eisdem sanctis sepultus est. Quod iulianus comperiens matrem & filias perquirebat. Sed post dies modicos bibiane mater ✝ darfosa & germana latentes in christo quieuerunt. Bibiana uero a iuliano reperta & tenta: dum idolis sacrificare nollet plumbatis diutissime uerberatur: & superuiuens triduo propter nimiā cedem emisso per os sanguinis profluuio ad dominum per martyrium perrexit q̄rto noñ. decembris. Cuius corpus a ioanne presbytero positum est apud palatium lucinianum iuxta corpora genitricis & sororis.

¶ De sancto petro chrysologo epō. XX

PEtrus chrysologus archiepiscopus rauennas de ciuitate imolēsi oriundus a sancto cornelio imolensi nutritus & doctus atq; in diaconum consecratus est: uite sanctitate & sapientia insigniter pollens. Igitur episcopatu rauenne uacante: dū quidam ciuitatis rauennatis ciuis a clero & populo electus esset: & pro confirmatione habenda multi nobiles romam ad sixtum papam tertium accessissent: anteq̄ illi ad urbē peruenirent: sixtus papa a beato petro apostolo & sancto apollinare sibi apparentib⁹ per uisum admonetur: ut nullum alium in rauenne archiepiscopum consecraret: nisi illum quem ipsi in eorum medio eidem ostendebant. Venientibus ergo ciuibus ad urbē ab eisdem papa per triduum requisitus: ut electum suum consecraret: omnino renuit: iussa sibi a sanctis referens & ostensum req̄rens. Cuius dum nomen ignoraret: sed eundem ex uultu cognoscendum diceret: p tres dies inter omnes sibi assistentes ostensum uidere nequiuit. Post triduum autem imolensis episcopus cum petro eius diacono corā papa comparuit: qui eidem pro electi confirmatione instanter supplicauit. Sed dum pontifex petrum in medio multorum aspexit: etiam a longe eundem mox recognouit & q̄ ille esset: qui sibi ostensus fuerat asseruit: atq; ipsum cunctis approbantibus in episcopum consecrauit. Qui sanctus laudabiliter uiuens: doctrina: uita: & miraculis floruit. Tandem obitu suo sibi diuina monitione reuelato imolā perrexit: & iuxta corpus sancti cassiani martyris: ubi & nutritus fuerat: orans ad christum migrauit: & iuxta eundem martyrem sepultus est quarto noñ decembris. Cuius calix & patena eorum cō tactu sanant a morsu rabidi canis. Hic multas homelias super euangeliis: & sermones elegantes composuit: & propter sermonis sui uenustatē petrus chrysologus: quod est sermo aureus cognomen accepit. ¶ Extat & eius epistola cōtra eutycetem tempore leonis primi imperatoris conscripta: cuius sententie auctoritate postq̄ in concilio calcedonensi lecta est: eutyces heretic⁹ dānatus est

¶ De sanctis uero & securo martyrib⁹. XXI

VErus & securus germani apud aphricā sub p̄secutione uandalica passi: glorioso martyrio coronati sunt quarto noñ decembris ut in martylogio adonis legit̄.

¶ De sancto cassiano martyre. XXII

CAssianus martyr in ciuitate tingitana que est metropolis mauritanie passus est: qui exceptoris diu gerens officium: tandem celitus inspiratus execrabile duxit christianorum neci deseruire: unde renuncians eidem officio sub christiana confessione triumphum meruit obtinere martyrii die tertio noñ. decēbris: ut dicit̄ in martylogio adonis: cuius corpus i prefata ciuitate tumulatum: inde processu temporis ad ciuitatem imolensem translatum est: ubi & quiescit miraculis clarens.

¶ De sanctis claudio hilaria & sociis martyribus. XXIII

CLaudius tribun⁹ & hilaria uxor eius & filii eius iason & maurus cum militibus septuaginta sub numeriano imperatore passi sūt Nam ut in passione chrysanti & darie dicetur: dū sanctus chrysantus ab imperatore traditus esset tribuno claudio ad torquendum. Videns claudi⁹ qualiter omia tormenta superaret: & qualiter deos gentium apertis rationibus confutaret: & quia fustes quibus cedebatur molles redebantur: conuersus est ad dominū cū uxore & filiis & septuaginta suis militibus sibi commissis Quod imperator audiens iussit claudium ligato ad collum eius saxo in mari precipitē dari. Milites quoq; singillatim audiri: ita ut qui se christianum confiteretur capite cederetur: qui uero se christicolam negaret:

dimitteretur. Prius ergo iaſon & maurus filii claudii non interrogati ſe chriſtianos cõfitentes decollat ſunt. Quos omnes ceteri imitantes infra horam eodem martyrio coronati ſunt. Quorum corpora a chriſtianis in cuniculo ubi decollati fuerant condita ſunt noctu non longe ab urbe uia ſalaria. Filiorũ uero corpora hilaria mater in ſuo p̃dio ſepeliuit. Et dum ad tumulũ oraret: & pagani ſuperuenientes eam occidere uellent: orã di ſpatio accepto in confeſſione ſpiritũ emiſit. Cuius corpus iuxta filiorum cadauera due eius ancille clandeſtine ſepelierunt. Horum omnium martyrum paſſio recolitur die. iii. noñ decembris. De quibus infra in paſſione chryſanti & darie. 8. cal'. nouembr'.

¶ De ſancto lucio rege & ꝓfeſſore. XXIIII

LVcius beatus confeſſor fuit rex britãnie baptizatus a thimotheo diſcipulo ſãcti pauli. Qui regno compoſito & bene ordinato relictis omnibus ſecularibus põpis multiſq; ad deum conuerſis: ueniens per auguſtam in ciuitatem curie multis ad uite p̃fectionem exẽplo & doctrinis iductis die. 5 decẽbr' i pace qeuit. ut dicit fr' bartholome⁹

¶ De ſcã Barbara uirgine & martyre. XXV

BArbara uirgo paſſa eſt in ciuitatis nicomedie tempore maximiani imperatoris ſub preſide martiano. Cuius pater dioſcorus nomine eiuſdẽ ciuitatis nobilis & paganus: turri excelſa fabricata filiam pulcherrimam barbaram intromiſit: ne ab hominibus uideretur. Cũq; plurimi eam in cõiugium peterent: illa iam animo chriſtiana diuinitus ſinſpirata: conſenſum denegabat. Et dum pater in balneo qđ edificabat i turri iuſſiſſet artificibus duas fieri feneſtras: eo diſcedente barbara tertiam erigi fecit. Et deſcendens in balneum depingenſq; digito i marmore crucis ſignum: mox i petra ſignũ crucis apparuit acſi ferro ſculptum eſſet. Similiter in & ſilicie ueſtigia pedum illius i preſſa ſunt. Et deſcendens puella in concam inundantibus aquis: orauit ut ſanctificaret. aqua & ſubmergens corpus ſe ipſam baptizauit in nomine patris & filii & ſpiritusſancti. Egreſſa igitur de aqua turrem conſcendens in idolorum facies conſpuit: & reſpiciens in celum deum uerum adorauit. ¶ Rediens ergo pater & eam iterrogans cur tres feneſtras in balneo fieri iuſſerat audiuit ab ea quia tres ſunt qui mundum illuminãt: pater & filius & ſpiritusſanctus. Quod audiens pater arrepto gladio eam inſequitur ut occideret illam: que dum fugeret & a mõtis crepidine precluſa artaretur orauit ad dominum: & ſciſſo lapide mons per medium diuiſus uirginem ſuſcepit: & ad aliam partẽ eiecit. Quo dũ pater aſcẽdẽs duos paſtores greges paſcẽtes iterrogaſſet an puellã fugiẽtẽ uidiſſẽt: unꝰ eoꝝ cũ iuramẽto negauit eã ſaluare cupiẽs: alter uero ipſã digito oñdit eã occidi uolẽs. Moxq; ipſe cũ pecoribꝰ ſuis i lapides ꝙuerſi ſũt uſq; i pñs ibi manẽtes Quã pater apꝑhenſã & ꝑ capillos tractã: & duriſſime ceſam: martiano p̃ſidi die ſequẽti tradidit puniẽdã. Et dũ xp̃m ꝓfiteret & idola gẽtiũ demonia eẽ ꝓteſtaret: iuſſit eã p̃ſes ſpoliatã ſuſpẽdi & crudis neruis cedi ac cilicinis ſaccis plagas eiꝰ extergi: deĩde carceri immiſſam pedibꝰ in ligno conſtringi: ubi domino ſibi noctu apparente confortatur: ipſiuſq; uulnera conſolidantur. Quod dum die ſequenti preſes deorum pietati aſcriberet: & uirgo eius inſaniam derideret iuſſit eum uerſis pedibus ſuſpendi: & latera eiꝰ unguibꝰ radi atq; ardentes lampades applicari. Inſuper & caput maleis contundi donec de naribus ipſius ſanguis abunde ſtillaret in terram. Deinde mãmillas fecit preciſi ipſamq; nudam per ciuitatem circunduci. Dum autem ſic ducta oraſſet ad dominũ angelus ſibi apparens denudatum corpus eius candida ſtola contexit & mãmillis reſtitutis plagas omnes ſanauit: qđ dum preſes cerneret furore nimio repletus eam decollari mandauit. Quam pater ad montem ubi eam comprehenderat adducens: caput eiuſdẽ manibus propriis amputauit. Moxq; ab igne celeſti conſumptus eſt. Corpus autem uirginis a ualentiano quodam chriſtiano nicomedie ſepultum eſt die ſecundo noñ decembris. Indeq; temporis proceſſu conſtantinopolim tranſlatũ poſtmodum a uenetis quibuſdã nobilibꝰ uenetias delatuꝫ: requieſcere dicitur i eccleſia ſcẽ marie cruciferoꝝ

¶ De ſancto meletio epõ ponti. XXVI.

MEleti⁹ epꝰ & ꝓfeſſor apud pontũ floruit. Qui cũ eẽt eruditõnũ cura magnific⁹ uirt⁹tñ animi & uite ſyncerit̃as lõge i eo magnificẽtior extitit: ut dicit̃ i martylogio uſuardi: q etiã poſt laudabilẽ uitã ibidẽ in pace quieuit. ii. noñ decembris.

¶ De ſcõ meletio epõ antiochen̄. XXVII.

MEleti⁹ epꝰ antiochen⁹: ut ſcribit theodoric⁹ i hiſtoria triptita tpe ꝓſtantii ip̃atoris arriani claruit. Hic dũ citatẽ quãdã armenie regeret & barbaroſ doceret pp̃ ſui eloqn uenuſtatẽ ab arriãis & catholicis pariter antiochie epꝰ poſtulat̃. Quẽ ip̃ator cõſtãti⁹ uidere nolẽs & ꝑbare utꝝ eẽt arrian⁹ an catholic⁹ iuſſit ut expõeret. Dñs poſſedit me ꝛc. qđ ille exponens trinitatẽ publice docuit & aptiſſimis rõib⁹ ꝓbauit: pp̃ qđ

ab arrianis reuocat⁹ & a ꝓstantio reprobat⁹: & ab ecclesia sua expulsus reuersus armenia eusebio epo adhesit: & clar⁹ miraclis uita & scientia ipace qeuit.

¶De scō clemēte pbro & confes. XXVIII

Clemens presbyter alexandrin⁹ qui ut dicit ado in diuinarū eruditionum scholis q̄maxime floruit: panthei auditor: origenis uero preceptor fuit. Hic libros octo condidit stromatum: quod sonat opus uarie contextū. Composuit & libros octo quos informationum uel dispositionnm nominare possumus. Item librum ad gentiles exhortationum. Item librum qui dicit pedagogus libris tribus distinctum. Item librum qui scribitur: quis est qui saluus fieri possit diues. Item librū alium de pascha & de disputatione & de ieiunio & obtrectatione. Item alium exhortatorium ad patientiam. Item ad neophytos. Item alium qui inscribitur canon ecclesiasticus. Item de his q iudaicum sensum requirunt: quem ad alexādrum hierosolymorum episcopum scripsit Item librum contra hereses. Extat & eius tā diuinarum scripturarum q̄ litterature secularis uolumina eruditionis & eloquētie referta: in genesim etiam cōmentarios scribere pollicitus est. Hec hieronymus de uiris illustribus. Quieuit in pace die secūdo noñ decembris. Seueri impatoris tēpore florēs.

¶De sancto sabba abbate. XXIX

Sabbas abbas ex prouincia capadocie ciuitate mutalapsis patre ioanne matre sophia: claris & xpianis originē traxit. xvii. theodosii ipatoris āno. Dū aūt pater ei⁹ militatur⁹ cū uxore alexandriā pgeret: filiū puulum hieremie fratri cōmendauit. Quem dum uxor illius inuite conspiceret: puer relicto seculo occulte patruum deserens: & ad monasterium quod dicitur scando fugiēs: ab abbate gregorio suscept⁹ ē & monachus effectus: qui i omni sanctitate uiuens: etatis processu summa preditus abstinentia cepit etiam clarere miraculis. Inter que dum tempore hyemali pistor uestes lotas siccandas in furno adhuc calido posuisset: & oblitus ipsarum clibanum pro pane coquendo ex incuria accendisset: deinde recordatus uestium damnum suum defleret. Sabbas compassione motus furnum ingressus accensum illesas uestes illesus eduxit.

¶Post hec perrexit ad eremū ad gerasimū abbatem: ubi multa diaboli figmenta & certamina superans dudum mansit. Deinde ueniens herosolymam sibi locellū edificauit: & sacra loca quotidie perlustrans ad locellum redibat contemplationi uacans. ¶Die quadam apud ecclesiam sancti ioannis baptiste mulierem dud..n fluxum sanguinis passam sanam effecit. ¶Quendam etiam a demone obsessum liberauit. ¶Et cum sicci tas nimia populum urgeret: adeo ut neq; in puteis neq; in foueis aqua reperiri posset: & ex hoc ciuitas periclitaretur: fodientibus ciuibus in locis plurimis si forte aqua alicunde prorumperet: oratione sancti pluuia largissima noctu descendit: que foueas & cisternas repleuit: omnemq; populum satiauit. Sicq; multorum signorum gloria clar⁹ uirtutibus pollens: sub ioanne archiepisco po quieuit in pace die sabbati noñ decembris anno domini. 524. sepultus hierosolymis inter duas ecclesias: cuius corpus inde processu temporis uenetias delatum: quiescit in eccl'ia scī antonini martyris.

¶De scō basso epo & martyre. XXX

Bassus episcopus ex nicea ꝓuincia dum christum predicaret a perennio preside detentus & ad deorum sacrificia inuitatus: cū idolis imolare contemneret: primo in equuleo suspēsus ac diuti⁹ tortus est: deinde laminis ardētibus circa latera appositis excruciatus iesum christum dominum maiori constantia profitebatur. Quapter in equuleo leuat⁹ fustib⁹ & scorpionib⁹ ꝑsidis iussu diutissime cesus ē. Post hoc depositⁿ ad statuas deoꝝ ligna pro sacrificio portare compellitur: data sententia: ut si non sacrificaret: eodem igne cōsumeretur: qui dū sacrificare cōtemneret: in ignem missus sed in eo dudum manens illesus educitur. Sicq; a preside ad iudicē nicee prouincie destinat cum litteris sibi mandantibus ut bassū: aut sacrificare compelleret: aut excogitatis supplicīis perimeret. Sed dū a iudice suasus sacrificare nollet: fabricatis duob⁹ clauis ad mensuram longitudinis corporis eius eisq; a plātis pedū per medium corporis usq; ad uerticē confix⁹ in christi ꝓfessione emisit spiritū noñ decēbr. tpe decii & ualeriani. Cui⁹ corp⁹ a xpianis i nicea ciuitate sepultū est.

¶De scā crispina ..rgine & martyre. XXXI

Crispia uirgo i aphrica ap. colonia thebestina tpe diocletiani & maxiani impatoꝝ cū sacrificare nollet iussu anolini pcōsul⁹ dcollata⁹ ē: ibiq; sepulta noñ. decēbr

¶De scō dalmatio epo & martyre. XXXII

Dalmati⁹ martyr & eps de italia oriūd⁹ pre senatore dū xpian⁹ esset occult⁹ oia deserens ad albā ciuitatē deuenit: ibiq; xpm pdicare cepit & miracul clarere. ad quem quidam ualentin⁹ magister militū de rauenna ueniens eius audita fama pro filio

ſuo graui infirmitate detento ſu pplicare cepit: orationeq; fuſa ſanctus filium libera tum eidem nunciat: qđ ille repatrians dum uerum eſſe cognouit ad dalmatium rediit & conuerſus ad chriſtum ab eodem cum filio baptiſmum ſuſcepit. Iterumq; ad propria remeans & chriſtum annuncians miraculi teſtimonio multos ad fidem conuertit: dein de dalmatius angelo duce ticenum ueniens dum flumen ſine põte uel naui ab angelo in momento tranſuectus multis coram poſitis tranſiuiſſet: populum multum conuertit ad chriſtum. Ibiq; conſtitutus epiſcopus predicationis officium fideliter perficiebat: dei de ad gallias tranſiens: plurimos infideliuꝫ chriſtianos effecit. Et poſt hec reuelatione diuina: dum ad ſuam rediret eccleſiam iuxta flumẽ ticeni ab infidelibus captus & ĩ cerebro gladiis percuſſus per martyrium migrauit ad chriſtum. Sed dum corpus eius exanime ſtaret nec dudũ cecidiſſet uiſo miraculo multi ex infidelibus conuerſi ſunt. Sepultuſq; eſt ibidem miraculis clar⁹. Paſſus eſt autem die noñ decembris.

¶ De ſcõ Nicolao epõ & confeſ. .XXXIII.

NIcolaus epiſcop⁹ ciuis patere urbis patre epiphanio matre Ioanna: diuitibus claris & ſanctis exort⁹ prima die ſue natiuitatis dũ balnearetur erect⁹ ſtetit in pelui fere dimidia hora. Ad ubera matris poſitus. iiii. &. vi. feria ſemel ĩ die mãmas ſugebat: qui ex nomie auũculi ſui nicolai myreorum antiſtitis uocatus eſt nicolaus. Dũ adhuc puer imbuendus litteris a ſcholis rediret: claude femine eidem obuie greſſũ rectum tribuit. ¶ Cuidam ſeruo dei nomine ſabbatio in ex taſi poſito palatium mirificũ auro & gemmis fabricatum cum ſede mirabilis claritatis intro poſita oſtenditur: que omnia nicolao adhuc puero in celeſtibus p̃parata reuelantur. Factus autem iuuenis coetaneorum conſortia & mores deuitans eccleſiam frequentabat: & que de ſcripturis audiebat memoriter retinebat. ¶ Parentibus defunctis quid de diuitiis ſibi dimiſſis domino gratum ageret cogitabat. Hinc auaritiam ſi non daret. Hinc inanem gloriam ſi preberet ĩcurreẽ formidabat. Sed poſt dies modicos dum quidam conciuis nobilis ad extremam deductus inopiam: tres filias ſuas uirgines fornicari diſponeret: ut inde miſerrimus quicquam p uictu acquireret. Nicolaus hoc audiens noctu domum uiri latenter adiens per feneſtram auri pondus intro clam proiecit clamq; diſceſſit. Quod homo ille reperiens ex eo primogenitam maritauit. Et dum idem ſecundo ſanctus confeſſor peregiſſet: ſecundam filiam ſimiliter pater nuptui tradidit. Dum autem tertio dei famulus idem opus perfeciſſet homo ille qui uigilans benefactorem ſuum ſtudio obſeruabat: ſanctũ fugientem cepit: eũq; cognouit & ad pedes eius ſe proſtrauit. Quem ille erigens eidem ſuperinde ſilentiũ quoad uiueret impauit: illeque tertiam filiam coniugio dedit. ¶ Poſt hoc defuncto archiepiſcopo myreorum dum epiſcopi ſuffraganei pro eligendo preſule orantes conueniſſent: reuelatur cuidam epiſcopo magne auctoritatis: in quẽ uota omnium dependebant: q; illum elligere deberent: quem hora matutinali primum ad ianuam eccleſie nicolaum nomine repperirent. Cum antem nicolaum mãe expectantem epiſcopus repperiſſet & nomẽ ipſius didiciſſet: eundem licet ſatis renitentem in cathedra collocarunt. Qui gregi dominico prefectus ad amplioris perfectionis apicem: omni decoratus uirtute attingere ſatagebat multiſq; miraculis coruſcabat. ¶ Quadam die cum ſuis clericis ad refectionem diſcumbẽs deficiente ſibi uino modicum uini in uaſculo allatum quod uix tribus in menſa ſufficeret cunctis in fundi p̃cepit: & ad ſufficientiã omnibus fuit ſatis. ¶ Alio quoq; tempore dum unicus ſolũmodo panis in cellario repert⁹ eſſet: operariis in eccleſia ſua laborantib⁹ appoſuit. Indeq; plene omnes refecit. ¶ Virum & uxorem q xxx. fere annis ſine prole fuerant: ad ſe uenientes: & p filio ſupplicantes oleo lampadis eccleſie inunxit & orationem premiſit. Eodemq; anno mulier filium enixa: eundem in miniſtrum uiro dñi obtulit: quem ille baptizauit: & ſacris litteris erudiuit. ¶ Obſeſſum a demonio de regione andronica liberauit: puellam manib⁹ aridis de caſtello euãdis ſanauit: & alios multos a diuerſis paſſionibus dei uirtute curauit. ¶ Dum eccleſiam conſtrui faceret & lapis magnus in edificium opus eſſet: qui a. lxx. hominibus nullatenus moueri poterat: ſanctus dei ſuper ueniens ſigno crucis premiſſo cum duobus clericis ipſum amouit: & ad locum detulit ordinatum. ¶ Quadam die tẽpeſtate ſeuiſſima quaſſati quidam naute nicolaũ aduocant: & continuo uir quidã eis apparuit dicens ſe eſſe nicolaum ab eis aduocatum: qui eos in antẽnis & rudentibus iuuare cepit ſtatimq; tempeſtas ceſſauit. Et dum ad eius ueniſſent eccleſiam: quem nunq̃ uiderant ſine indice cognouerunt. Quod ille non ſuis meritis ſed eorũ fidei attribuere docuit. ¶ Dũ quodã tempore fame ualida regio eſſet oppreſſa & naues onerate tritico ad portũ myree deueniſſent rogauit ſanctus nautas ut ſaltem proquaq; naue in centũ modiis eoꝝ inopie ſubueniret. Cnmq; illi nõderent

& a scribenda sententia destitit. ¶ Nobilis qdam noie heraclius filiā ei⁹ unicā deo uouerat: in cuius amorem instigante diabolo unus ex seruis exarsit: & ipossibile uidens: ut ad amplex⁹ filie dñi sui posset accedere: cuidam mago pecuniam magnā ꝓmisit: si taliter ageret: q puella sibi cōsensum ꝓberet. Qui scriptam epistolā ad diabolum iuueni tradidit: & ut nocte inter sepulchra gētiliū accederet monuit: & demones uocaret: atq; chartam in aere exaltaret: & sic demonibus sibi apparentib⁹ obediret. Que dū iuuenis ꝓfecisset: adest princeps tenebraꝝ cū multitudine demonioꝝ: & lecta epistola iuuenem iterrogat: si xp̄m negare ꝓparatus erat: Qui dū xp̄o & xp̄iane fidei abrenunciasset: & abnegationis sue chirographū diabolo tradidisset: princeps demonioꝝ spūs fornicatiōis ad puellā misit i amorem iuuenis inflāmandā. Que dudū uexata miserabiliter clamare cepit: & patri dicere: q aut ipsam suo i ꝓiugē traderet: aut seipsam occideret. Pater igitur anxius & filiam ꝑdere dubitans: de ꝓsilio amicoꝝ ipsam suo suo manumisso in uxorem dedit: & maximā dotem ꝓcessit. Et dū dudū īsimul ꝑmanerent: aduertit uxor: q uir su⁹ nec se signabat: nec ecclesiā introibat. Et dū huius cām sollicite ꝑ dies plurimos req̄sisset: q̄is dudū sibi ueritatē negasset: eidem tādem cuncta que sibi ꝓtigerant enarrauit: & puella supinde basilium ꝓsulendū adiit. Qui pueꝝ uocans: & oia ab eo audiens: iterrogauit: si ad xp̄m redire uellet. Cui ille respondit: q uellet libenter: sed non poterat: qa abnegationis sue chirographū diabolo fecerat. At scūs eum in dño ꝓfortauit: & cruce signatum ꝑ triduū inclusit: postea eū uisitauit: q magnas demonum infestatiōes se pati dicebat: eo q ip̄m lapidātes chirographū sibi ostēdebāt. Cui ille dans escam modicā: iteꝝ eum signauit: & inclusit: ac ꝑ ipso iugiter deum orauit. Et post aliquot dies iterū ad eum ueniēs: ab eo ꝑcepit: q clamores eorum a longe audiebat: eos tñ nō uidebat: iterū q ipsum reficiens abiit: & ꝑ eo orauit: & die q̄dragesimo rediens audiuit: q uiderat sanctū ꝑ se pugnantē: & diabolum uincentē. Quem basilius educens: uocato clero & populo. & factis letaniis: pueꝝ i ecclesia ducebat: quē demones ab alia pte trahebāt. Tūc clamante puero: basilius demones increpauit: eosq; dudū ꝓquerentes effugauit. Et dū ipse cū oī populo in oīone ꝑseuerasset: ecce scriptum iuuenis ꝑ aera in manib⁹ basilii cōuolauit: quem ille iuueni ostensum lacerauit: & absolutum ac cōicatum & bene instructum uxori restituit. ¶ Mulier quedaꝫ oia peccata sua in scedula scripserat: & eam basilio dederat: supplicās ut pro se oraret: ut deus sibi peccata dimitteret: qui dum ꝑ ea orasset: oia peccata preter unum grauis⁹ de charta deleta sunt. Quā basilius ad effrē eremitam misit: ut eius oratione & peccatū illud deleri posset. Tunc effrem eam ad basilium tāq̄ sanctiorem remisit: & ut ueniēs festinaret admonuit: eo q dubitabat: an ipsū uiuum inuenire posset. Rediens ergo mulier uirum dei defunctū repperit: qui iam ad tumulum portabatur. Et dū lamentabiliter fleret: & scedulam supra corp⁹ defuncti posuisset: iteꝝ eam aperuit: & peccatum deletum aspexit. ¶ Dum aūt scūs dei egrotaret infirmitate: qua & decessit: quidam probus medicus iudeus ioseph noie eum uisitabat: quem sanctus se conuersuꝝ preuiderat. Sed dum in extremis positus esset: ioseph ex motu pulsus & aliis iudiciis: quem eo die moriturum nouerat: famulis secreto nunciauit: & ut necessaria sepulture pararent ꝓsuluit. Quod sanctus ꝑ spiritum audiens: hoc esse futurum eo die oīno denegauit: & ioseph aliter esse ipossibile ꝓstāter affirmauit: asserēs se uelle mori: nisi basili⁹ eo die sole occidēte occūberet. Tunc sanctus eum iterrogat: si uult mori peccato & uiuere christo: si die sequenti usq; ad sextam horam superuiueret: quod & ioseph se factuꝝ spondet. Beat⁹ aūt basilius q̄is naturaliter illico moriturus: oratione non tantum mortis inducias q̄ conualescentiam a xp̄o impetrauit: & usq; i crastinum ad horam nonā superuixit: maneq; hora tertia de lecto surrexit: ad ecclesiam ꝑ priis pedibus accessit: & ioseph conuersum baptizauit: & redieus ad lectum hora nona spiritum feliciter emisit ca Ka. ianuarii tēpore impatoris gratiani: sepultusq; est i ecclesia sua. ¶ Hic contra eunomium isignes elaborauit libros. De spiritusancto uoluminē egregium. In examer on homelias nouem. Epistolas breues: uariosque tractatus. Ad eucbitas epistolam unam. Ad nicopolitanos epistolam unam contra hereticos. De incarnatione domini librum unum. Vitam balaā & ioſaphath. Contra iulianum apostatam libros fortissimos. De generibus peccatorū inquisitionum librum unum. De fide catholica ad amphilochum iconii ep̄m libꝝ unū. Scripsit etiam regulam monachorum: quautunt armeni: & alia multa opuscula fecit.

¶ De scā martina uirgine & martyre. XXIX

MArtina uirgo & martyr rome ex patre cōsule nata: ibidemq; sub alexandro imperatore passa est. Que ab eo ut christiana ꝓphēsa: ad apollinis sacrificium inuitata: Et dum orasset: tpars templi cum idolo cecidit: & demon per aera sicut fumus clamans euanuit. Quam alexander alapis cesam ab

octo uiris binatim sibi succedentib⁹ uncinis ferreis attrahi fecit. Qui uidentes quattuor angelos uirginē cōfortantes conuersi sunt: ꝓpter qđ & ipsi suspēsi:& unguibus lacerati:demū decollati martyriū consumauerūt. Deinde uirgo xp̄i suspēsa:& post hoc in q̄ttuor palis extēsa gladiis concidit:sed cesoribus subito decedētib⁹ carceri tradit: ubi ab angelis uisitata confortat: & celesti cibo reficit. Indeq; educta in tēplo artemidis statuitur:& īmolare ꝓpellit. Sed corruēte idolo & fugato demone iteꝝ circa māmillas unguibus laniat. Iterūq; carceratur. Deinde i amphitheatrū ducta bestiis subiicit. Cuius pedibus leo ꝓcidit māsuetus. Et dū ide educta fuisset: idē leo mox eumeniū alexandri cognatū iterfecit. Iteꝝ p⁹ duos dies suspēsa: & ungulis rasa:atq; decaluata est:eo q̄ uirtutem maleficioꝝ capillis iesse putabāt. Et dum in tēplo cei recluſa fuisset sola: idolo corruente:audite sunt uoces angeloꝝ ꝓcinētium a paganis. Quod impator ꝓpiens:ipaꝫ extra urbē ductam iussit decollari. Et facto maximo terremotu .230. gentiles conuersi sunt. Cuius corpus calixt⁹ papa cū suis clericis sepeliuit cal. ianuarii.

¶ De scō cōcordio presbytero & mr̄e. XXX.

COncordius presbyter & martyr passus ē spoleti tp̄e antonini īpatoris. Hic ex pr̄e gordiano xp̄iano rome ort⁹:a sancto pio urbis ep̄o presbyter ordinat⁹ & doctus ē. Qui cū uia salaria habitaret apud sanctū eutycetē:tentus a torquato coite tuscie: qui uersabat spoleti:cū xp̄m confiteretur:& sacrificare nollēt:carceri tradit⁹ est:ubi a sanctis eutycete & antimo ep̄o amicis torquati de ei⁹ consensu uisitatus & cōfortatus fuit. Inde educt⁹ equuleo suspēditur & torquet. Et dum constanter in fide p̄sisteret:iteꝝ carceri mancipat:& fame triduo macerat. Nouissime cū statue iouis eidē i ergastulo p̄sentate thurificare renueret:a duob⁹ satellitib⁹ ibidē decollat cal. ianua. Sepult⁹ i loco ubi aque plures emanāt:iuxta citatē spoletanā.

¶ De scō almachio martyre. XXXI.

ALmachius martyr rome martyrium passus est. Qui cū sacrificā tib⁹ gētilib⁹ diceret:hodie octaue dn̄ici diei sunt: cessate a superstitiōib⁹ idoloꝝ:iubente urbis p̄fecto captus:& a gladiatoribus occisus est. cal. ianuarii:ut dicit in martylogio adonis.

¶ De scō fulgētio ep̄o ruspēsi. XXXII.

FVlgentius ep̄s ruspēn: ex patre fulgentio & matre marchiana nobilibus i ciuitate toleto hispanie natus ē. Qui grecis & latinis litteris non mediocriter erudit⁹ in annis iuuenilibus a fausto ep̄o in exiliū relegato monachalē habitū suscepit. Hic primo ab arrianis multas insidias & persecutiones ꝓpessus & aliquādo durissime cesus ē. Deinde effect⁹ abbas mōasterii sui: eadē arriana peste crescēte ab eodē cenobio effugat⁹:sed auxiliante xp̄o post tēpus aliqđ reductus in ep̄m ruspēn electus fuit. Qui uerbo & exēplo populū suū docēs:ad defensionē catholice ueritatis:multa opuscula cōtra arrianā heresim ꝓpilauit. Propter qđ ab arrianis in insula sardinie cum .60. catholicis ep̄is relegatus:demū ad ecclesiā suam reuocat⁹:quā si per annū ante obitū suum ep̄atui cessit: & ad monasteriū suum rediēs:ibidē nō ut abbas:sed ut simplex monachus annū ultimū uitē sue exegit. Ibiq; plen⁹ sanctitate humanitatis debitū soluit cal. ianuarii:ep̄atus sui annoꝝ .xxv. uite uero sue anno .63. Hic iter cetera uite sue artissime recolēda carnes aut uinū:nulla unq̄ necessitate uel īfirmitate gustauit. Floruit autē tp̄e gelasii pape: & anastasii primi impatoris. ¶ Hic dīna & humana litteratura p̄stātissim⁹:aduersus faustum elegans scripsit uolumē. Cōposuit tractat⁹ & homelias multas plurimosq; ꝓmōes. Scripsit & fabulaꝝ allegorica:libro quē mythologiaꝝ uocabula intitulauit. Hec sigibert⁹.

¶ De scō fulgētio ep̄o utruculañ. XXXIII.

FVlgenti⁹ ep̄us utruculañ uir nimie scitatis fuit. Qui dū rex gotorum totilas ad ptes suas accederet:eidē per clericos suos exenia misit:ut eius insaniā mitigaret. Que rex ut uidit:spreuit: suisq; hominibus iussit:ut episcopū sub omni feritate ꝓstrigerent:eiusq; examini reseruarēt. Quē feroces gothi detentū circūdantes:eū i uno loco stare preceperūt:sibiq; i terra circulū designauerūt:extra quē pedeꝫ tendere nullo modo auderet. Cūq; in sole nimio estuaret:nec circulum exīre presumeret: repēte tonitrua & corruscatōes:ac pluuia nimia erupūt:adeo ut custodiētes eum īmēsitatem imbris ferre non possent. Et cū iundatio nimia ubiq; fieret:intra designationē circuli:intra quā uir dei stetit:ne una quidem aque gutta descendit. Quod duꝫ regi nunciatū fuisset: qué prīmitus insatiabili furore sitiebat: postmodū reuerendissime ptractauit: & cū honore ad ꝓpria remisit. Hec gregori⁹ .3. dial. ca. 12.

¶ De scis triginta martyribus. XXXIIII.

TRiginta milites xp̄iani:rome uia apia martyrio corōati sūt. Quos diocletianus imperator simul detentos:capitali sententia condemnatos:decollari fecit. Sicq; coronam martyrii percepunt cal. ianuarii.

¶ De scō macario abbate alexādrio. XXXV.

MAcarius alexandrin⁹ abbas: ut habet ī hiſtoria tripartita: fuit ī deſerto de ſcythi: ad differentiā alteri⁹ macarii egyptii: antonii diſcipuli: q̄ fuit ī thebaide: de quo dicet .18. cal'. februar'. Hic deſcēdens de ſcythi: intrauit dormire in monumēto: ubi ſepulta erant corpora paganoꝝ. De quorum uno ſibi puluinar ſub capite ſtrauit. Demones aūt ut ip̄m terrerent: uocabant q̄ſi mulierem ad balneū inuitantes: & alter demon ſub ipſo: tanq̄ ex mortuo illo rn̄debat: ſe uenire nō poſſe: quia peregrinū ſuper ſe habebat. Macarius aūt in nullo territus corpus tundebat dicens: q̄ iret: ſi poſſet. ¶ Appuit ſibi diabol⁹ aliq̄n cū falce meſſoris: uolenſq; eū ferir' nō potuit. Dixitq; ei: q̄ ab eo multā uiolentiam pateret: quia ſibi p̄ualere nō poterat. Nam quicquid macarius faciebat: & demon: ſi uigilabat: ipſe nunq̄ dormitabat: ſi ieiunabat: ipſe penitus non comedebat: ueꝝ in ſola humilitate ip̄m excellebat. ¶ Vexatus a tētationibus carnis: ſaccū magnum harene deferebat: & interrogatus a theoſebio quid faceret: rn̄dit: q̄ ſe uexantem uexabat. ¶ Vidit alia uice diabolū habentē in ueſte perforata ampullas multas: quas dixit eſſe tētationum ſpecies: & q̄ ibat potiōare frēs: Ita ut ſi uni aliqua eaꝝ nō placeret: aliā porrigeret. Et cū rediret: macario interroganti quō fecerat: rn̄dit: q̄ omnes ſcificati erant: p̄ter quēdam theotiſcū: qui ſibi p̄ſēſerat. Surgenſq; macarius illuc iuit: illumq; fratres tētatum inueniens cōuertit. Et poſt hoc iterum demonē eundem repertum interrogat: quō ſe frēs habebant: qui rn̄dit: q̄ male: & quod plus erat: unū acq̄ſitum amiſerat: qui ſanctior aliis fact⁹ erat. ¶ Dū caput defūcti reppiſſet: & oraſſet: interrogauit qs eſſet: q̄ rn̄dit: ſe fuiſſe paganū. Interrogat⁹ ubi erat aia ſua: rn̄dit: q̄ in inferno in tanto p̄fundo: quantū diſtat celū a terra. Addiditq; q̄ adhuc p̄fundiores ſunt iudei. Et ultra hos profundiſſimi ſunt falſi xp̄iani: qui xp̄i ſanguinē cognitum p̄ſpendunt. ¶ Ambulans aūt p̄ p̄fundam ſolitudinē: ad quodlibet miliare arūdinē figebat: ut poſtmodū redire ſciret. Et cū iam nouem dietas feciſſet: eas oēs diabolus collegit: & ad caput eius dormientis poſuit: unde ad redeundū plurimū laborauit. ¶ Fratri cuidā longe tentato: q̄ in cella ſua inutiliter permaneret p̄ſuluit: ut cogitationibus illis ſic reſponderet: q̄ ſaltem pro xp̄i amore celle parietes cuſtodiret. ¶ Duꝝ culicem ſe pungentem occidiſſet: & ex eo ſāguis exiſſet: redarguens ſe: q̄ p̄priam iniuriam uindicaſſet: nudus ſex menſes ī deſerto manſit: & inde a ſcabronibus laceratus exiuit. Poſt hec clarus uirtutibus in pace quieuit quarto nōn ianuarii. Hec in uitis patrū.

¶ De ſcis argeo marceſſo & marcellino martyribus. XXXVI.

ARgeus marceſſus: atq; marcellinus puer fratres: paſſi ſūt ī ponto ciuitate tomis. Qui marcellinus ſub licinio principe: inter tyrōes p̄hēſus: cū nollet militare: dicens ſe xp̄ianum nulla ratiōe debere terreni principis aſcribi militie ceſus ad mortē: & diu in carcere macerat⁹ ē. Et dū ſic detinere tur in uinculis: & argeus ac marceſſus frēs eius ip̄m uiſitaſſent: & ip̄i deprehēſi: q̄ xp̄iani eſſent: cogunt idolis imolare: cum eſſent inter militares aſcripti. Sed nō cōſentientes a tribuno ſuo decollati ſūt. Marcellin⁹ uero in mari merſus martyriū cōſumauit: q̄ paſſi ſunt .4. nōn ianuarii. hec ado.

¶ De ſcō antherio papa & mr̄e. XXXVII.

ANtherius papa & martyr: natiōe grecus: ex patre romulo: pōtiāo pape ī eōpatu ſucceſſit: & ſedit annos .3. menſem .i. dies .2i. Hic p̄ſtituit: ut ep̄i maxime utilitatis uel neceſſitatis cā poſſint trāſferri de ſede ī ſedem. Hicq; geſta martyꝝ a notariis diligenter exq̄ſiuit: & ī eccleſiis recōdidit legēdas. Et hic ſub maximino auguſto martyrio coronat'. Sepult⁹ q; ē cū collegis ſuis ī cemiterio calixti: uia apia .iii. nōn ianuarii. Et ceſſauit epiſcopatus dies .viii.

¶ De ſcā genouefa uirgine. XXXVIII.

GEnouefa uirgo p̄ſien anno .vi. martiani ip̄atoris claruit: ut ait ſigibert⁹. Hāc puellulā dū in domo paterna ſanctus german⁹ pariſien ep̄s: uadēs ad ſynodum cōpexiſſet: p̄phetico ſpiritu p̄nūciauit: eā maximā in ſcitate futurā: eāq; tūc de pudicitia docēs ad p̄poſitū uirginitatis ſcitauit. ¶ Dū aūt die quadā p̄hibente matre oīno ad eccleſias ire uellet: & mater ip̄as alapa p̄cuſiſſet: ſubito lumē oculoꝝ amiſit. Quod puella uidēs: & matri condolēs: ac reā ſe crimis remordens: aquā de puteo hauſtam inuocato xp̄i nomine oculis genitricis iſudit: & mater p̄ſtim recup̄auit uiſum. Dū aūt in xp̄i uirginem dedicata fuiſſet: & ieuniis ac oratiōibus uacaret: ex longa carnis tabefactōe leprā incurrit: quā pluribus annis patiēter p̄tulit: ſed demū a xp̄o mundata eſt. Et dum ſcī dionyſii baſilica fabricaret: & calce deficiente operarii laborare nō poſſent: & ex hoc dieb⁹ multis uacare ab op̄e neceſſe eſſet: oratiōes uirginis effuſa: cameram quam exiſtimabant uacuā adierunt: & eā calce miraculoſe plenam inuenerunt: & ſic in edificio p̄ceſſerūt. ¶ Sed & ſitiētibus operariis uirgo cuppam uini porrexit: de quo refectis omnib⁹:

usq; ad ꝑpletam eccleſiam nō defecit. Multos ab īmūdorum ſpūum oppreſſione liberauit: & aliis inſignib⁹ miraculis renitēs: in pace quieuit. 3. noñ ianuarii apud ſanctū dionyſium ſepulta.

¶ De ſcō petro aulano martyre. XXXIX.

Petrus martyr paſſus eſt in citate aulana tpe diocletiani & maxiani impatoꝝ: q alio nomine balſam⁹ uocat⁹ eſt. Hic a preſide ſeuero tētus: dum ſe xp̄icolā confeſſus eſſet crucis ſupplicio affixus: interēptus eſt: uere petri apoſtoli effectus heres nominis ac ī̄itator paſſionis. Cui⁹ paſſionē tranſtulit anaſtaſius apoſtolice ſedis bibliothecarius: ut ſcribit frater uicentius: qui paſſus eſt. 3. noñ ianuarii.

¶ De ſancto daniele martyre. XL.

Daniel leuita & martyr padue qeſcit corpe in eccleſia cathedrali. Quod q̄dē hoc modo reptum ē.

¶ Anno enī dñi. 767. hic ſanctus appuit cuidā ceco i tuſcia exiſtēti mones: ut ſi illumiari uellet ad corp⁹ ſuū uiſitandū paduā accederet: ſeq; danielē martyrē3 nominauit. Qui paduā ueniēs & nihil de ſcō inuenire ualēs: eo ꝙ ciuitas a longobardis nuper dieb⁹ illis euerſa fuerat: & diruptis eccleſiis legende ſcōru3 diſpſe: ſe deluſum putauit. Et dum ī eccleſia ſcē iuſtine oraret: eidē ceco ſanct⁹ daniel denuo appuit & ipſum illuminauit: ac locum ſepulture demōſtrauit. Illeq; cōtinuo epō ioanni & abbati ſcē iuſtine: tam miraculum q̄ uiſa nunciauit. Qui congregato clero & populo: locum effodiētes: corpus martyris iuenerūt: iacens ſup ligneā tabulam ad inſtar ſue longitudinis ſupinū & extenſum: hñs ſup ſe aliam marmoreā tabulā eiuſdē longitudis cū inferiori cōfixam clauis: uidelicet ferreis enormib⁹: caput martyris: pect⁹ & uentrem: ac oīa tranſfodientib⁹ mēbra: & binas tabulas colligētibus: que oīa qualiter a gētilib⁹ paſſus fuerat: euidēti⁹ oſtenderunt. Sanguis uero a corpe diffuſus ita recens ī tabulis apparebat: acſi tūc ex uulneribus ſtillaret. Et ex parte exteriori ſculpt⁹ titulus legebatur. Hic requeſcit corp⁹ ſci danielis martyris & leuite. Quo autē tpe uel qua die ſeu ſub quo paſſus fuerit iudice aliter ignorat. ¶ Leuātes igit̄ inde corp⁹ ad eccleſiam maiorē dei genitricis tranſtulerunt: & ibidē honorifice condiderūt: ubi & q̄ſcit miraculis fulgens. Et quia paſſionis eius feſtum ignotum eſt: feſtum ipſius martyris agit̄ padue die: qua corpus eius inuentum eſt: uidelicet tertio noñ ianuarii.

¶ De ſancto theogene martyre. XLI

Theogenes martyr filius epī xp̄iani: paſſus ē ſub licinio impatore in cyzico: que erat prima ciuitas helleſpōti. Qui ꝑpreh̄ēſus & perductus ad legionē: que dicebat⁹ ꝑa traiana: dum ſe xp̄ianū ꝑfeſſus eſſet: in q̄tuor palis extēſus: & fuſtib⁹ ceſus ē diuti⁹: donec. 18. centuriones ſup eum mutarent. Deinde in carcerem miſſus & in neruo extēſus: quattuorq; clauis ꝑfixus ē: ubi ab ipſo xp̄o cū ſanctoꝝ multitudine ſibi appentib⁹ confortat⁹: quos & ipſi cuſtodes audierunt pſallentes. Inde educt⁹ & tribuno ſuo preſētatus: iuſſus eſt ab eo in mare mergi. Sed dū mergeret⁹: lux maxima ſuper eum refulſit: que oculos mergentiū excecauit. Poſtq̄ aūt ipī ad chriſti fidē conuerſi fuerūt: & baptiſmū ſuſcepunt: poſt dies. 9. lumē eis reſtitutum eſt. Corpus autē martyris a fluctibus ad littus iactatū: & a xp̄ianis reptum: ſepultum ē iuxta muros ciuitatis in uilla: que dicitur adamāti. Qui paſſus ē. 2. noñ ianuarii.

¶ De ſanctis priſco priſcilião & benedicta martyribus. XLII.

Priſcus preſbyter: & priſcilian⁹ clericus: atq; benedicta religioſa rome martyriū paſſi ſūt. Qui ſub impatore iuliano apoſtata: xp̄ianoꝝ īmaniſſimo ꝓſecutore ꝑpreh̄ēſi: & i confeſſione noīs xp̄i: gladio triūphū ipleuerūt. 2. noñ ianuari. hec ado.

¶ De ſancta darioſa martyre. XLIII.

Darioſa martyr rome paſſa ē tēpor decii ceſaris. Que fuit uxor ſancti fabiani pape & martyris. Qui diuinit⁹ p colūbam elect⁹: ut in ei⁹ paſſione dicet̄. xiii. cal. februarii: uxorem dimiſit. Et poſt eius martyrium darioſa ſanctiſſima in caſtitate pmanens: primū exilio relegat̄. Deīde a prefato principe capite iuſſa ē puniri. 2. noñ ianuarii. ut dicit̄ in martylogio adonis.

¶ De ſcis aglino & ſociis martyri. XLIIII

Aquilinus: geminus: eugentius: martianus: quint⁹: theodorus: & triphoni⁹ martyres: apud aphricam ſub ꝓſecutione uandalica p clariſſimo martyrio corōati ſūt 2. noñ ianuarii: ut dicit ado.

¶ De ſcō ſymeōe mōacho & ꝓfeſſore. LXV

Symeon monach⁹. 40. ānis apud antiochiā in colūna quadā concaua ſtetit icluſus: mira uite ſcitate & penitētia clarēs. Hic a ſcō timoteho abbate: primū monachus factus ē. Semel ī hebdomada cibū ſūmens: panē uidelicet ſolum aut herbaꝝ radices cum aqua tantū. Funeq; colligat⁹ adeo corp⁹ artauit: ut carnes ei⁹ circa ligaturas

putrefierent: uixq; iussu abbatis hoc sentiẽ/tis se solui pmisit. Deide relicto monasterio ad desertum accedens: i puteo sicco plurib⁹ annis mirã penitentiã egit. Postea in colũna .i. cubitoꝝ sibi a populo ꝑpe ciuitatẽ edifi/cata: reliquo uite sue tpe uidelicet annis. 40 pmansit: & adeo artissimã pniam egit: ꝙ fe/mur ipsi⁹ putrefactũ ẽ ex nimia tabefactõe. Anno integro sup pedẽ unũ imobilis stetit. Multa quoq; miracula de⁹ ꝑ ipm ostendit. ¶ Nã cũ popul⁹ a dracone igentissimo uexa/ret: orone fcã: dũ draco ipetu nimio uersus ciuitatẽ moueret: grossissimo ligno oculuꝫ ei⁹ itrante: & oculo draconis erupto: draco uelocissime rediens: dextra petiit: sicq; popu/lũ ab ei⁹ infestatiõe liberauit. ¶ Mulierẽ: que i potu ꝓpentẽ trãsglutierat: ꝓpentẽ euomere fecit. Et piclitanti populo nimia siccitate: a/quã abũdãter de terra ꝑduxit. Sicq; i colũna manẽs post uitã mirabilẽ stãdo spiritũ emi/sit. Quẽ abbas antoni⁹ ueniẽs uisitatũ: dum eũ prio stantẽ reppit: orare putauit: sed ac/cedens ꝑpi⁹: illũ migrasse cognouit: & sepe liuit. In cui⁹ exeqis aues circa corpus uoli/tantes: q̃ si uocib⁹ eum deflebãt. Sepultusq; est apud antiochiam miraculis clarens: qui/euit autem in .x. die noñ ianuarii.

¶ De sc̃o theleſporo papa & martyr̃. XLVI

THeleſpor⁹ papa & martyr natiõe grec⁹ ex anachorita: sixto primo pape i epatu romano succesſit: & edit ãnos. ii. mẽses. 3. dies 2. Hic ꝓstituit: ut missam ante tertiã nul/lus ꝓsumeret canere: q̃ hora dñs nr̃ ihs̃ euã/geliũ marci ascẽdit i crucẽ. Et in missaꝝ so/leniis dieb⁹ celeberrimis hymnũ angelicuꝫ decãtari ꝓcepit. Et i natale dñi tres missas i/stituit celebrãdas. Primã i galli cãtu iã no/cte media ꝓximãte: qñ xp̃s i bethleẽ nasci di/guatus est. Secundã illucescẽte aurora: qñ i cunabulis adorat⁹ ẽ a pastorib⁹. Tertiã i ho/ra diei tertia: qñ illuxit nobis dies redẽpti/onis nr̃e. Hic etiam ꝓstituit. 7. hebdomadis añ pascha potissime eẽm cleꝝ ab esu carniũ & i ieiuniis abstiere: ut sicut discreta debet eẽ uita clericoꝝ a laicoꝝ ꝙuersatione: sic & ieiuniũ. Has aũt. 7. hebdomadas oẽs clerici nõ i delitiis ieiunẽt. Et hic sub antonino ipa/tore martyrio coronat⁹. Sepult⁹ est cũ frib⁹ suis in uaticãno iuxta corp⁹ bti petri noñ ia/nuarii. Et cessauit epatus dies septem.

¶ De epiphania dñi nostri. XLVII

EPiphania dñi triplici miraculo decorat̃. Hodie enĩ magi xp̃m a/dorant. Ioãnes saluatorẽ baptiz/at: & aquã in uinũ dñs i nuptiis mutat. Pro quoꝝ utro meruit e/piphania nomiari: ab epi quod est supra: & phanes apparitio: q̃ si supna apparitio. Stel/la enĩ desup apparente xp̃s magis demõstra/tur. Et colũba spũs sancti desup descendẽte iesus baptizatus dei filius patris uoce incla/matur: & aqua in uinũ miraculose transmu/tata: xp̃i iesu gloria manifestat̃. Hoc autem annoꝝ reuolutione factũ est. Nam xp̃s dieꝝ i3. a magis est adoratus. Deinde annoꝝ. 30. & totidem dieꝝ est in iordane baptizat⁹. Et post hec anno reuoluto eodẽ die fuit ad nu/ptias ioãnis euangeliste inuitatus: ubi aquã diuina potentia cõuertit in uinũ. Sed quia i hoc festo ecclesia principaliter instat circa magoꝝ adorationẽ: iõ & huiusmõi materia ꝑsequẽda est. ¶ Et nota: ꝙ quia xp̃s rex pa/cificus uenit in mundũ: ut pacem faceret: & pacem adduceret: ipse est enĩ pax nr̃a ꝫm a/postolũ: ideo triplicem pacẽ homini addu/xit. s. pacem tẽporis: pectoris: & eternitatis. Propter hec tria necesse fuit: ut eẽt rex: de⁹: & homo. Nam fuit necesse: ut esset pro pace tpis rex uniuersalis. Pro pace eternitatis de/us imortalis. Et pro pace pectoris homo tẽ/poralis. Iccirco in historia hui⁹ festiuitatis ꝑbatur: ꝙ xp̃s fuit rex uniuersalis: & de⁹ im/mortalis: & homo tẽporalis. Et hec tria ut dicet̃. figurata fuerunt in triplici munere si/bi a magis oblato. Nam aurũ decet regiam dignitatem: thus diuinã maiestatem. & myr/rha humanã mortalitatem. ¶ Nato ergo do/mino: tribus magis in oriente positis super mõtem uictorialem orantibus: & aduẽtum stelle a balaã chaldeo in ortu xp̃i manifestã de expectantibus: noua stella apparuit: ut dicit chrysostomus: habens in medio formã pulcherrimi pueri: in cui⁹ capite crux splẽ/debat: & audita est uox magos alloquens: ut in iudeã pergerent: & ibi natum pueꝝ in/uenirent. Qui susceptis munerib⁹ stella ea/dem ductrice: iudeã uenerunt: hierosolymã intrantes: stelle uisionem amiserunt: regem iudeoꝝ natum quesierunt: eũdem nasciturũ in bethleem ꝑphetico testimonio didicerũt: quo ꝑgentes stelle ducatum recupauerunt: eadem stella duce ad pueꝝ natũ deuenerũt: ipm adorauerũt. tria munera obtulerũt: ad/moniti in sõnis ꝑ uiã aliã i patriã redierũt.

¶ Ostẽdit̃ ergo ex his primo: ꝙ xp̃s est rex uniuersalis. Et hoc patet. Primo ꝙa ex regi/bus generat⁹: & i regia ciuitate natus: ꝙ eni ex regibus israel sit ꝑ carnem genit⁹: oñdit matheus euangelista i pricipio sui euange/lii: ãteq̃ deueniat ad historiã magoꝝ dicens Liber generatõis iesu xp̃i filii dauid ꝛc. Iõq; uoluit xp̃s i bethleem nasci: que est in tribu iuda: & appellat̃ ciuitas dauid: eo ꝙ ipse uti/uer⁹ rex iudeoꝝ eẽt de domo & familia da/uid: ꝑ carnis generationem ꝑpagat⁹. Ideoq; additur ꝓphetia michee. Et tu bethleem ter/ra iuda ꝛc. In qua ad litterã ostendit̃: ꝙ xp̃s

uerus rex iudeoꝝ: qui populū israel i uirga uirtutis erat recturus: in ipsa ciuitate fuerat nascitur⁹. ¶ Secūdo quia ab amicis pricipibus uisitatus. De more enim principū seculi est: ꝙ rex de nouo regnum acquirēs: ab amicis regibus eiusdē coronationi ꝓgaudentibus uisitetur. Sic & christ⁹ nuper per carnem assumptam regnum mūdi igrediens: & principē huius seculi foras eiiciens: ab amicis regibus nedum psonaliter uisitatur: sed etiam muneribus honorat. Qui licet appellentur magi fuisse: tñ reges a doctoribus asseruntur: & dicuntur ꝛm quosdam ꝙ fuerunt primo magi idest malefici: sed postea conuersi sunt. Re uera aūt magi idest sapiētes. Naꝫ magus pice hebraice scriba dicit: grece philosophus: latine sapiens: uenerunt autem ab oriente hierosolymā in. xiii. dieb⁹ ꝛm remigium miraculose & preter naturaꝫ: quoniā puer ad quem ꝓperabant: eos in tā breui spatio ducere poterat: uel dic ꝛm hieronymū: ꝙ super dromedarios uenerūt: qđ est animal uelocissimū: qđ tantū currit uno die: q̄tū equus i tribus: & dicitur a dromos qđ est cursus & areti uirtus: quasi uirtuosus in cursu: uenerunt autēꝫ hierosolymā ꝓpter tres ratiões. ¶ Prima fuit quia magi temp⁹ natiuitatis christi agnouerūt: sed locū ignorantes existimauerunt nouū regem natū in ciuitate regia repertuꝝ: que erat hierusalē. ¶ Secūda ut citi⁹ natiuitatis locum discere possent: cum ibi sapientes iudeoꝝ resideret. ¶ Tertio ut iudei inexcusabiles essent: qui locum quidem nascentis agnouerant: sed de tpe se nescios pretendere potuisset: unde magi iudeis ostenderūt tps: & iudei magis locum. Ex quo redarguit iudeoꝝ negligētia: dū illi uni prophete credunt: isti plurib⁹ nō acquiescunt. Illi inqrunt regem alienū: isti ꝓtemnūt ꝓprium. Illi uenerūt elonginquo: isti manserunt e uicino. Venerunt autem & quesierunt illum dicentes. Vbi est qui natus est ⁊c. His uerbis ut dicit remigi⁹ in originali. Verum regem: uerū hominem: & uerum deum confessi sunt. Verum hominem: cū dixerunt: ubi est: q natus est. Verum regē: cū addunt: rex iudeorum. Verum deum: cū cōcludunt: & uenimus adorare eum: cum sol⁹ deus debeat adorari. Tertio quia ab emulis formidatus. Timuit enī eū rex herodes eius inimicus eisdem magis nunciantib⁹ christū: quare audiens herodes rex: turbatus est. Et hoc triplici de causa. Prīo ne iudei suū regē natum reciperent: & se alienigenā expellerent. Fuit enī primus alienigena: qui iudeis dominatus est. Secūdo: ne a romanis culpari posset: si aliquis ibi rex uocaretur: quem augustus nō ꝓstituisset. Tertio: ut dicit gregorius: quia nimiꝝ terrena altitudo ꝓfundi-

tur: cum celsitudo celestis aperit. ¶ Turbata est & omnis hierosolyma cuꝫ illo triplici de causa. Primo: quia impii nequeūt gaudere de aduentu iusti. Secūdo: ut regi turbato adularentur se turbatos ostēdentes. Tertio: quia timuerunt: ne psente & uēturo rege ad inuicem certantibus: ipsi in pturbationib⁹ inuoluerent. Tunc herodes principibus cōuocatis: sciscitabat ab eis: ubi xps nasceret. Et ꝓphetia michee in mediū ꝓfertur: ꝙ xps in bethleem sit nasciturus. Quod cū audisset: conuocatis magis didicit ab eis tempus stelle: que apparuit eis: eosq; i bethleē ad requirendū puerum destinauit: & ut eū repertum sibi nunciarent rogauit: simulās se adorare uelle: quem ꝓdere cupiebat. ¶ Secūdo ostendit: ꝙ est deus immortalis. Primo in noue creature productione: quod soli deo ptinet. Stella enim illa: que magis apparuit: fuit de nouo creata: que peracto suo officio in preiacētem materiam est reuersa. Et hoc ut plurimum doctores tenent. Hec autē stella ab aliis differebat i sex: quaꝝ tres differētias primas assignat fulgentius: & alie tres tanguntur in glosa. Primo enim differebat in situ: quia non erat localiter in firmamento celi: sed pendebat in aere proxima terre. Secundo in fulgore: quia ceteris erat splendidior. Nam sole meridie fulgente lucidissima apparebat. Tertio in motu: nō enim mouebatur motu circulari: sed precedebat magos motu progressiuo more uiatoris: & cū stantibus quiescebat. Quarto in origine: qa alie facte sunt in mundi principio: hec autē modo. Quinto in officio: quia alie facte sūt: ut sint in signia & tēpora: hec autem ut prebeat magis uiam. Sexto inductione: quia alie facte sūt ꝓpetue: hec aūt rediit i materiā ꝓiacentem officio suo cōpleto. ¶ Secundo ostendit de⁹ in secretoꝝ & futuroꝝ cognitione: cognouit enī xps: qd herodes facturus erat: iō & magos ad eum mittere uoluit. Cognouit etiā: ꝙ se non adoratuꝝ: sed occisuꝝ cogitabat: iō ꝓ aliā uiā redire ꝓcepit. ¶ Et nota: ꝙ cum magi hierosolymā ingressi sūt: stelle ducatum amiserunt ꝓpter tres rōnes: ut dicit glosa. Primo: ut de loco natiuitatis xpi querere cogerent: ut sic de ei⁹ ortu certiores redderēt: tam per stelle apparitionē q̄ ꝓ ꝓphetie reuelationē. Secūdo quoniā iuste querentes humanū auxiliū: amiserunt diuinum. Tertio: qa sicut dicit apostolus: prophetia fidelibus: signa ifidelib⁹ data sunt: iō signū istis gentilib⁹ datū: iter iudeos fideles eis apparere nō debuit. Cum aūt de hierusalē ꝛgressi fuisset: stella añcedebat eos: usq; dū ueniens staret supra: ubi erat puer. Quā uidentes illi gauisi sūt gaudio magno ualde ¶ Tertio in magoꝝ adoratione. Nā intrantes

domũ iuenerunt puerꝝ cũ maria matre eiꝰ: & ꝓcidentes adorauerunt eũ. In quo oñdit uerus deꝰ: qa ꝓceptũ erat: ut nullus adoraret: nisi solus deꝰ: ut dictũ est. Eidẽ quoq; mũera obtulerũt: uidelicet augꝝ: thꝰ: & myrrham: obseruantes i hoc antiquũ legis ꝓceptum. Nõ appebis in ꝓspectu meo uacuus. Hec aũt munera i spẽ obtulerunt ꝓpter q̃tuor rõnes. Primo: qa ut dicit bernardꝰ btẽ uirgini augꝝ obtulerunt: ꝓpter iopie subleuationẽ: thꝰ ꝓtra stabuli fetorem: myrrham ꝓ membroꝝ pueri ꝓsolidationẽ & uermiũ expulsionẽ. Scdo: ut dicit augꝰ: quoniã augꝝ ad tributum: thus ad sacrificiũ: myrrha ad sepulturã ptinet. Per hec itimantes: q̃ i xp̃o ꝓfessi sunt regiã potestatẽ: dinã maiestatẽ: & humanã mortalitẽ. Et hec ẽ cõis rõ doctoꝝ Tertio ut dicit maxius: quoniã i auro oñdit captiuitatis nr̃e redẽptio ꝑciosa: in thure demonũ supstitio cessatura: & futurꝰ uere religiõis cultꝰ apit: i myrrha uero: q̃ exanimata solent corpa ꝓfuari: ꝑfigurat carnis nr̃e repatio & resurrectio mortuoꝝ. Et hec oĩa ꝓ xp̃m futura erãt. Quarto: ut dicit gregꝰ: & ẽ rõ moralis: ut ex hoc significet: qd xp̃o ꝓferre déamꝰ. Auro nãq; sapia designat: salomõe attestãte: q ait: Thesaurꝰ deliderabil requescit i ore sapiẽtis. Thure aũt: qđ deo impẽdit: uirtꝰ oronis exprimit: psalmista attestante: q ait: Dirigat̃ oro mea sicut icensũ in ꝓspcũ tuo. Per myrrhã uero carnis mortificatio figurat̃. uñ & scã ecclesia de suis opariis usq; ad mortẽ ꝓ deo certãtibꝰ dicit. Manus mee destillauerunt myrrhã. Nato ergo regi augꝝ offerimus: si in ꝓspectu illius claritate supne sapientie resplendemus. Thus offerimus: si cogitationes carnis per sancta orationum studia in ara cordis incendimus: myrrhã offerimus: si carnis uitia per abstinentiã mortificamus: hec gregorius. ¶ Tertio ostenditur: q̃ est homo tẽporalis. ¶ Primo quia ut homo uoluit nasci & educari: iõ inuenerunt puerum cum maria matre eius. ¶ Secundo quia ut timens mortem uoluit occultari: quã naturaliter homies fugiunt. Ideo cum sicut deus presciuisset: q̃ herodes eum querebat occidere: ut homo uerus uoluit in egyptum aufugere. ¶ Tertio quia amans societatem uoluit a coetaneis sociari: homo enim naturaliter diligit societatẽ: cuꝫ sit aĩal sociale: ut dicit philosophus: & maxime appetit consortium coetaneoꝝ. Ideo christus uoluit a pueris innocentibus & coetaneis associari: cuius fidei preconium nõ loquendo: sed moriendo confessi sunt: & flores martyrium extiterunt: ut dicit augustinus. & celebratur dies epiphanie ab ecclesia. 8. idus ianuarii: quo die iidem magi christum adorasse creduntur.

¶ De sanctis gaspar balthasar & melchior magis. XLVIII

GAspar: balthasar & melchior fuerunt illi tres magi: & reges scissimi: qui ad christum adorandum stella duce ab oriente uenerunt. ¶ Hi de regione persidis oriẽtalis: que est inda superior prouincia sabba dicũtur extitisse. Horꝝ nomina hebraice dicunt. Apellius. Amerius. Damascus. Grece autẽ Galgalath. Malgalath. Sarachin. Latine autem nominãtur ut dictum est. Fertur quoq; cum ad christum uenerunt. Gaspar fuisse annorum sexaginta: Balthasar quadraginta: & melchior uiginti: & ita cõmuniter pinguntꝰ. Hi sapientissimi philosophi & astroruꝫ scie periti: successores balaam arioli fuerunt: & ad uisionem stelle uenerunt ex illa prophetia. Orietur stella ex iacob ꝛc. Naꝫ ut ponit chrysostomꝰ: quidam secretoꝝ inspectores elegerunt de seipsis. 12. & siquis moriebat: filius eius substituebatur. Hi per singulos annos post menses ascendebant super montem excelsuꝫ: qui dicitur uictorialis: & tribus diebus ibi morantes se lauabant: deum orãtes ut stellã a balaã eoꝝ patre ꝑdictam eis oñderet. Et sic successiue: terni & terni: oẽs. 12. faciebãt. Dũ ãt isti tres reges i nocte natiuitatis dñi ibidẽ repti eẽnt: stella de nouo creata eis appuit: & ut dictũ ẽ: illis natũ regẽ iudeoꝝ idicauit: eosq; ad eũ adorandũ inuitauit. Qui iussa fideliter pagẽtes: p aliam uiã admoniti i sõnis ab angelo: reuersi sunt i regionẽ suam. Nã uenientes tarsum cũ nauibus tarsensiũ trãsfretarũt. Et q̃is omni relicta gẽtilitate: exide fideles extitissent: tñ baptismũ nõ suscepũt: donec dispsis apostolis ad ꝑdicãdũ a scõ thoma apostolo: q apud indiã ꝑdicauit: baptizati sũt: & i fide xp̃i ꝓfirmati: eiusdẽ i ꝑdicatiõe coadiutores fuerũt. Qui & i eadẽ regiõe i pace q̃euerũt. Quoꝝ corpa ide trãslata: ꝓstãtinꝰ magnꝰ ipator cõstãtinopoli deportari fecit. Et deide ꝓcessu tpis a scõ eustorgio epõ mediolanũ trãslata sũt: ut i eiꝰ uita dicet. 5. idꝰ aprilis. Nũc aũt requescũt apud coloniã istuc de mediolano delata. ¶ De scõ melanio epõ. XLIX

MElaniꝰ epꝰ rodonen̄ uenetẽsi pecia uilla: q̃ dicit plautio oriũdꝰ: claruit tpe clodouei regis & anastasii ipatoꝛ. Qui iter cetera uirtutũ eiꝰ isignia maxia uiguit potẽtia aduersus demones de obsessis homibꝰ expellendos. Hic cuidam fratri: quem malignus inuaserat spiritus: dum iret ad aquaꝫ hauriendam: alapam in maxilla prebens: demoné ab eo excussit. Oratoriũ autẽ suũ: qđ dicit plautius propriis manibꝰ fabricauit. In uenetẽsi pago: diabolꝰ quẽdã uirum

uadens:ad hoc eum induxit: ut seipsum suspendens laqueo strangularet. Quem sanctus superueniens & factum abhorrens:oratione facta:nedum hominem suscitauit: sed etiam ab imūdo spiritu totaliter liberauit. Tantem post multa signa uirtutū iugiter intentꝰ i celū migrauit a secꝰo.8.idꝰ ianuarii. Et cū sancti albinꝰ:uictor:lautorius& marsus:corpus eius deferrēt p uicēnaȝ rodoñ sepeliendū.i2.uiculati i turri detēti:scissa turre per mediū soluti & incolumes exierunt. Sanctum corpus ad tumulū comitantes.

¶ De scā macra uirgine & mre. L.

MAcra uirgo i ciuitate augustana rictiouaro pside martyriū passa est. Que dū sacrificare nollet:iubente preside:primū in equuleo suspēsa & diutiꝰ torta: deinde in igne precipitata ē. Que cū ibidē diu pmansisset illesa:mamillis eius abscissis squallore carceris afflicta ē: omi luce ac cibo negatis: ueȝ circa noctis mediū lumine imēso circūfusa:uiroq; uenerando canicie aspso sibi apparēte pfortata ē:& cūctis plagis sanata: uberibꝰ restitutis. Nouissime iubente preside sup testas acutissimas & prūas extēsa:& diu uolutata orās migrauit ad christū. Sepultaq; ē in territorio remenen̄.viii. idꝰ ianuarii. Cuius corpꝰ post multos ānos cuidā leu dulso bubulco dīnitus reuelat̄:ostensoq; sibi loco per uisionē:ibidē a fidelibus inuenit̄ scilicet iuxta ecclesiā sci martini: & inde leuatū honore ꝓdigno reconditum est.

¶ De reuelatiōe pueri iesu ex egypto. LI.

RElatio pueri iesu ex egypto: scā est regnāte in iudea archelao p herode pre suo: ut dicit̄ matthei 2.ca.circa ānos. 30. ipii octauiani augusti:dū videlȝ puer iesus septēnū etatis ipleuisset:ut historia scholastica tradit. Qualiter aūt xps i egypto trāsla tus fuerit:in auctētico nō habet̄: nisi q; dicitur matth. eodē cap. q; angelus dñi appuit i somnis ioseph:admonēs ut tolleret pueȝ:& matrē eiꝰ:& fugeret in egyptum:& esset ibi usq; ad obitū herodis. Eo q; herodes quereret pueȝ ad pdendū eū. Qui ꝓsurgens accepit pueȝ & matrē eiꝰ nocte:& secessit i egyptū:& erat ibi usq; ad obitū hrodis ⁊c. ¶ In libro tn de isantia xpi:quē hieronymꝰ chromatio & heliodoro epis transtulit ex hebraico in latinū:scribit̄:q; ioseph uirginē cum filio iumento iposuit:& ipse in alio ascēdit:& arripuerūt iter per mōtana & per deſtum: nolentes ire p maritimā tiore herodis. Erāt q; cum eis .3. pueri & una puella in obsequium xpi. Et exeuntes dracones de quadā spelunca:cū ceteri timentes fugierent:ꝓpentes pueȝ adorauerunt. Similr leones & leopardi & alia genera ferarȝ adorantes iesum p desertum antecedētes:uiam eis ostendebant.

¶ Et post dies tres dū aqua in utribꝰ defecisset: & omnes sessi sub palme arbore qescerent:uirgo maria respiciēs ad comam arboris de fructibus eius concupiuit. Et cōsestiȝ palma cacumē suū ante pedes uirginis iclinauit:& collectis ex ea fructibus ad satietatem omniū:arborꝫ se iteȝ erigens ad statum pristinū rediit. Tūcq; angelus appuit:& ramum ex palma euellens & asportans:ad celestia euolauit. Deinde ad radices palme fōs aque limpidissime erupit:ex quo omnes refecti sunt. Et dū iter agentes maximo calore cōprimerent̄:& adhuc .xxvii. diebus itinerari opporteret:anteq̄ ad egyptū puenirēt: miro modo post tres dies in egyptū deuenerunt:& in ciuitatē hermopoli se receperūt. Ibiq; manserūt peregrini usq; ad obitū herodis. ¶ Multa quoq; miracula de xpo puero ab eodem ostensa:in prefato libello reperiūtur:que tam breuitatis causa q̄ ex eo q; iter apocripha connumerat̄ omittuntur. Illud tamen memorabile pro constantia doctoribus habetur:q; ingrediente puero iesu in tēplum idoloȝ cuiȝ maria matre sua:oīa phani idola corruerunt:iuxta prophetiam isaie propter qđ miraculum multi egyptiorum conuersi sunt ad eum: & uirginem matrem benigne tractātes:puerum iesum pulcherrimum plurimū reueriti sūt: & ipsum aliquē magnorum deorum existimabant. ¶ Extat ibidem fons modicus:in quo fertur uirginē matrem puerum sepius balneasse: & pānos eius propriis lauasse manibus. In quo fonte omnes pueri etiam saracenoȝ quacunq; ualitudine detenti:descendentes:confestim sanantur. Est & ibi lapis :ubi uirgo panniculos christi lotos ad siccandum extendebat. Ibi est uinea engaddi:que ꝓfert balsamum: que dicto fonte irrigatur:& si aqua alia irrigaretur:eo anno nullum fructum produceret. Et hoc notorium est in omni terra egypti ē. Et ibi ꝓpe arbor que persidis dicitur: ut ponit cassiodorus in tripartita. Que ferē usq; ad terram inclinata: christum humiliter adorasse:que ualet in salutem membrorum:si fructus:solium: uel cortex patientis collo alligentur. Igitur postq̄ septem annis christus fuerat in egypto: defuncto herode:ut scribitur matthei secūdo:ioseph in sōnis monetur ab angelo:ut christum in terrā iuda reducat:qđ & fecit. Sed audiens q; archelaus regnaret in iudea pro herode patre suo:qui adhuc erat patre crudelior: timuit illo ire. Et admonitus in somnis ab angelo secessit in partes galilee:habitauitq; in ciuitatem nazareth. Herode antipa herodis ascalonite minore filio: & fratre archelai:

iam tetrachiam galilee tenente. Dies autem huius relationis pueri ieſu ex egypto facta ſcribitur a hieronymo in eius martylogio fuiſſe die ſequenti poſt epiphaniã: uidelicet ſeptimo idus ianuarii.

¶ De ſanctis iuliano baſiliſſa & ſociis martyribus. LII

IVlianus martyr cũ ſociis: & baſiliſſa uirgo cum ſociab⁹ tẽporib⁹ diocletiani & maximiani i ciuitate antiochia claruerunt. Qui nobilibus & xp̃ianis parentib⁹ ꝓgenitus: liberaliũ ſcientiis ibutus: dũ annoru3 18. a ꝓpentibus ad ꝓiugium cogeret: & ipſe i uirginitate deo ſeruire diſpoſuiſſet: diuina monitus uiſione pentibus ꝓſenſit: & puellã nobilẽ & xp̃ianam noie baſiliſſam in ꝓiuge3 accepit. Die igit̃ ſtatuta nuptiis cum gloria celebratis: intrat cubiculum cũ uirgine iulianus: tanq̃ iura matrimonii ſoluturus: ubi dum uirgo miraret: ꝙ odorem roſaꝝ & lilioꝝ hyemali tpe ſentiret. Exponit ſibi iulianus hunc eſſe odorem pudicitie uirginalis: & poſt ſcãs admonitiones uirgineꝫ ad uotũ ꝓtinentie incitauit. Tunc apparentes ſibi ex una pte xp̃s cum comitiua ſanctoꝝ: ex alia dei genitrix cum ſocietate uirginum: nimia luce circũfuſa: ſanctos dei ꝓiuges de uirginali ꝓpoſito ꝓmendarunt: & eis coronas aureas impoſuerũt: ac librum uite aureis ſcriptum litteris oſtenderunt: in quo nomia ſua ꝓſcripta iulianus & baſiliſſa legerunt. Sicq; uiſione ab eoꝝ oculis ablata: ambo ſancti i ſcõ ꝓpoſito permanſerunt. Adeo ut parentibus iuliani de medio morte ſublatis: ſua oia pauperibus errogarent: & duo monaſteria cõſtruerent: in quorum uno iulianus extitit pater & admiſtrator fere mille monachorũ: in altero baſiliſſa cũ cetu ſacratiſſimo multarum uirginum domino ſeruiebant. ¶ Dũ autem perſecutio xp̃ianoꝝ i ſyria & egypto maxime uigeret: orauit baſiliſſa: ut uirgines quas ꝓgregauerat: dominus periclitari nõ permitteret. Et per uiſioné a chriſto confortatur: ꝙ omnes filias ſuas: quas deo acquiſiuerat: ad celos premittens: ipſa eaſdem poſt modũ ſequeret. Quod dũ ſcã ſuis referret uirginibus: ſubito cõmotus eſt locus: & apparuit colũna lucis inter eas: in qua Iris aureis ſcriptum erat: q̃liter oẽ illud ſacꝝ collegium xp̃s infra certum tpis ſpatiũ ad celeſtia inuitabat: quod & factum eſt. Nam ĩtra ꝓſtitutum tẽpus: oés ille ſacre uirgines ad celos in ſancta confeſſione migrauerũt. ✝ Que poſtmodũ cuncte auro & gẽmis indute: baſiliſſe apparuerũt oranti: & ꝙ eã expectabant dicentes: & ad celeſtia inuitantes. Hec dũ baſiliſſa iuliano gaudẽs retuliſſet: orans iuxta eum emiſit ſpiritum: quam ille condigne tradidit ſepulture. ¶ Poſt hec dũ martianus p̃ſes antiochiam ab imperatoribus miſſus eſſet: & chriſtianos omẽs diis ĩmolare compelleret: & ep̃s ciuitatis cũ multitudine cleri & populi ad ſanctum cõfugiſſent: miſit martianus aſſeſſorem ſuum cũ ſatellitum multitudine: ut de predictis: an ita eſſet inquireret. Qui ueniens ad ſanctum iulianu3: & ip̃m cum oibus: qui cũ eo erãt: in fide xp̃i feruẽtes inueniens: eadem p̃ſidi nunciauit. Tunc preſes iulianum ſolum: uti auctorem omniũ iuſſit teneri. ✝ Reliquos uero omnes in quo erant loco incluſos incenſo cenobio igne cremari: ubi martyrum occiſorum audiebant̃ ſingulis horis canonicis uoces pſallentiũ. ¶ Poſt hec martianus inlianum in cuſtodia detentum ante ſe in foro deductum: cepit cõpellere ad ſacrificia deorum. Quem ſacrificare nolentem: iuſſit primo nodoſis fuſtibus cedi. Et dũ cederetur: caſu unus cedentium eruit alterius oculum: qui erat notiſſimus imperatoru3. Qui dum iuſſu p̃ſidis ad templa deorum ductus eſſet: ut eis inuocatis oculum recuparet: demones hoc ſacerdotibus ſe non poſſe facere clamabant: qn poti⁹ eterno igni una cũ ſuis cultorib⁹ reſeruatos affirmabãt. Et dũ illuc p̃ſes ingreſſus eſſet: plus q̃ quinq̃ginta idola de auro: argento: cryſtallo & ebore i pulverem redacta ſunt. Quod dum preſes magice arti iuliani aſcriberet: lotio ip̃m perfũdi iubet: ut ſic maleficia ſolueret: quod tñ i balſami odorem uerſum eſt. Sanct⁹ autem martyr uiro illi excecato facto ſiguo crucis oculum reſtituit: q̃ mox ad xp̃m cõuerſus: mandato preſidis gladio interemptus eſt. ¶ Deinde p̃ſes iuſſit ſanctũ ferro uinctum per totam ciuitatẽ circũduci. Et dum ante ſcholas: i qb⁹ celſus puer fili⁹ martiani ſtudebat trãſiret: uidit celſus circa ſãctũ multitudinẽ angeloꝝ coronã p̃cioſã ſibi ĩponẽte3. Moxq; ꝛflictis ſcholis ꝙerſus: ad pedes ſci iuliani cucurrit: & xp̃m ꝓfiteri uoce clariſſima cepit. Et dũ pater p̃ſes una cũ matre & aliis magnatibus eum uellent retrahere: cepit puer eos duri⁹ icrepare. Quos p̃ſes indignat⁹ i artum: obſcuꝝ: & fetidum carcerẽ iuſſit recludi: ſed chriſti uirtute lux de celo ſuper eos ingens infunditur: fetor in odorem conuertitur: ſed & uincula qbus fuerãt alligati ſoluuntur: atq; uiginti milites: qui eos cuſtodiebant: ad dominum conuertuntur: qđ audiẽs preſes eos una cũ iuliano & celſo eius filio fecit in eadem cuſtodia detineri. ¶ Cõtigit autem: ut eo tempore ſeptẽ fratres filii ꝓdam nobilis chriſtiani: qui fuerat de genere carini ĩpatoris: & ipſi fideles impatoribus adeo grati forent: ut ipſos ſine ulla perſecutiõe cũ quodã antonio preſby-

tero:religione fidei uti ꝑmitteret.Qui ꝑ uisionem a xp̃o moniti ad sanctū iulianū i carcerē una cuꝫ prefato presbytero acceſſerūt: & ipſum ac ſocios hortarī cepunt.Et ab antonio presbytero celſus puer:una cū uiginti militibꝰ conuersis baptiſmi gr̃am perceperunt.Quos martianus i eadē custodia detineri precepit:& oia que gesta fuerāt principibus ꝑ litteras intimauit.Cui ipatores remiserunt: q̃ si sacrificare nollēt:singulos in cuppis pice:sulphure:& bitumine repletis cōcremaret.Et dum eos oēs eductos de custodia preses ante se statuisset: ut eos iuxta iperatorū decreta mori faceret:Sāctus iulianus iuuenem quēdam defunctum:qui portabatur ad tumulū ſuſcitaui qui & mirabilia que in alio ſeculo uiderat:corā omnibꝰ enarrauit:& ipſe fidē xp̃i recepit:Et cū uxor presidis plorans filio ſuaderet: ut tam acerba morte interfici nollet: promittit eidē celſus: q̃ in cuppa ignea ꝓmaneret iustꝰ. At preſes filii iteritum horrens uicariū dereliquit:& inde cū lachrymis abſceſſit.Igit̃ oēs illi ſci i cuppis miſſi:& igne ſuccēſo ꝓmāserāt illeſi Quod preses audiēs admiratꝰ illuc acceſſit: & magie iuliani hec omnia deputās : matri celſum per triduū conceſſit: ut ab ea eiꝰ animus mutarēt .Que una cū omnibus illis:in honeſta cuſtodia detenta:a filio celſo cōuerſa eſt : & ab antonio presbytero baptizata. Quod audiens martianus ✝ uiginti milites extra urbē eductos tradidit decollādos ✝ Septē uero fratres igne ꝓſumi fecit. Iulianꝰ autem cū celſo filio & matre eiꝰ coniuge:& cū antonio presbytero ac iuuene a mortuis ſuſcitato:ſuo iudicio reſeruauit . Quos oēs diutius examinatos: & in xp̃i ꝓfeſſione īmobiles repertos: iterum carceri tradidit cruciandos.Sequēti die īgreſſus i templū iouis eos omēs illuc adductos: cepit ad ſacrificia ſuadere. Orante aūt iuliano templū cum oibus idolis ſubmerſum eſt:& mille de ſacerdotibus & multitudie gentiliū pierunt: ubi ad miraculi atteſtationē ignis uſq; in p̃ſes eructat.Tūc martianꝰ territus eos itē; carcerī mancipauit:ubi media nocte ad eos ueniēs baſiliſſa cum oībus ſanctis:quos iulianꝰ xp̃o acquiſiuerat:eos hortantes ad ſuperna dulcius inuitabant. Die autē ſequenti iuſſit preſes digitos manuum & pedū ſanctorum licinio oleo infuſo ligari:& igni ſuperponi. Dehinc ✝ celſo filio ſuo cutē capitis auferri: ✝ antonio uero presbytero & ✝ anaſtaſio iuueni ſuſcitato oculos effodi.Sāctā aūt matrē celſi cum aliquis tāgere uellet: execabatur.Sācti uero exoculati diuinitus illuminantur:& alii ab omnibus tormentis liberantur.Cumq; martianus eos oēs in amphitheatro beſtiis expoſuiſſet : & fere oēs ſcō; pedibus procidiſſent:iuſſu preſidis:oēs rei mortis ibidem deducūtur:cuꝫ quibus iulianus & ceteri capitali ſnia feriuntur:utſic ſcō rum corpora a reoꝝ cadaueribus : xp̃ianis eſſent incognita.Statiq; facto terremotu cū coruſcationibus & grandine: tertia ps ciuitatis cū omnibus templis fūditꝰ corruerūt: preſes autem inde uix euadens eadē nocte iteriit uermibus ebulliens.Sed dū xp̃iani corpora ſanctoꝝ diſcernere non poſſent:anime ſingulorꝝ in ſpecie uirginum ſuper ſingulorum corpora uiſe ſunt.& ſic corp̃a ſunt collecta & in eccleſia ſub altari tumulata.Paſſio autem horū omnium ſanctorum agitūr ſeptimo idus ianuarii.

¶ De scō lutiano presbytero & mr̃e. LIII.

IVtianꝰ antiochene eccleſie p̃sbyter & martyr uir doctiſſimꝰ atq; eloquētiſſimus fuit. De quo hieronymꝰ libro de uiris illuſtribꝰ ſcribit:ꝑ tantū in ſcripturaꝝ ſtudio elaborauit:ut uſq; tunc:quedā exemplaria quorūdam opuſculoꝝ luciani nūcupar̃ etur.Feruntꝰ & de eius fide libelli: & breues ad non nullos epiſtole . Paſſus ē nicomedie ob chriſti confeſſionē ſub perſecutione maximiani tpe antherii pape:& ſepultus helenopoli bithynie.Quā urbem cū prius drepana uocarēt :cōſtantinus imperator iſtaurans : in honore matris ex nomie ipſius helenopoli uocauit.Beda lucianū hunc ſub alio maximo īpatore:qui una cum ꝓſtantio impauit:paſſum fuiſſe ſcribit:qui paſſus eſt vii.idꝰ ianuarii.

¶ De scō clero diacono & martyre. LIIII.

CLerus diaconus apud antiochiaꝫ pro cōfeſſiōis gloria: ſepties tortus:& diu in carcereꝫ maceratus ad ultimum decollatus martyrium conſumauit.vii.idꝰ ianuarii. hec ado in martylogio ſuo.

¶ De sanctis luciano maximiano & iuliano martyribus. LV

LVcianꝰ p̃sbyter:maximianꝰ & iulianꝰ pueri:apud beluacū citatē ꝑ xp̃i nomīe paſſi ſūt.Qui lucianus bti petri diſcipulus fuit.Et a ſcō clemēte papa cum beato dionyſio ep̃o ad gallias p̃dicādas directus : eidēq; comes & coadiutor datus extitit. Poſt hec idē p̃sbr̃:a ſcō dionyſio beluaceñ urbi ꝺ ſtiatꝰ :xp̃ꝫ euāgelizās:pluſq̃.50.miliū gētiliū ad chriſtum cōuertit. Inter quos maximianū : & iulianum pueros baptizauit. Ad hunc ꝓprehendendum ubicūq; foret inuentus:Iulianus prefectus tres pueros deſtinauit:latrinū:lariū:& antrū.Qui ip̃ꝫ i beluaco predicantē repertū cū duobꝰ pueris iā dictis tenuerūt:& ad prefectum adduxerunt.

Qui primo maximianū & iulianum pueros capite cedi fecit. Deinde lucianū p̄sbyterum fustibus cesum: xp̄m p̄fitentem similiter decollari mandauit. Cui⁹ corp⁹ truncatum & exanime caput ꝓpriis manib⁹ sumptum q̄si tribus miliarib⁹ deportauit: & transuadato tare fluuio usq; ad locū: in quo sepeliri elegerat deuenit: ibiq; glorioſe occubuit: ubi & tumulatus quieſcit. Viſoq; tanto miraculo quingenti gentiles ad xp̄m ꝙuersi sūt. Passi sunt aūt sci martyres. 6. idus ianuarii.

¶ De scō seuerino abbate. LVI

BRigida uirgo claruit apud scotiam tempore primi iustini imperatoris. Que xp̃ianis & claris parentibus orta: a pueritia sanctitatis operibus dedita: etiã miraculoꝝ gloria coruscauit. Hec dum a matre mitteret ad butyꝝ ex lacte uaccarũ cõgregandum: prout & alie puelle a parentibus mittebantur: & illa totum quod collegerat: pauperibus errogasset: tempore exq̃sito super omnes alias iuuenculas cooperarias suas butyrum apportauit. ¶Dum aũt eam parentes nuptui tradere uellent: & ipsa pudicitiam elegisset: postq̃ in manibus episcopi coram deo uirginitatẽ professa est: lignum altaris tetigit: quod in testimonium eius sanctitatis statim uiride factum est: sic manens usq; in presens. Quo uiso miraculo stupefacti parentes eam domino cõmendarunt. ¶Cum autẽ die quadam messores ei⁹ segetes in agro colligerent: & pluuia maxia erumperet: a messoribus suis imbrem sedauit: circũstãtibusq; agris pluuia madefactis sola huius area sicca permansit. ¶Die quadam cum oues pasceret imbre cadente pannis perfusa domum rediit. Et uestes madefactas super solis radium qui per rimas intrabat siccandas extendit: que quasi insolida ptica diuinitus permanserunt. ¶Aquam i ceruisiam & lapidem in salem conuertit: & a natiuitate cecum illuminauit. ¶Aprum inueniens q ad oues comedendas uenerat: i xp̃i nomine adeo mansuefecit: ut cum ouibus p petuo quasi aries moraretur: cum eis deinceps ad pastum egrediens: domũq; ipsas uti custos reducens. ¶Dum nouem uiri in mortem unius conspirassent: & eos uirgo christi ab intẽto pessimo reuocare nõ posset: orauit ad dominum: ut nequam illorum uoto resisteret. Egressis autem illis apparuit imago quedam quasi illius hominis occidendi: quã illi gladiis percutientes: hominẽq; pemisse putantes leti reuersi sunt. Sed dum qd illis contigerat cognouerunt: compuncti ad pedes uirginis prociderunt: & penitẽtiam egerunt. Sicq; sancta uirgo multis clarens uirtutibus quieuit in pace calẽ. febr.

¶De sancto effron diacono. LXX

EFfron edessene ecclesie diaconus doctor eximius eremiticam uitã ducens: nulla necessitate de cella discessit lectioni & scripture atq; orationi semper intentus: qui ad se uenientes salutari doctrina reficiebat: & libros & opuscula syro sermone conscribebat. Hic est qui basilium cesariensem episcopum in figura columne ignis conspexit: & ab eodem ut grece loqueretur: sibi a domino ut impetraret obtinuit: ut habetur supra in uita sancti basilii calẽ. ianuarii. ¶Tẽpore quodam dum fames grauissima i oẽm terram seuiret: ipse pauperum miserius alias nunquam egressus de cella exiit. & ad ciuitatem uenit: diuitibus predicans ut indigentibus subuenirent: multasq; pecunias a diuitibus suscepit inter inopes dispergendas. Quos in porticibus congregauit: & pecunias eisdem fideliter errogauit. Factaq; ubertate ad cellam rediit: in qua post mẽsem in domino requieuit calendis februarii tempore ualentis imperatoris. Sepultusq; iacet in ecclesia edessena. Hic multa syro sermone conscripsit: que publice i quibusdam ecclesiis scripta leguntur. Extat liber de spiritusancto: quem de syra lingua uertit in grecã. Hunc beatus hieronymus legisse se dicit: & acumen ingenii illius etiam in translatione notasse. Hec ille in libro de uiris illustrib⁹.

¶De scõ paulo epõ. LXXI

PAulus episcopus trecassinus fuit. Cuius uita uirtutibus claruit & mors preciosa miraculis celeberrimis commendatur. Qui & in christo domino diem clausit extremum calen. februarii: ut dicit ado.

¶De purificatioue beate marie uirginis. LXXII

PVrificatio beate marie semper uirginis quadragesimo die a natiuitate domini facta est uidelicꝫ quarto nõ. februarii. Precepe-rat enim lex leu. 12. Vt mulier que susceptosemine filium peperisset: immunda esset septẽ diebus. s. a consortio hominum: quib⁹ completis munda quidem efficiebatur quo ad consortium hominum: sed adhuc trigita tribus diebus immunda erat quoad templi ingressum. Tandem quadragesimo die templum intrabat: & puerum cum muneribus offerebat. Si uero feminã peperisset: duplicabantur dies: & quoad hominum consortium & quoad templi ingressum. Hoc autẽ

iccirco de⁹ precepit: ut ſicut quadrageſimo die a conceptione anima in ſuo templo corpori maris infunditur: & carnis admixtione maculatur: ſic puer quadrageſimo die in tẽplum materiale inducatur: templumq; ingrediens per hoſtias ab ipſa carnis macula expietur. ¶ Vel moraliter loquendo: ut ꝓ hoc detur intelligi: ꝙ illi templum celeſte intrare merentur: qui precepta decalogi cũ fide quattuor euangeliorum obſeruare nituntᵉ. ¶ In pariẽte uero feminã dies duplicãᵗ quo ad templi ingreſſum: ſicut duplicantur quo ad corporis formationẽ. Nam ſicut quadraginta diebus corpus maſculi organizatur: & perficitur: & in quadrageſimo anima infunditur: ſic corpus femine in octuageſimo. ¶ Appellatur autem hoc feſtum triplici nomine: ſcilicet purificatio: hypopanti: & candelaria. Primo enim purificatio dicitur: ex eo q; quadrageſimo die natiuitatis domini beata uirgo ad templum uenit: ut ſecundus legis cõſuetudinem mundaretur: cum tamẽ ſub illa lege non teneretur: quia non peperit ſuſcepto ſemine ſed myſtico ſpiramine. Vnde moyſes addit ſuſcepto ſemine: cum tamen non eſſet neceſſe quãtum ad omnes mulieres: que ſuſcepto ſemine pariunt: ſed ideo addidit: ut dicit bernardus: quia timuit i matrem domini blaſphemiam irrogare. ¶ Voluit tamen in hoc ſe legi ſubdere propter quattuor rationes. Prima ratio eſt: ut daret humilitatis exemplum. Nam talis humilitas non ſolum fuit ex parte matris ſed etiam ex parte filii: qui in natiuitate habuit ſe ut pauper homo: in circũciſione ut pauper & peccator homo: ſed in purificatione ut pauper & peccator & ſeruus homo: ut pauper i eo ꝙ pauperum oblationem elegit: ut peccator i eo ꝙ ipſe cum matre purgari uoluit: ut ſeruus i eo q; redimi decreuit. Sicut etiam prius uoluerat circuncidi: & poſtmodum uoluit baptizari: non propter culpam purgandã: ſed ꝓp eius humilitatem maxiᵃ oſtẽdendam: unde bernardus Vere beata uirgo nõ eſt tibi opus purificatione: ſed nunquid filio tuo opus erat circunciſione. Eſto inter mulieres tanquam una illarum: ſicut & filius tuᵘ in medio puerorum ſicut unus illorum. ¶ Secunda ratio eſt ut legem impleret. Nõ enim uenerat dominus legẽ ſoluere ſed adimplere. Quam ſi ſoluiſſet iudei ipſum merito reppuliſſent: tanq̃ diſſimilem patribus & legis tradictiones minime obſeruantem. Triplici autem legi ſe chriſtus & matreᵓ hodie ſubiecit. ¶ Primo legi purificationis i ſignificationem uirtutis: ut poſtq̃ omnia bene fecerimus: dicamus ſerui iutiles ſumus. ¶ Secundo legi redemptionis ad exemplum humilitatis. ¶ Tertio legi oblationis ad exemplum paupertatis. ¶ Tertia ratio eſt ut legẽ purificationis terminaret. Sicut enim adueniente luce ceſſat tenebra: & adueniente ſole recedit umbra: ſic adueniente purificatione uera: termiata eſt purificatio typica: que purificatio uera chriſtus eſt. ¶ Quarta ratio eſt ut nos ſpiritualiter purificãdos iſtrueret. Debemus enim purificari domini templum ingredientes: peccata noſtra oblationibus & elemoſynis redimentes gemitus columbarum pro peccatis emittentes: & turturum pudicitiam habentes. ¶ Veniens autᵓ beata maria ad templum: filium ſuum obtulit & eum. v. ſiclis redemit. Nam quedã primogenita redimebantur ſicut primogenita. xi. tribuum que redimebantur: ſed adulti in templo domino ſeruiebant: & ſicut prioge nita mundorum animalium: que i ſacrificio offerebantur. Quedam commutabantur ut primogenita aſini que cõmutabantur oue. Quedã occidebantur ut primogenita canis. Cum ergo chriſtus fuerit de tribu iuda patet ꝙ debuit redimi. Obtulerunt etiam pro eo domino par turturuᵓ aut duos pullos columbarum. Hec enim erat oblatio paupeꝝ: ſed agnus oblatio diuitũ. Et nota tres oblationes de domino factas. Prima eſt de ipſo a parentibus. Secunda de ipſo & de auibus. Tertiã fecit ipſe in cruce pro omnibus. Prima oſtendit eius humilitatem: quia dominᵘ legis ſe legi ſubiecit. Secunda eius paupertatem: quia paupem oblationem elegit. Tertia eiᵘ charitatem: quia ſe pro peccatoribus tradidit. In turture aũt ſignificatur pulchritudo caſtimonie. In columba amaritudo penitentie. ¶ Secundo hoc feſtum dicitur hypopanti: quod idem quod obuiatio: quia ſymeon & anna obuiauerunt domino: cum ad templum deferretur: & dicitur ab hypo: qđ eſt ire: & anti quod eſt contra. Tunc autẽ accepit eum ſymeon in ulnas ſuas. Et attende de chriſto mirabilem exinanitionẽ factam: ut ille qui eſt ſplendor glorie & figura ſubſtãtie deiᵉ: duxq; cecorum ac uia ſe ab hominibus duci ſinat: ut ſcilicet ille qui eſt portans omnia uerbo uirtutis ſue: in ulnis ſenis ſe recepi & portari permittat: qui tamen ſe portãtem baiulabat: iuxta illud: Senex puerum portabat: puer autem ſenem regebat. Vt etiã ille qui eſt purgationem peccatorũ faciẽs: hodie ſe ut peccatorem purificari nõ recuſat. ¶ Tunc autem ſymeon benedixit ei dicens: Nunc dimittis ſeruum tuum domine ſm ꝛc. Et appellat eum tribus nomibus. ſ. ſalutare: lumen: & gloriam plebis iſrael. Et hoc triplici ratione. ¶ Primo propter noſtram iuſtificationem: ut dicatur ſalutare remittendo culpam: lumen dando gratiam gloria plebis ſue dando gloriam. Eſt enim

ſalus: quia redemptor: lux quia doctor: gloria quia premiator. ¶ Secundo propter huius feſti triplicem denominationem: nam dicitur purificatio quoad purgationem culpe: propter quod dicitur ſalutare. Dicitur candelaria quoad illuminationem gratie: propter quod dicitur lumen. Dicitur hypopanti quoad collationem glorie: propter quod dicitur gloria plebis ſue. In collatione enim glorie occurremus obuiam chriſto in aera & ſic ſemper cum domino erimus. ¶ Tertio propter triplicis diuini aduentus operationem: uenit enim primo dei filius ī carne ad homines ſaluandos: & ideo dicitur ſalutare Venit ſecundo ſpirituſſanctus in igne ad apoſtolos illuminandos: & ideo dicitur lumen. Veniet tertio chriſtus in maieſtatis ſede ad electos glorificandos: & ideo dicitur gloria plebis ſue. ¶ Tertio hoc feſtum dicitur candelaria: ex eo ꝙ candele accenſe ī manibus portantur: quod eccleſia ordinauit fieri triplici ratione. ¶ Primo enim propter remouendaꝫ erroneam ſuperſtitionem. Romani enim olim in calendis februarii ad honorē februe matris martis urbem de quinto in quintum annum cum cereis & facibus tota nocte luſtrabant: ut filius ſuus belli eis uictoriam de inimicis concederet: & illud ſpatium dicebatur luſtrum. Menſe etiam februario ſacrificabant februo: ideſt plutoni deo inferorum & ceteris inferis: & hoc pro animabus ſuorum anteceſſorum. Et ut propiciarentur eorum ſolennes hoſtias eis offerebant: & tota nocte cum cereis & facibus uigilabant. Et quia difficile eſt conſueta dimittere: chriſtiani de gentibus ad fidem cōuerſi difficile hanc paganorum conſuetudinem dimittere poterant. Ideoq; ſergi⁹ papa hanc ꝓſuetudinē in melius cōmutauit: ut. ſ. xp̄iani ad honorē matris dn̄i oi āno eccleſias cum cereis benedictis illuſtrādo circuirēt: ut ſolēnitate ſtante intentio mutaretur. ¶ Secundo propter oſtendendam uirginis ſanctificationem ne crederetur ipſam purificatione indiguiſſe: ut ergo oſtendatur ꝙ tota fuit luminoſa & ſplēdida: ideo luminoſos cereos deferendos ordinauit eccleſia. Adeo nāq; ſanctitate reſpléduit: ꝙ non ſolum aliqd ad peccatum inclinatiuū in ea non fuit: ſed etiam uirtus eius ſanctitatis ad alios ſe extendit. Ita ꝙ etiam in aliis motus carnalis cōcupiſcētie extinxit: unde dicūt iudei ꝙ cū maria pulcherrima fuerit a nullo tamē unq̄ potuit cōcupiſci. ¶ Tertio propter myſticā ſignificationem & in capite & in membris. In capite enim candela accenſa chriſtum ſignificat. ¶ In cereo nāq; tria ſunt que denotant tria que in chriſto fuerunt. Nā cera quā apes gignunt ſine cōmixtione ſignificat carnem chriſti natam de uirgine ſine corruptione. Lychinium in cera latens ſignificat aīam candidiſſimam in carne latentem. Ignis uero ſiue lumē ſignificat diuinitatem: quia deꝰ noſter ignis conſumēs eſt. ¶ In membris uero quia per hoc inſtruimur: quomodo corā deo purificari debemꝰ: ut ſcilicet habeamꝰ fidem uerā: actionem bonam: & itentionem rectam. Nam candela accenſa eſt fides integra cum operatione bona: quia ſicut cera ſine lumine mortua eſt ſic & fides ſine operibus mortua eſt: lychinium autem ī cera occultatum eſt intentio recta in ope latens: unde gregorius: ſic ſit fides in publico: ut recta intētio maneat in occulto.

¶ De ſcō cornelio eꝑo cēturione. LXXIII.

Cornelius centurio eꝑs beati petri apoſtoli diſcipulus & in baptiſmate filius fuit. Hic ut dicitur act. io. Cum eſſet apud ceſaream centurio prime cohortis que dicitur italica: uir religioſus & timēs deuꝫ cū omni domo ſua faciens elemoſynas multas: & orationi inſiſtens: licet adhuc gentilis: media die uidit manifeſte angelum dei dicentē ſibi: qualiter eius elemoſyne & oratiōes ad deum aſcenderant: propter qd deus ipſum ſaluari decreuerat mandans ut ſimonem petrum ad ſe accerſiret: qui ī ioppe apud ſimonem coriarium hoſpitabatur qui eum uiam ueritatis edoceret. Qui cōfeſtim nuncios ad petrum miſit. Eadēq; hora qua illi ad hoſpitium petri peruenerant: dum petrus in ſuperiora domus circa horam ſextam oraret in extaſi raptus uidit linteum quattuor funibꝰ de celo miſſum cūctis animantibus plenum uoce ad eum delapſa, ut ex ipīs occideret & manducaret. Qui cum nullatenus ſe immūda poſſe comedere diceret: audiuit ſecundo que deus purificauerat minime immunda reputanda. Cunq; deſcendens a nunciis cauſā itineris audiſſet: & uiſionem intellexiſſet ꝙ etiam deus gentili tatem immundam ad fidē ſuſciperet: diuinitus admōitus cum illis acceſſit: quem cornelius deuote ſuſcepit: & eorum uterq; mutuo ſuam uiſiōem expoſuit. Cum autem petrus coram centurione & eiꝰ attinentibus & amicis ibidem congregatis chriſtū predicaret: ſpirituſſanctꝰ ſup illos nondum baptizatos deſcendit: & ceperunt loqui linguis & magnificare chriſtū. Quos omnes beatus apoſtolus baptizauit. Deide cornelius militie abrenuncians diſcipulus apoſtolorum efficitur: & ab eiſdem epiſcopus ceſaree ordinatur. Qui apud eandem urbem officio predicationis fideliter peracto ſanctitate conſpicuus ad chriſtum migrauit. Ibiq; ſepultus quieuit quarto noñ. februarii.

¶ De scō apronianō martyre. LXXIIII.

APronianus martyr passus est rome sub maximiano imperatore & laodicio prefecto. Cum enim laodicius sisinnium diaconem in carcere diebus .xvii. detinuisset ut dictū ē i passiōe saturnini. 5. cal. decēbr: & p' hec pfect' eū sibi pntari iussisset: dū apronianus q erat pmentarien sisinniū de carcere eduxisset: subito lux de celo facta est: & uox de luce exiuit dicēs: uenite benedicti patris mei ⁊c. Quod apronianus uidens credidit: & ad pedes sisinnii pcidit baptismum petēs. Quē sisinni' mox unda sacra persudit: & ad marcellū papam deduxit: qui ipsum sacro chrismate deliniuit & cōicauit: uenitq; cum sisinnio ad pfectum: Quē cū de crudelitate qua in xpianos seuiebat argueret: & se xpanum asseret: iubēte prefecto uia salaria miliario .o ductus ibiq; capite trūcatus ē: & a ioanne presbytero in ipso loco sepultus 4. noñ. februarii.

¶ De scis. vii. mulierib' martyrib'. LXXV

SEptez sancte mulieres martyres que in passione sci blasii leguñ apud sebastem ciuitatē passe sūt sub agricolao pside: que ab eodem scō episcopo in fide fuerant edocte. Cum autē scūs multa perpessus supplicia iussu presidis ad carcerē duceretur: sancte femine eū insequentes: guttas sanguinis ei' de corpore fluentis in linteis colligebant: propter qđ ab apparitorib' tente sunt & presidi presentate. Qui iussit eas ad montis superciliū lacui supeminētis adduci: data sententia ut si nō adorarēt statuam iouis illuc delatā in lacū precipitarenť. Que cum idolum in lacū proiecissent: dicētes ut si de' est seipsum iuuaret: a ministris ad presidem reducuntur. Qui fecit illas sup. vii. erea sub sellia igne cadentia sedere: ut in posteriorib⁹ urerenť. Quibus angelus dñi apparuit & eas intactas ab igne ꝑseruauit. Deinde in equuleo leuate: unguib' & pectinibus ferreis carnes eaꝝ dirupte sunt. Tunc duo pueri filii unius ex illis ad matrem accedētes: postulabant se fieri xpianos. Quos iussit agricolaus una cum scō blasio in carcere mancipari. Scās uero mulieres die sequēti mandauit in caminū ignis accēsum imitti. Que dū in medio flāmaꝝ illese psallerēt: & hec ministri presidi rettulissent: iussu eiusdē extra ciuitatem educte datoq; sibi inuicem pacis osculo decollate sunt. Quarum animas carnifices omnes uiderunt in specie septem uirginum uti de thalamo prodeuntium ad celum conscēdere coronatas. Corpora uero a chriſtianis noctu sublata i eodē loco sepulta sūt Passe sunt au. em. 4. noñ februarii.

¶ De scō blasio epō & martyre. LXXVI.

BLasius epūs & martyr sub persecutione diocletiani passus ē: in ciuitate sebasteñ prouincie cappadocie. Qui cuz omni sanctitate polleret: electus' ē a chriſtianis in ipi' epm ciuitatis: urgēte uero persecutiōe xpianos: speluncam argei montis petiit: & ibi eremiticam uitam duxit. Cui aues pabulum afferebant: & fere ad eum unanimiter ꝑfluebant. Quicūq; uero ad ipsum accessissent egroti sanitatem ad libitum reportabant.

¶ Cum autem agricolaus preses chriſtiāos affligeret: & die quadam milites uenatum misissent: illiq; hincinde discurrentes inuanū tenderent ante antꝝ sci feraꝝ multitudinem iuenerūt: nullam tñ cape ualētes presidi retulerunt: & qualiter blasius xpianoꝝ epūs in specu lateret & oēs ad se feras magicis artibus ꝑgregaret. Quē iussit ꝑprehendi sibiq; pntari. In ipa aūt nocte xps sibi ter appuit: monens ut sibi sacrificium offerret. Qui surgens intellexit se xpō per martyriū imolandū: & celebrata missa cuz militib' ad iudicē profectus est. Cui multi languētes occurrerunt & ab eo diuersaꝝ egritudinū salutē ꝑceperunt. Quē milites iussu presidis usq; in crastinum in custodia recluserunt. Eodē die quedam mulier tiliū suum morientē in cui' gutture os piscis transuersum erat ad pedes eius cum lachrymis obtulit: quem sanctus oratione sua mox sanauit. Orauitq; ad dñm pro cunctis se inuocantib' gutturis passionem aliquā substinentibus: & audiuit uocez se fore a domino exauditū. ¶ Sequenti uero die presidi presentatus cū ioui sacrificare renuisset: dicens eum fuisse hominē sacrilegu5 & dānatum: fustibus grauiter cesus est. Dei de in carcerem reductus. Tunc uidua pauper cula uenit ad eum: conquerens lupum: unicum sibi porcellum rapuisse. Cui cōpatiēs sanct' orauit: & lupus porcum reportauit: mox illa domum rediens & suem reperiens eum occidit: sanctoq; uiro partem coctam cum pane & candela obtulit: illeq; refectus deo gratias egit. Post aliquot uero dies iterum de carcere educitur: & sacrificare nolens in ligno suspenditur: & unguibus ac pectinibus ferreis laniatur. Iteratoq; depositus ergastulo durissimo mancipatur: quem sancte septem mulieres subsecute sunt ut supra proxime dictum est. Dum autem in custodia teneretur: duo pueri filii unius ex ꝑfatis septem feminis petentes se fieri chriſtianos: in eodē carcere recludunť: quos blasi' in fide xpi docuit: & sacri baptismatis unda persudit. Posthec autem iterum conspectui presidis presentatur. Et dū in chriſti ꝑfessione perseueraret iubente agricolao ligato

ad collum eius saxo in lacum precipitatur. Ipse uero aquam signauit: & mox sicut arida terra pmansit. Ad quem super aquas stãtem dum milites .65. accedere uellent: ut eũ in ꝓfundum demergerent: subito ut aquas intrauerunt: submersi nusq̃ cõparuerũt. Angelus aũt dñi deduxit eum ad terram. Qui a militib⁹ ante presidem adductus + iussus est ab eo cũ duobus pueris quos in carcere baptizauerat decollari. Duct⁹ ergo ad locũ passionis oratione ad dominum pro se inuocantibus fusa cum duobus pueris capite cesus est .3. noñ. februarii. Quorum corpora helisea mulier sepeliuit: ubi non longo post tempore ecclesia eius nomini fabricata & dedicata consistit.

¶ De scõ ioãne elemosynario epõ. LXXVII

IOannes cognomẽto elemosynarius epꝰ claruit temporib⁹ foce impatoris: qui claris alexandrie natalibus ortus: sanctitate & scientia preditus ad patriarchatum eiusdem urbis ꝓmotus: ex uberib⁹ elemosynis quas faciebat elemosynari⁹ dict⁹ est. Cui in oratione quadam nocte beata uirgo apparuit coronam oliuarum in capite gestans: que se dei genitricẽ esse dixit: corona miseri cordie circũdatã hortans sanctum ut eam in sponsam assumeret: & quicquid peteret a domino obtineret. Extunc misericordie opib⁹ intentus fuit: & pauperes suos dños appellauit: famulisq; suis ꝓcepit: ut ciuitatẽ circuirent: & omnes dños suos ꝓscriberent. Qui cũ non intelligerent: exposuit dños suos ee pauperes & mendicos: qui sibi auxiliarii fiebant: & regnum celoꝝ sibi largiri poterant Et ut cõciues suos ad elemosynas iduceret: exempla plurima sanctoꝝ inducebat: q largas elemosynas tribuentes bonis spiritualibus abundabant. ¶ Monach⁹ quidam noie uitalius omnes publicas meretrices conscripserat: quas uicissim singulas noctibus singulis conducebat. Et ad eas intrans in oratione pernoctabat: ꝑcipiensq; mane ne cui reuelarent exemplo sue sanctitatis multas ad penitẽtiam perducebat. Et cum ex hoc multi scandalizarent: putantes uitaliũ admodũ esse lasciuũ: & de hoc ioãni epõ querimonia delata esset: noluit eis fidem adhibere: deprecans deũ ut opus sci uiri alicui reuelaret taliter: ꝙ non imputaret in peccatis his qui in eum scandalizabant. Post dies paucos egrediens monach⁹ ab una illaꝝ obuiauit cuidã ad eam cognoscendã ingrediẽti: qui uitaliũ alapa percussit: & eum de fornicatione redarguit. Statimq; diabolus in spe mauri: uirum illum in gena repcutiens eum uexare cepit. Ita ut ex ore eius demon clamaret: & uitalii sanctitatẽ exprimeret: nec nõ castissimũ cõprobaret. Pro quo dum ille orasset a demonio liberatus est. Mulieres quoq; que sanct⁹ uir opabatur: manifestare ceperũt. Que oia beat⁹ ioãnes per spiritum cognoscebat: iõq; maledictis fidem adhibere nolebat. Sicq; orationib⁹ ei⁹ innocẽtia uiri sancti manifeste cognita fuit. ¶ Cuidam i habitu pegrini ad se uenienti & elemosynam postulanti: mãdauit ioãnes sex numismata dari. Itemq; mutato habitu reuertẽti: sex aureos sibi dari ꝓcepit. Cui etiã tertio mutatis uestib⁹ redeunti duodecĩ dari iussit. Cũ autẽ dispensator sibi inueret: ꝙ hic idẽ paup ipsa die bis elemosynam diuersis mutatis uestib⁹ sumpsisset: institit ioãnes: ut sibi toties daret: quoties ille rediret: ne forte esset xps: qui se tentare ueniret: an posset plus accipere q̃ eps sibi dare. ¶ Quidã patricius pecuniã ecclesie in mercationibus ponere uolebat: pfiarcha uero resistebat: uolẽs ipsam paupib⁹ largiri: sicq; ꝓtẽdentes adinuicẽ irati sunt. Adueniente ergo hora .xi. mãdauit pfiarcha patricio ꝑ archipsbyteꝝ dicens: ꝙ sol i occasũ uergebat. Quod ille itelligẽs ad eũ uenit: & cũ lachrymis ueniã postulauit. ¶ Quidã ei⁹ nepos a tabernario grauia ꝙitia audierat: & pfiarche ꝙquest⁹ est. Cui pfiarcha rñdit: se ipso die talẽ rem in eo factuꝝ: ꝙ tota alexandria miraret. Cõsolat⁹ est ergo nepos: putans ꝙ eũ faceret grauiter uerberari. Qui eodẽ die ꝑ hoie illo misit: & ipm ab oi pensiõe & tributo libeꝝ fecit. Aduocãsq; nepotẽ dulcissimis uerbis eũ ad patientiã & iniuriaꝝ tolerantiã ajauit. ¶ Monumẽtum sibi fabricari fecit: quod tñ quoaduixit impfectũ reliquit Ordinauitq; suis clericis: ut quãdocũq; in solẽnitatibus celebraret: sibi cõmemorarẽt monumentum suum imperfectum existere: & ꝙ ipsum compleri mandaret: nescius qua hora fur ueniret. Hoc autem faciebat: ut cõtinue memoriã mortis haberet. ¶ Diues q̃dam uidens sanctum uilem stratum habere eo ꝙ omnes pannos pauperibus errogasset: preciosum coopertorium emit: & ioanni tradidit. Qui cum illud nocte super se teneret omnino dormire nõ poterat: cogitãs ꝙ .ccc. domini sui de tanto precio operiri possent. Facto igitur mane statim illud uendidit: & precium egenis distribuit. Quod audiẽs dives ille coopertorium redemit: & ioanni secundo tradidit: rogans ipsum ne illud amplius uenderet: sed super se teneret. Ille autem secundo uendidit: & de precio ut prius fecit. Tertio autem uir ille coopertorium redemit: & ioanni dedit dicens: ꝙ oino ꝓposu' erat uidere quis uinceret: aut ipse i redimẽdo: aut eps i uẽdendo. Et sic suauiter quasi diuitẽ illũ uidemiabat. ¶ Cuidã elemosynã petẽti nummũ dari fecit: q indignatus eo ꝙ

maiorem sibi elemosynam nō dedisset: in cō tumeliam eius ꝓrupit: famulosq; uindicare uolentes eps ꝓhibuit: sacculū quoq; pecuniaꝫ corā illo effudit: dicēs ut ide acciperet quot uellet. ¶ Consuetudinē fecerat populus ut lecto euangelio ecclesiam exirent: & uerbis ociosis uacarent. Quadaꝫ uice lecto euangelio cū eis eps exiit: & inter eos stare cepit: dicēs ꝙ ubi oues ibi pastor esse debebat. Quod cū bis iteꝫ fecisset: populū in ecclesia stare docuit. ¶ Iuuenis quidā q scimonialē rapuerat a familiaribꝰ suis exprobrabatur: dicentibꝰ ꝙ erat dignus morte. Quos ille redarguit: dicēs eos magis delinquere: qui proximū iudicabāt: qui forte amplioꝰ nō peccabat. Cū autē febre correptꝰ uicinꝰ eēt morti deo gratias egit: q unicum sibi solum nūmuꝫ dimisisset: quē & pauperibꝰ dari fecit. Cū autem defunctꝰ eēt & corpus eiꝰ i sepulchro ubi erant duoꝝ epoꝝ corpa deponere uellent: corpa illa i latera secedētia mirabiliter beato ioanni cessunt: & locum sibi mediū uacuū dimisunt. ¶ Ante dies paucos obitus sui mulier quedā sibi ꝓfessa peccatuꝫ unum enorme ex uerecūdia omisit: qđ tamē i schedula scripsit: & sigillauit: & ioāni tradidit ut pro se dñm exoraret. Audiēs autem ipsum defunctū: & se confusam reputans: si forte scriptū suum ad manus cuiuspiā deuenisset ad tumulū sci ioannis durissime flere cepit. Cui ille pontificalibus indutꝰ apparuit duobus secū qescentibꝰ epis hinc inde uallatus: q scriptū sigillatū mulieri tradidit. Quod illa apiens peccatū suū deletū iuenit scriptū tn ibidem reppit: propter ioānem seruum meū deletuꝫ ē peccatū tuum. Illaq; deo gratias egit. Quieuit autem scūs ioānes in xpo. 3. nōn februarii circa annū dñi. 605.

¶ De scō gaudentio epo. LXXVIII.



Audentiꝰ episcopꝰ nouariēn fuit Qui de hyporia oriundus sancti martini turōn epi notarius & discipulus extitit. Cui multo tempore adhesit. Et postmodum mediolañ ueniens cū sancto eusebio uercellēn epo exilium substinuit. Indeq; reuocatus a scō simpliciāo mediolañ archiepiscopo: primus nouariēn eps ordinatꝰ fuit. Qui & episcopatū suum strenue gubernauit: & iter cetera ✝ corpus sci laurentii pbyteri & martyris apud nouariā cū multis quos baptizauerat passi dudū latēs inuenit: & digna uenerationē exaltauit. Dū autē mortuus esset: & sibi preciosum sepulchrū paretur: a mense februario usq; ad augustum inhumatus: & oīno in corruptus corpe permasit: quo tpe & capilli & ungues eidem crescebant: uti eo tpe quo uiuebat. Hic etiā inter cetera miracula: mulierē uexatam a diabolo liberauit. Quieuit in pace. iii. noñ februarii.

¶ De scis celerino & sociis marib. LXXIX



Celerinus diaconꝰ & ꝓfessor: & auia eiꝰ celerina: laurentius eius patruus & ignatius eiꝰ auunculus martyres: apud aphricā claruerunt. De quoꝝ oīum gloriosis laudibus memorat beati cypriani epistola ad mres scripta. Nam ut ibidē dicit celerina gloriosa anus martyrio coronata ē. Patruꝰ uero celerini laurentius & auunculus eius ignatius in castris secularibꝰ militātes palmas dñi illustri passione meruerunt. Celerinus autē diu adherentibꝰ penis afflictus per .xiii. dies in carceris custodia septus in neruo ac ferro fame cruciatꝰ: inde tādē eductus: & diuina prouidentia dimissus: ad diaconatus ordinē ꝓmotus scitate pollēs quieuit in pace. Hoꝝ omniū festum recolitur. 3. noñ februarii.

¶ De scō symeōe ꝓpheta sene. LXXX.



Symeon senex & propheta noui testamēti: de quo i euangelio luce. 2. multa preconia ꝑdicantur: ꝙ uidelicet fuit homo iustus & timoratus & expectans consolationē israel: & ꝙ spūssanctꝰ erat in eo. Et ꝙ responsum accepat a spūscō non uisurum se mortem: nisi uideret xp̄m deum. Qui cum spiritu sibi diuino reuelāte: puerū iesum natum & ad templū a parentibus deferendum didicisset: uenit in spiritu in templum die dominice purificationis. Et cum inducerent puerū iesum parentes eius: festinauit symeō ad portā templi & adorauit iesum: & osculans plantas eius accepit eum in ulnis suis. Et benedixit deum dicens. Nunc dimittis seruum tuum domine ꝛc. Et cum esset annorum. ii ꝛ. & uix posset seipsuꝫ regere: portauit puerum usq; ad altare: iuxta illud. Senex puerum portabat puer autem senem regebat. Et tunc tradidit puerum matri domino offerendum. Et benedixit parentibꝰ iesu: & prophetiam illaꝫ matri iesu predixit: que scribitur: ubi supra. Et qualiter gladiꝰ mortis filii animam genitricis per transire debebat: perfectis autem omnibus secundum legem redeuntibus parentibus iesu ad domū suam: & symeō ad propria rediuit. Et quia promissioneꝫ diuinam obtinuerat: tertio die in domino obdormiuit: & sepultꝰ est i hierusalem. 2. noñ februarii. Hec in libro de infātia saluatoris. ¶ De scis phyllea & phylloronio & sociis martyribꝰ. LXXXI



Phylleas & phylloronius in ciuitate egypti que appellatur tamnes passi sunt. Qui phylleas ut octauo ecclesiastice historie habetur: & ut dicit hieronymus de

ꝑfata urbe nobili prosapia ortꝰ. Primo q̃dē honoribus in seculo fulgens liberalibꝰ sciētiis eruditus fuit: deinde ad episcopatū ipsiꝰ urbis prouectus de martyrum laude uolumen insigne composuit. Qui tempore persecutionis cum multos de suo grege diuersi sexꝰ ordis & etatis q̃si innumere multitudis ad martyriū ꝓmisisset: a preside ciuitatis tentus & carceri mācipatus est. Qui cum a propinquis & dilectis blādis & lachrymosis sermonibus inducerēt: ut xp̃m negaret: & ipse ecōtra ꝓstantior pmaneret: ex sententia presidis cū phylloronio eius diacono decollat̃ secundo noñ. februarii.

¶ De scis aquilino & sociis mrib⁹. LXXXII

AQuilinus: geminꝰ: galesius: magnus: & donatus martyres rome foro symphronii passi sūt. Quos oēs ꝓ ꝓfessione nomis xp̃i iussit urbis ꝑfectꝰ capitali sētētia uitā finire. 2. noñ febr̃. ut dicit ado.

¶ De sancto giliberto ꝓfessore. LXXXIII

GIlibertus ꝓfessor gēmaleñ cenobii fundator anno. xxv. othonis impatoris primi claruit: qui apd̄ gorziam xp̃o potius q̃ seculo militabat: & i ipso loco monasterio ab eo fabricato & copiose dotato ꝓpter amorē scē religionis in pace dormiuit. 2. noñ. februarii. Cuius corpus relatum est ad gorziam urbem.

¶ De scā agatha uirgine & mar. LXXXIIII

AGatha uirgo & martyr apud ciuitatē cathanieñ tempore decii passa est sub quintiano sicilie cōsulari. Qui cū esset ignobilis: libidinosus: auarꝰ: & idolis deditus beatam agathā ꝓprehendere nitebat̃: ut q̃a erat ignobilis tenēdo nobilē timeret̃: q̃a libidinosus eius pulchritudine frueret̃: q̃a auarꝰ eius diuitias rapet: quia idolatra diis eā imolare cōpelleret. Ipsamq; detentā tradidit cuidā meretrici noīe aphrodisie nouē filias turpissimas habēti: ut ꝑ dies. xxx. suaderēt ei: quo mō eiꝰ animū imutarent: mō leta ꝓmittēdo: mō ꝑ aspera deterrēdo: que cū uti supra firmā petrā xp̃m imobiliter fundata: oīa sibi ꝓmissa uel cōminata ꝓtēpsissent: & aphrodisia hec q̃ntiano rettulisset: ipse uirginem ad se adductā cuiꝰ eēt ꝓditionis interrogauit. Cui uirgo se ingenuā & genere spectabili ꝓgenitā esse rñdit: addensq; q̃ ācilla xp̃i esset: hoc q̃d magis eā igenuā redderet. Nam sūma ingenuitas est: in qua xp̃i seruitꝰ cōprobatur. Cui cū q̃ntianus optionē dedisset: aut diis sacrificandi: aut diuersa supplicia sustinēdi. Virgo rñdit: q̃utinā uxor illiꝰ eēt talis ut uenꝰ: & ipse talis qualis iuppiter deus suus. Tūc q̃ntianus iussit eā alapis cedi. Et cū diuersa sibi tōrmēta cōminaret̃. Et illa ecōtra feras ignē & plagas & quascunq; penas se uoluntario animo passuram offerret: iussit eam in carcerem trahi: ad quem letissime & glorianter ibat: & quasi ad epulas ꝫuitata agonē suum dño precibus cōmēdabat. Sequenti die inde educit̃: & sacrificare contēnens in equuleo suspenditur: & torquetur. Et cum in his penis delectari se diceret: iussit consularis mammillā eius diutius torqueri: & tortam abscidi. Que cum illum redargueret dicens: q̃ confundi debuerat amputare i femina: quod ipse in matre suxisset iussit eam iterum ad carcerem reduci: prohibens medicum quēcunq; ad eam ingredi: & panem sibi uel aquam ab aliquo ministrari. Verum circa noctis medium uenit ad eā senior: quem antecedebat puer luminis portitor: dixitq; uirgini: q̃ cum passa fuerat: ibi erat: & considerauerat mámillam eius posse salutem suscipere. Illa uero omnem carnalē medicinam respuebat: sed solum dñm iesuꝫ habere se dicebat: qui uerbo curat oīa: & solo sermone restaurat uniuersa. Tunc senior subridens dixit: se a christo dño missum eiusdē esse apostolum petrum. Et continuo ab oculis eius disparuit: uirgoq; facta se ꝑfecte sanatam mámillamq; sibi restitutam iuenit: & deo gratias infinitas egit. Cum ergo ex immenso lumīe custodes territi fugissent: & carcerem apertum reliquissent: rogauerūt eam quidam ex uinctis ut abiret: que omnino recusauit: dicens q̃ nolebat amittere coronam sibi a dño preparatam. ¶ Post quattuor dies reducta est ad quintianum: q̃ eam sanatam conspiciens: & qualiter eā christus sanasset audiēs: iratus testas acutas iussit spargi: & carbones ignitos subterponi: & illam nudo corpore desuper uolutari. Statimq; facto terremotu ciuitas tota concutitur: & cadente pariete siluinus & falconius consiliarii iudicis opprimuntur: concurrente populo aduersus quintianuꝫ & clamante q̃ propter iniustum agathe cruciatum talia paterentur. Tūc consularis ex una parte terremotum metuens: & ex alia populi seditionem non ferens per posterulam auffugit: & uirginem i carcerem reponi mandauit: quo cum introisset: orauit ad dominum: ut susciperet in pace spiritum eius. Finitaq; oratiōe cum ingenti uoce expirauit. ¶ Cum autem fideles corpus eius cum aromatibus condirent: & in nouo sarcophago collocarent: apparuit iuuenis sericis amictus cū plusq̃ centum aliis albis indutis alias nunq̃ uisus: qui ad corpus ueniens tabulam marmoream ad caput eius apposuit: & clauso tumulo cum omnibꝰ ceteris ab omnium oculis euanuit. In tabula autē scriptū erat sic. Mentē sanctā

ſpōtaneā:honorē deo:& patrie liberationē. Quo miraculo diuulgato: nō ſolum xp̄iani ſed etiam gentiles & iudei ſepulchrū uirginis uenerari cepunt. Quintianus uero dum ad inueſtigandas eius diuitias ꝓgeret:& flumē in naui cum equis trāſiret:duo equi frementes:calceſq; iactantes:unus eū morſu appetiit alter calce percuſſum i flumine proiecit & necauit. ¶ Reuoluto anno circa diem natalis eius mons etna ciuitati proximꝰ ructauit incendiū: qui quaſi torrens de monte deſcendens & oia ꝓburés: ad urbē cū ipetu ueniebat. Tunc paganoꝝ multitudo:uelum quo ſepulchrū eius erat optum aripuit: & contra ignez oppoſuit. Statiq; in die natalis eius ignis ceſſit & ulteriꝰ nō proceſſit: paſſa eſt autē noñ februarii circa annū dñi.253.

¶ De ſancto ingenuino epō. LXXXV.

INgenuinus ſecūdꝰ eps ſabioneñ fuit:ut ſcribit paulus i geſtis lō gobardoꝝ: quē preceſſerat ſcūs caſſianꝰ:q imole imolatꝰ martyrium ꝓſumauit. Sabiona enī fuit olī epiſcoaplis ciuitas metropolis aq̄leieñ: nunc uero ſedes trāſlata eſt i brixinā: & ſubeſt ſalzburgeñ. Huiꝰ tpe longobardi italiā occuparūt regnāte eoꝝ rege auſterich. Seuerus eps in patriarchatu aquileieñ helie ſucceſſerat. Quē ſmaragdus patricius cōpulit cū quibuſdā aliis epiſcopis:cōicare ioāni heretico archiepiſcopo rauēnati:q romanā eccleſiā ꝓtēnebat. Scūs uero ingenuinꝰ cū ſancto agnello tridentiñ: petro altiñ: iuniore ueroneñ:hoſentio uicētiñ. Ruſtico taruiſiñ fonteio feltrieñ: agnello eq̄liñ:laurētio belūneñ:maxētio iulieñ: & hadriāo poleñ epiſcopis. Huic ſchiſmati non ꝓſenſerunt. Propter qđ omnes p̄nominati ſcī multas iiurias ꝓpeſſi ſunt. Sanctus uero ingenuinus actus i exiliū:in pace quiit noñ februarii. Cui ſcūs ꝓſtantinꝰ ſucceſſit. Corpuſq; ipſius poſt multos annos brixinā trāſlatū ē. Et ſanctꝰ albuinus eps brixineñ die quo migrauerat. ſ. noñ febrūarii miraculis clarus eidē aſſociatur. Hec frater bartholomeus.

¶ De ſancto adiuto epō: LXXXVI

ADiutus eps uieneñ eximie ſanctitatis fuit. Cuius fide & induſtria atq; doctrina mirabili ab infeſtatione arriane hereſeos gallie defenſe ſūt tpe gūdobardi regis francoꝝ. Qui & uir tutibꝰ iſignis noñ februarii apd uienā in pace dormiuit:ut dicit ado

¶ De quinquageſima. LXXXVII:

QVinquageſima ſignificat tēpꝰ remiſſionis. Et ic̄hatur in dominica qua cantaē. Eſto mihi i deū: & terminatur in ipō die paſche. Inſtituta ē aūt ꝓpter ſupplectionem: & ꝓpter ſignificationē:& ꝓpter repreſentationē. ¶ Primo ꝓpter ſupplectionem: quoniā cum debeamꝰ.40.diebꝰ ieiunare ad ſimilitudinē xp̄i:& non ſint in.xl.niſi.xxxvi dies ieiunabiles: quia in dñicis non ieiunaē propter letitiā & reuerētiā dominice reſurrectionis. Ideo pro ſupplectione dominicarum additi ſūt quattuor dies. Itez clerici uidentes ꝙ ſicut precedunt populū ordine ſic debent precedere ſcitate per duos dies ante illos quattuor ieiunare & abſtinere cepunt. Et ſic ſeptimana una addita eſt:que & quinquageſima uocatur. ¶ Secundo propter ſignificationem: quoniam quinquageſima ſignificat tempus remiſſionis ideſt penitentie in qua omnia remittuntur. Quinquageſimꝰ enim annus erat iubileꝰ:qui erat ānus remiſſionis:quia tunc debita remittebanē: ſerui liberabantur & omnes ad ſuas poſſeſſiones reuertebantur. Per quod ſignatur ꝙ per penitentiam dimittuntur debita peccatorum. liberātur omnes a ſeruitute demonum:& reuertuntur ad poſſeſſiones celeſtiū māſionū. ¶ Tertio propter repreſentationem. Nā quinquageſima non ſolum tempus remiſſionis ſignificat:ſed etiaz ſtatum beatitudinis repreſentat. Nam in.50.anno ſerui efficiebantur liberi:in.50.die data eſt lex in monte ſina:& i 50.die datus eſt ſpirituſſanctus apoſtolis. Et ideo hic numerus beatitudinem repreſētat:ubi erit adeptio libertatis: qđ oſtēditur per ſeruitutis liberationem:cognitio ueritatis qđ per legis dationem:& perfectio charitatis qđ per ſpirituſſancti iſuſionem. ¶ Numerus etiam quinquagenarius eſt denarius quincuplatus. Denarius uero ſignificat beatitudinem ſanctis in fine mundi conferendā. unde & paterfamilias ſuis operariis i uinea laborantibus:ſero contulit denarios ſingulos pro mercede. Hic autem denarius ideo quinculpatur:quia.v. corporis ſenſus tunc beatificantur. Hi enim per quinq; prudētes uirgines deſignantur:que fatuis excluſis ad nuptias cum ſponſo chriſto ingrediuntur. Ideoq; denarius retributionis in.v.ſenſibus quincuplandus ad quinquagenum iubilei multiplicatus aſcendit. ¶ Tria autem ſunt neceſſaria in epiſtola & euangelio dominicali propoſita:ad hoc ut opera penitentie ſint perfecta ſcilicet charitas que proponitur in epiſtola:memoria dominice paſſiōis:& fides que ſumitē per illumiationem ceci:que duo ponuntur in euangelio. Nam fides ipſa opa facit acceptabilia:ſine qua impoſibile ē deo placere:memoria paſſiōis facilia gregoriꝰ. Si paſſio chriſti in animum ducitur: nihil ē tam arduū qđ nō equo aio toleretē:charitas autem facit eſſe ꝓtinua:qa ut idē dicit amor dei nūq; eſt ocioſus. Operatur enim magna

si est. Si aũt opari negligit: amor dei nõ est. ¶ Vnde sicut in principio ecclesia q̃si desperans clamauerat Circundederunt me ꝛc. Et postmodũ ad se rediens adiuuari petebat dicens Exurge dñe ꝛc. Ita iã hic ex spe uenie fiducia ꝯcepta ꝓpter pniam orat & dicit Esto mihi in deũ ꝓtectorem: ubi q̃ttuor petit. s. ꝓtectionem: firmamentũ: refugiũ: & ducatũ Oés enĩ filii sui: aut sunt ĩ gr̃a: aut in culpa: aut in aduersis: aut in ꝓsperis. Illis qui sunt in gr̃a: petit firmamentũ: ut in ipsa gratia cõ firmẽt. Illis q sunt ĩ culpa: petit refugiũ: ut cõuertantur. Illis qui sũt ĩ aduersis: petit ꝓtectionem: ut in ipsis tribulationib⁹ ꝓtegãtur. Illis qui sunt in ꝓsperis: petit ducatum ut in ipsis ꝓsperitatibus a deo innocẽter ducãt. Terminat autẽ quinq̃gesima in die pasche: quia penitẽtia ad nouitatẽ uite facit resurgere. Et qa in hebdomada qnquagesime tempora tertie etatis recolunt: merito scõꝝ patrum tertie etatis ĩmediate gesta subscribuntur: quoꝝ dies obitus ignorant. Quãuis enĩ de solo scõ abraham beatus hieronymus diẽ dormitionis in suo calendario scribat: uidelic3. 7. id⁹ octobr̃: quia tamẽ de nullo alio ipsius etatis certa dies festiuitatis reperit: ne ipm abrahã primũ & solum etatis tertie ab aliis sepemus: ꝯgruenti⁹ uisum est: ut de ipso una cũ aliis acta subiiciamus.

¶ De scõ abrahã patriarcha. LXXXVIII



Bram quẽ deus ꝓpter ei⁹ fidem addita sibi una lr̃a quam nomini uxoris detraxerat: uocauit postmodũ abrahã patriarcha sanctissimus: nõ solum in scõꝝ catalogo ecclesiastici. 44. & primo matthei. 2. cap̃. specialiter nominat: sed etiã ex textu sacre scripture in locis pluribus de fide: iustitia: & obediẽtia cõmendatur. Hic cũ patre thare habitans in arã cum esset annoꝝ 75. ad imperiũ dñi relictis patre & fratre nachor: egressus inde cũ uxore sara sterile & loth filio fratris aram: quẽ in filium adoptauerat: & cũ omni eius familia & supellectile: uenit ad terr̃a chanaã habitatur⁹ quã de⁹ ei⁹ semini ꝓmiserat se daturꝝ: uenienq; ad sichem iuxta uallẽ illustrem: que pentapolis dicebatur a qnq; urbib⁹ sodomorum: edificauit ibi altare dño. Exinde ut dicit iosephus primus p̃sumpsit ꝓnunciare unum deum creatorem cunctoꝝ. Inde transgrediens inter bethel & ai aliud edificauit altare: & ultra progrediens habitauit in damasco. Annus uero subsequẽs q est. lxxvi. etatis abrahã. Prim⁹ annus ẽ repromissiõis dei facte ad eũ: a quo usq; ad egressum filioꝝ israel de egypto supputantur anni. 430. post quos apostolus ad gala. iii. dicit factam fuisse legem. ¶ Verum ꝓpter famẽ que facta est: descendit abrahã in egyptum: timẽsq; libidinem egyptioꝝ: ne eum ꝓpter uxoris pulchritudinẽ occideret: dixit eam sororem suã esse: sicut & erat re uera quia filia fratris. Et quia laudata est pulchritudo eius apud regem egypti: in domũ eius sublata ẽ. Sed de⁹ regis desideriũ ĩpediuit: ne tãgeret eã ĩ egritudie & tumultu cau saꝝ: ut dicit ioseph⁹. Cũq; ꝓ salute regis sacrificarẽt sacerdotes: per iram dei hoc accidisse significauerũt: eo q uxori peregrini in iuriã inferre uoluisset. Sicq; rex egypti uxorem suam intactã abrahe restituit: & de cõmisso ueniam postulauit. ¶ Sane abrahã eo tẽpore arithmeticã & astrologiam egyptiis primus tradidit: a quibus postmodũ peruenerunt ad grecos. Reuersus aũt abraham ex egypto habitauit in loco: ubi fixerat tabernaculum inter bethel & ai. Et cũ esset diues ualde in auro & argento familia & iumentis & pastores eius cũ pastoribus loth ꝓ pascuis rixarent: diuisus est a loth nepote suo: & dedit ei optionẽ eundi quo uellet. Loth elegit regionẽ circa iordanẽ fertilẽ & amenam: & moratus est in oppidis sodomorũ. Abraham uero descendit ad conuallem mambre iuxta hebron: & habitans ibi iuxta quercũ uel terebinthum edificauit altare dño. Mãbre uero eschol & anel fratres erant: & federati sũt abrahe: a quorum primogenito uallis cognominabatur. Ibi ꝓmisit deus abrahe omnẽ circũstantem terram per quattuor ptes dare sibi & semini eius. ¶ Post hec chodorlaomor rex helamitaꝝ cum aliis tribus regibus quinq; reges sodomorũ uicit ĩ bello: & tulit omnem substantiam eoꝝ: cũ loth & omni substãtia eius. Quo audito abrahã cum. cccxviii. uernaculis suis & tribus predictis fratribus mambre: eschol: & anel pse cutus est eos usq; ad dan: & plurimis trucidatis uictoriam obtinuit: & loth nepotẽ mulieres & populũ omnẽq; substantiam reduxit. Cui melchisedech rex salem & sacerdos occurrit: & sacrificium panis & uini primus obtulit: cuiq; abraham decimas persoluit: ut infra de melchisedech dicetur. Ab hac uictoria pro remissione captiuorum dicunt q dam initium habuisse iubileum: quod remissio interpretatur. Et institutus est anno qnquagesimo: quia tunc erat loth quinq̃ginta annorum. ¶ Post que abraham per infãmationem sacrificii diuinitus illapsam: accepit signum de promissione sobolis in stellarum numerum multiplicande. Quod quia uti naturaliter ipossibile deo credidit: de fide merito commendatur. Tuncq; primum suscepit filium ex agar ancilla cui nomen ismahel: a quo ismahelitarũ gens: qui & agareni ab agar dicti sunt: qui & postmodum uti sare filii saracenoꝝ falsum nomẽ usurpauerũt

¶ Deide abraham qui primo dicebaꝫ abrã a deo uocatus est abrahã: uxorq; ipsius que sarai dicebaꝫ a deo sara uocata fuit. Preceptũq; accepit diuinitus abraham ut se cum sua sobole circũcideret: ut inter cunctas nationes tali signaculo corpis electoꝝ uirorũ soboles noscerent. Et cũ esset ánoꝝ. 99. circũcidit se & ismahelẽ filiũ suum annoꝝ. xiii ac omnẽ familiã suã sexus masculini. ¶ Iterum quoq; dñs abrahe: per subiectã angelicã creaturã appuit: filiũq; de sara repromisit: eãq; hesitantem redarguit: & abrahe so domoꝝ iteritum nunciauit. Tunc sanctꝰ patriarcha beate trinitatis priꝰ mysterium ītellexit. Cum tres uiros uidit & unũ adorauit: quos & hospitio susceptos fertili ꝓuiuio refecit: ubi trinitatis expresse mysterium põitur. Cum abrahã nunc ad unũ nunc ad tres loquiꝫ. Ipseq; deus in tribus appentibus angelis: nunc singulariter nunc pluraliter uiꝝ sanctum affaꝫ. Abraham post hec ꝑegrinatus in geraris sarã uxorẽ ut fecerat i egypto sororem esse dixit: & simile necis periculuꝫ simili modo per dei ꝓuidentiã euasit. Cum uero esset annoꝝ. c. corpusq; iaꝫ héret mortuum naturaliter ad generandum: sara uero sterilis & nonagẽaria eẽt. iuxta repromissionem dei ad eos factam natus est isaac: qui & octauo die iuxta diuinũ mandatũ circũcisus est: anno ab institutione circũcisionis ꝓo: ab ortu uero ismahelis. 14. Ablactato uero isaac: & aliquantulum excrescente dũ cũ ismahele luderet & eum ille uti maior in ludo lesisset: cum etiam ut dicunt hebrei ismahel aliqua idola de terra finxisset: & isaac ad ea colenda inducere uellet ad instantiã sare: abraham ismahelẽ cũ matre simul ꝓeiecit: sed dñs ismahelẽ custodiẽs. xii. duces tribuum suaꝝ ex eo multiplicãdos procreauit. ¶ Deide abimelech rex geraris timẽs abraham ditatum & multiplicatũ: cum fichol principe exercitus sui ad eũ uenit & cum illo ad puteum fedus iniit: ubi & abrahã nemꝰ plãtauit. ¶ Cũ autem abrahã adhuc habitaret in berſabe & isaac esset annoꝝ. xxv. uel ut quidam asserunt. 40. dñs fidem & obedientiã sci patriarche tẽtare uolens: non quia nesciret: sed ut nobis exemplũ ĩnotesceret: precepit eidẽ ĩmolare filiũ suum isaac in monte moria: in quo postea templũ dñi a salomõe edificatũ est. Quod quidẽ ille creatori suo amplius q̃ suo affectui cupiẽs deſuire adimplere curauit. Et dũ cum assumptis duobꝰ pueris & filio sine uictima ꝑgeret: & dimissis famulis natus parentẽ ubi esset uictia quereret: adhuc abraham eidem diuinũ mãdatũ noluit reuelare: dicẽs q̃ deus sibi de uictia ꝓuideret. Cum aũt ad montẽ pueniſſent: refert ioſephꝰ uerba patris ad filiũ dicentis: quia sicut ex uoluntate dei ĩgressus fuerat mundũ mirabiliter: sic dei uoluntate necesse erat ei egredi inusitanter: quẽ dñs quidẽ iudicasset non egritudine non bello nõ aliqua passione humana uitã finire: sed cũ orationibus & sacrificiis aĩam ipsius ad se reuocare: & q̃ non dubitaret quia infallibiliter deus eũ suscitaret: ob ꝓmissiones ĩplendas. Et sic isaac ĩmolandus libẽs accessit ad arã. Sed nunq̃ credẽtibus dura diuinitas permãsit. Nam & deus angelica uoce suspẽdit abrahã a filii nece ostendens ei quẽ ĩmolaret pro filio arietẽ: ut absq; pietatis dispendio tantũ sacrificiũ cõsumaretur: In hoc mortẽ xp̃i p̃figurans: ut sicuti reseruato isaac aries ĩmolatur: sic diuinitate in xp̃o ſuata humanitas in cruce patitur. Ex hoc forte quidã codices autumant sacrificium abrahe eodẽ anni die cũ xp̃i passione ꝓcurrisse scilicet. viii. cal. aprilis: quo etiam die tradũt melchisedech primũ sacerdotem & regẽ: panis & uini deo primitꝰ mysterium obtulisse. ¶ Reuerso aũt abraham ad ꝓualleꝫ mãbre: mortua q; sara eiꝰ uxore: misit ſuũ suũ eliezer ad mesopotamiã syrie ad nepotẽ suum bathuelẽ filiũ nachor: adiurans eum ut filiã nepotis sui de cognatione sua filio suo uxorem assumeret. Qui recto gradu pueniẽs ad domũ bathuelis: cũ esset adhuc in agro & expectaret diuinitus ĩspiratus uxorem isaac predestinatã rebeccha bathuelis filii nachor filiã nunq̃ sibi uisam cognouit. Cogitans ut quecũq; puella ad hauriendam aquã ꝑgens sibi potum petẽti quin etiam camelis aquã preberet: ipsa futura isaac ꝓiũx esset. Que oĩa cum in rebeccha cõtigissent: seruusq; cũcta patri narrasset: dedit ei pater puellã in uxorẽ isaac despõsandam. Quam secum adductam: isaac desponsauit cum esset annoꝝ. 40. uel secũdum quosdã. 50. & in tantum eam dilexit: ut doloré qui sibi ex matris morte acciderat temperaret. ¶ Abraham uero aliã duxit uxorem nomine cethuram quam quidam dicunt agar ancillã eius fuisse: & ex ea plures genuit filios quibus & munera dedit & eos ab isaac sepauit. Illi uero ut heredi omnem possessionem suam tribuit. Et postq̃ genuerat isaac superuixit annis. 75. uidelicet usq; ad. xv. annum natiuitatis iacob & esau. Sicq; cum esset annorum. 175. in senectute bona mortuus est. Et sepultus est in spelunca duplici quam emit ab effron in sepulturam generis sui: ubi & sara eiꝰ uxor ab eo fuerat tumulata. Dies autem dormitionis abrahe secundum hieronymum fuit. vii. idus octobris: hec ex libro geneſis a. c. xii. usq; ad. xxv. incluſiue: & ex dictis ioſephi hieronymi & hiſtorie ſcholaſtice: atq; ex chronicis guilelmi.

¶ De ſancta ſara matre. LXXXIX.

SArai quã ꝓpter eius increduli/tatẽ detracta una lr̃a ei⁹ nomini & addita nomini abrahe de⁹ sarã noiauit: filia fuit aram frĩs abra/he: & ipsius abrahe ꝓsobrina. i. neptis ex fratre. Nam eo tpe ad augendum & multiplicandũ gen⁹ humanũ cuiuscunq; grad⁹ ꝑter sororem ꝓiugem accipe licebat. Hec cũ sterelis esset: agar egyptiã ancillam suam abrahe dedit uxorem: ex q̃ suscepit fi/liũ ismahelẽ. Deinde ꝓmissiõe sibi a deo fcã cũ esset annoꝝ. 90. ex abrahã centenario fi/lium ꝓcepit: & pepit: quẽ uocauit isaac. Et cũ aliquantulũ creuisset puer: & cũ ismahe le luderet: ꝓpendit sara: q̃ ismahel de luto idola finxerat: & isaac ad ea coleda ꝓuoca/bat: uñ & uiro institit: ut ancillã cũ filio a se eiiceret: ne filius innocẽs ismahelis malitia sedaret. Supuixit autem sara nato isaac ãnis 37. Et cũ esset ãnoꝝ. 127. mortua est: & a ui ro sepulta in hebron i spelũca duplici: quã abraham emit imperpetuam sui & suoꝝ pos sessionem sepulchri. hec unde supra.

¶ De scõ melchisedech rege. XC

Et cum semel ad eum uadens: alterīq; uiatori se iungens ab eo tertio pulsatus in quodam prato comedit: & sic ad benedictum uenit. Cui ille q̄ comederat mox patefecit: & de gulositate redarguit: laicusq; penitentiam egit. ¶ Totilla rex gothorum audiens: q̄ spiritum propheticum haberet: eū probare uolens: quendam spatharium suis regiis uestibus induit: & cum magno comitatu: uti regem ad benedictū misit. Quē ille uenientem conspiciens mox agnouit: & ut uestes regales sibi non ptinentes deponeret mandauit: & spathari⁹ confusus erubuit ¶ Clericū quendam a maligno spiritu uexatum liberauit. ei tñ precepit ne ad sacros ordines unq̄ ascenderet: qđ si secus faceret eū demon iterato opprimeret. ¶ Cum autem clericus dudum mandatis paruisset: post tēpus aliqđ se consecrari fecit: ipsumq; continuo demon usq; ad spiritⁿ effusionē inuasit. ¶ Vir quidam duos flascones uini sibi miserat: quorum alterum portitor in uia abscōderat. Qui cum gratiaꝝ actione unum accepit: sed latorem ne de altero quem absconderat biberet omnino prohibuit. Qui cōfusus ab eo recessit & in flascone occultato serpētem inuenit: & de cōmisso penitentiam fecit. ¶ Filius defensoris monachus eidem cenanti candelam tenebat: & spiritu superbie i corde suo murmurabat indignum reputans: q̄ filius tāti uiri illi comedēti assisteret. Quod uir dei statim p spiritum agnouit: & ut cor suum contra tentationem signaret admonuit: atq; de manu eius lumē auferri precepit. Alia quoq; multa cordiū secreta cognouit: & multa que uentura erant spiritu prophetico predixit. ¶ Cum quosdam fratres ad locum construendum misisset: certo die se ad illos uenturum dixit: & qualiter operari debeat indicabit. Nocte uero diem statutam p̄cedente: abbati & prepositō illius loci per somnium apparuit: & qualiter locus cōstruendus esset per singula indicauit. Cum autē uisioni non crederent sed ipsum expectarēt: tandem reuersi sunt dicentes q̄ non uenerat diutius expectatus. Qui se uenisse ut promiserat per uisum asseruit: & q̄ ut i somnis moniti fuerant omnia facerent ordinauit. Quidam eius monachus tentatus de monasterio abiit: sed draconem maximū se deuorare nitentem inuenit: pterritusq; ad claustrum rediit & in promissione perseuerauit. ¶ Cū fames ualida regionem illam premeret: & quinq; solūmodo panes in monasterio superessent: fratribus cōquerentibus diuidi iussit: ipse uero nocte in oratione permansit. Et ecce mane ducenti farine modii ante fores monasterii inuenti sunt: sed unde uel a quo missi fuerint ignōratur. ¶ Eodem quoq; tempore cum omnia que i domo erant pauperib⁹ dispēsasset: modicum olei qđ in uitreo uase remanserat: pauperi elemosynam petenti dari iussit. Quod dispensator obedire contempsit: timens ne fratribus oleū deesset. Quod pater audiens: oleum per fenestram abiici iussit ne quid ibidem per inobedientiam remaneret. Cum autez uas super saxa deiectū nec fractum esset: nec oleuz effusum: oleum cum uase petenti tribuit: & cum orasset dolium olei qđ uacuum erat usq; ad summum repletum oleum per pauimentum effudit. ¶ Rusticus quidam corpus defuncti filii in ulnis ad monasterium detulit: & ut puerum suscitaret: uirum dei cum lachrymis exorauit. Quem oratione premissa: ipse suscitatū patri restituit. Multisq; aliis signorum uirtutibus effulsit. Scripsitq; monachorum regulam sanctitate precipuam sermone lucu|lentam: quia uir dei non potuit aliter docere q̄ uixit. ¶ Eodem anno quo migraturus erat obitum suum etiam absentibus fratribus nunciauit. Ante sextum uero exitus sui diem: apiri sibi sepulturā iussit. Moxq; correptus febribus. vii. die in ecclesiam portari se fecit: sumpto quoq; uiatico: inter discipulorum manus: ultimum spiritū inter uerba orationis efflauit. Eadem hora maurus monachus longe positus: ipsum uersus celos tendentem conspexit per uiam uidelicet orientis perlucidam ab eius cenobio usque ad celos pertingentem. Cuius corpus in casineñ monasterio sepultum est. Quieuit in christo. xii. caleñ aprilis: circa annos domini. ṣi8. tempore iustini senioris.

¶ De scō Benedicto papa prio. CCXV.

Benedictus papa hui⁹ nominis secundus natione romanus ex patre ionāe leoni secundo in pontificatu romano successit: & sedit mēses. x. dies. xii. Hic benedict⁹ ex uite sanctitate cum nomine concordauit. Et cum tam modico tempore sederit: multas tamen in urbe ecclesias reparauit. Hic ab ineunte etate ecclesie militauit. Atq; sic se diuinis scripturis & cantilene a puero: & in presbyteri dignitate nomine pariter & operibus exhibuit: ut digne ad pontificatus honorem peruenīret. Paupertatis namq; fuit amator. Humilis mansuetus: & in omnib⁹ compatientiā habens: manuq; largissima. Hic constituit ut ad tumulandū romanum pontificem: omnes eiusdem ecclesie clerici conuenirent: similiter & ipse in eorum faceret obsequiis. Sepultusq; est apud sanctum petrum. Et cessauit episcopat⁹ mensibus. 2. diebus. xv.

¶De scō benedicto monacho. CCXVI

BEnedictus monachus in campanie partibus. 40. ab urbe miliario in quodam monasterio fuit: etate quidem iuuenis sed moribꝰ grandeuus & in sancte conuersationis regula se fortiter stringens. Quem cū tempore totille regis gothi repperissent: hunc incendere cum sua cellula moliti sunt Ignem nāq; suppossuerunt: & in circuitu oia arserunt: cellulam uero cōburere nequiuerunt. Quod illi uidentes magisq; seuientes: ipsumq; ex suo habitaculo educentes proximum accensum clibanum ꝑ coquendis panibus inspexerunt: eumq; in illo proiecerūt clibanumq; clauserunt. Sed die altero ita illesus inuentus est: ut nec caro eius: nec extrema uestimenta ullo modo cremarentur. hec gregoriꝰ. 3. dialog. capᵒ. 18.

¶De scō serapione abbate. CCXVII

SErapion abbas ut in octauo libro historie tripartite: & in uitis patrum habetur: fuit in regione arsenoite pater decem miliū monachorum: de labore manuum uictum querentium quotidianum. Tempore autem messis omnes ad metendum precio conducebantur: & quicquid acquirere potuissent indigentibus regionis & alexandrie carceratis ac peregrinis in eorum necessitatibus expendebant. ¶ Hic tempore iuuentutis existens monachus: post mensam cōmunem panem furabatur: quem sero latenter comedebat. Tandem ad cor rediens: abbati peccatum confessus est: moxq; ex ore eius quasi flamma ignis egressa fetorem sulphureum exhalauit. Hic sola unica sindone amictus: pane tantum pro cibo & aque potu cōtentus: nihil aliud quotidie sumebat: ¶ Cuꝫ autem semel amictum suum pauperi tribuisset: & alteri nudo obuians tunicam dedisset: euangeliumq; tenens nudus sederet. Interrogatus quis eum expoliasset: respondit: ꝙ euangelium quod tenebat. Alias insuper pauperem tertium uidens euangelium ipsum uendidit: & pauperi precium dedit: dicens ꝙ euangelium omnia precipit uendi: & pauperibus dari. Seipsum ergo euangelium uēdi mandat. ¶ Alio tempore existens in quodam oppido paganorum: seipsum eis uendidit: quos postq̄ uerbo & exemplo conuerterat: reddito precio ab eis recessit. Hoc idem fecit in lacedemonia apud athenas: seipsum uendens uni primario ciuitatis: ut ipsum cōuerteret: quod & fecit. Dormiuitq; in pace duodecimo calen. aprilis alexandrie tumulatus.

¶De sancto aphrodisio episcopo & confessore. CCXVIII

APhrodisius genere egyptius prefectus totius egypti erat tempore quo puero iesu in egyptum fugato: & in templo deorum delato idola omnia corruerunt. Quod cum aphrodisius tunc prefectus audisset: ad phanum in quo simulacra euersa fuerant accessit: & uiso puero iesu eum adorauit: ipsumq; una cum parentibus a furore pontificum idolorum eos in deorum suorū ultionem occidere uolentium uiriliter defensauit. Et extunc in christum quasi ꝑ somnium credidit. Sed post ascensionem domini cum predicatio euangelii ad egyptum peruenisset: prefecturam deserens antiochiam uenit: & ibi baptizatus atque beati petri discipulus factus est. Cum quo postmodum romam iuit. A quo & directus est ad gallias predicandas. Qui etiam ibidem sancto paulo sergio episcopo narbonensi se associauit. A quo ordinatus bituricensis episcopus ad ipsam ciuitatem deuenit: ubi multo tempore officio predicationis insistens: & miraculoꝝ gloria resulgēs: oēm populum eiusdeꝫ urbis christi nomini subiugauit. Et uirtutibus ac etate maturus in domino quieuit. xi. calen. aprilis. Et sepultus est in ecclesia sua signis claresćens.

¶De sancto uictoriano martyre. CCXIX

VIctorianus adrumentine ciuitatis nobilis: ut dicit aphricanus: a quodam proconsule carthaginis quo nullus in persecutione ecclesie durior fuit: dum idolis immolare cogeretur: & omnino renueret. primo rebus spoliatus: deinde tantis tormētorum generibus cruciatus: quantus humanus sermo nō poterit explicare: feliciter tripudians martyrium in eadem urbe cōsumauit decimo calen. aprilis. hec aphricanꝰ.

¶De sanctis frumentio & alio frumentio martyribꝰ. CCXX

GErmani duo quorum uterque frumentius uocabatur aquisregieñ ciuitate oriundi apud tabadeñ oppidum passi sunt. Qui sibi inuicem iurauerunt tortores rogare: ut semper pari supplicio torquerentur. Tenti igitur a paganis cum die integro penderent suspensi molis in pedibus alligatis: unus eorum se deponi petiit: & inducias sibi dari. Sed ab altero confortatus: & penitens tortores rogabat: ut lapides maiores adiicerent. Deinde ambo laminis ignitis estuati: & post hec ungulis exarati: multis quoque cruciatibus uexati: ab ipsis tortoribus tedio derelicti: & a facie eorum proiecti spiritum domino reddiderūt: decimo calen. aprilis.

¶De ſanctis duodecim in fantulis martyribus. CCXXI.

DVodecim infantuli apud aphricā ſub perſecutione uandalica paſſi ſunt. Qui ab arrianis de numero confeſſorū xpi ſegregati: nō ſpiritu ſed corpe: ſuggerēte quodam teuchario heretico: qa ipſos nouerat ad cāti lenā uocales ac ſtrenuos: carthaginē deducti ſūt: ubi primo qa pueruli blāditiis ſuaſi: dum arriane fidei cōſentire nollent: duriſſimis uerberib⁹ tādiu ceſi ſunt: quouſq; ſpiritum emiſerunt. Ibidēq; quaſi in numero apoſtolorū ſepulti. Quorū exēplo duo negociatores quorū uterq; frumētius dictus eſt &. v. eiuſdē monaſterii frēs .ſ. liberatus abbas bonifacius diacon⁹. Ruſticus ſubdiaconus: rogatus: & maxius monachi pro fide catholica martyrium ptulerūt. Qui paſſi ſunt x. cal. aprilis.

¶De ſcis liberato & ſociis mārib⁹. CCxxii.

LIberatus mr̄ cum uxore & filiis duobus & creſcentius preſbyter nec non puer quidam annorū. vii cuius nomē non exprimit tpe pſecutionis arriane i aphrica paſſi ſunt. Nam primo iſantulus iuſſu Gyrille arrianorū epiſcopi a parentibus raptus matre poſt raptores cōclamante: ut ſe quoq; ducerent: dum uiua uoce ſe catholicū profitetur in gurgitem demerſus eſt. Quod & de duobus filiis liberati medici factū eſt. Poſt hec liberatus & uxor detenti ſepatim in duob⁹ carceribus miſſi ſunt. Cūq; prius liberatum eductū i loco honorabili ꝓſedere feciſſent: uxorem ſimiliter eduxerunt: ſuggerentes ei q uir ſuus ꝓſenſerat arrianis. Que ubi ipſū conſpexit in loco ſublimiori ꝓſidentem: ueꝝ exiſtimans qđ audiuit: ipm de apoſtaſia duriſſime icrepare cepit. Ille uero ſe catholicū profitens hereticorū fallacias detexit. Quapter ambo ꝓiuges gladiis trucidantur. Creſcentius aūt preſbyter tarzetane ciuitatis pſecutionem fugiēs i ſpeleo quintini montis iclusus inedia defecit. Horum paſſio agitur x. cal. aprilis. Hec aphricanus.

¶De ſancto pygmenio preſbytero & martyre. CCXXIII.

PYgmenius preſbyter & martyr rome ſub iuliāo apoſtata paſſus eſt. Hic iulianū eūdē una cū ſcō donato poſtmodum aretino epō & martyre a puero enutriuit: & ſacris litteris erudiuit. Iulian⁹ aūt poſt hec factus monachus: xpi fidem apoſtatauit: & diuina permiſſiōe procurante diabolo ad iperii apicē aſcendit: unde xpianos ultra modum pſecut⁹ eſt. Audiēs autē q pygmeni⁹ corpa martyrum ſepeliret miſit eum in exilium i pſidem: ubi quadriēnio demorat⁹ cecitatem incurrit. Poſt hec in ſōnis diuinitus admonitus uenit romam. Cum autē una cū puero ipſum deducente ſtipē petens cluuiū ſacre uie conſcenderet: offendit baculo redā ceſaris tranſeuntis. Qui pygmenium uidens & eius quodāmodo cecitati cōgaudens ait. gratias diis q te uideo. At ille gratias iquit deo meo q te non uideo. Quem mox imperator per poteſtatez in tyberi iactari fecit. Cuius corpus a xpianis collectum i cemiterio pontiani ſepultū eſt: non longe a corporibus abdon & ſenē. viiii. cal. aprilis.

¶De ſcō murita martyre. CCXXIIII

MVrita diacon⁹ & martyr cū pluribus aliis apud aphricā paſſus eſt. Qui cū quendā elpidephorū baptizaſſet: illeq; poſtmodū apoſtataſſet: & ad p̄ſidis dignitatē pueniſſet: ab eodem tētus ſuaſus eſt: ut arrianorū fidei ꝓſentiret. Cū aūt murita nō ſolum ei ꝓſenſum p̄bere renueret: ſed etiā ipm de apoſtaſia increparet: & ueſtes candidas quas ei in baptiſmate dederat: reſeruatas ad ei⁹cō fuſionē oſtenderet. Elpidephor⁹ ira accēſus muritā cū pluribus clericis ceſos & nudos in exiliū relegauit: ubi fame & inedia ac frigore ꝓſumpti martyriū ꝓpleuerunt. 9. calē. aprilis. Hec uictor aphricanus.

¶De annūciatione beate marie ſemper uirginis. CCXXV.

ANnūciatio dominica dicit: quia tali die ab angelo aduēt⁹ filii dei in carnē uirgini marie annunciatus fuit: uidelicet. 8. calē. aprilis Cum enim uirgo beata a tertio etatis ſue anno uſq; ad. xiiii. in templo cum aliis uirginibus extitiſſet: & uotum uirginitatis niſi deus aliter diſponeret emiſiſſet: eam ioſeph deſponſauit domino reuelante: & ioſeph uirga frondente: ſicut in hiſtoria natiuitatis eius dicetur. vi. idus ſeptembr. Et in bethleem unde erat ioſeph: neceſſaria prouiſurus iuit: ipſam quoq; in nazareth in domo paterna dimiſit: ubi ad eam angelus uenit & eidem uerbi dei aduentum nunciauit. ¶Circa hanc annunciationem ſex conſideranda occurūt uidelicet: tēporis oportūitas: miſſi nobilitas: mittentis auctoritas: loci congruitas: nuncium ſuſcipientis ſanctitas: & annunciationis nouitas. ¶Primum ergo conſiderandum occurrit temporis opportunitas: qđ fuit in menſe. vi. a conceptione ioannis baptiſte: que facta ē octauo cal. octobris: ut per hoc detur intelligi q ioannes fuit figura ueteris teſtamenti ut dicit auguſti. Cui⁹ aduētū xpi aduēt⁹ ſeqr̄. vi. mēſe: qa ſexta mūdi etate dn̄s icarnat⁹ ē: & .vi. feria: & hoc. ¶Prio pp nūeri pfectionē qa nu-

mer⁹ senarius ex ipsis ptibus suis cõponitur scilicet .3.2.& .1. nullo supante uel deficiẽte: ut p hoc pfectio ipsi⁹ incarnatiõis denotet: in qua cõcurrunt tria .s. eterna diuinitas: aia de nouo creata: & caro ab adam traducta: & due nature .s. diuinitas & humanitas: & hec pstituunt unã personã xpi. ¶ Secũdo ꝓpter homis formationẽ. Nam sicut adam primus sexta feria de terra uirgine formatus est: sic & adã secundus q̃ est xps de femia uirgine ĩ carnatus: & eodem die anni ad lram: ut qdã tradunt: quod est .8. calẽ. aprilis primi & se cũdi ade diuerso tẽpore: uidelicet post ãnos 5199. formatio facta est. ¶ Tertio ꝓpter natu re renouationẽ. Nam filius dei ĩ equinoctio uernali: quo tẽpore oĩa renouant incarnari uoluit: p hoc ostendens: q̃ p ipsam incarna tionem oĩa renouabant. apoc. 21. Ecce no ua facio oĩa. ¶ Secundũ est missi nobilitas: q̃ fuit angelus gabriel. Cõgruum enim fuit q̃ angelus ad uirginẽ mitteret. ¶ Primo ex pte ordinis: ut ordo reparationis rñderet or dini preuaricationis: ut sicut malus angel⁹ mulierem ad peccati lapsum inclinauerat: sic bon⁹ angelus uirginẽ ad uerbi cõceptum induceret. Secũdo rõne ipsius uirginis. Na3 ut dicit hieronym⁹: Recte mittitur angelus ad uirginẽ: qa semp est angelis cognata uir ginitas. In carne ꝓter carnẽ uiuere: nõ terre na uita est sed celestis ꝛc. ¶ Tertio rõne finis subsequẽtis. Ná incarnatio xpi ordinabatur ad finẽ ruine angelice p saluãdos hoies repa rande. Iõ angeli nõ debuerũt excludi. ¶ De quo aũt ordine hic angelus fuerit dubitat. Gregori⁹ tenet: q̃ fuerit de ordine suppremo dicẽs summũ angelũ uenire dignũ fuit: qui summũ omniũ nunciabat. ¶ Alii tenẽt q̃ de ordine archangelo3: qa ipm ecclesia archã gelum noiat: dicentes q̃ hoc magis cedit ad honorem uirginis: qa siquis de supioribus mitteret: ab eo illuminari pot⁹ q̃ nunciari uideret. Quid aũt gabriel interp̃tet: dicet ĩ fra pxima historia gabrielis. ¶ Appuit autẽ sibi corporaliter: ut uisio eẽt certior: qa cor poraliter uisa certiora sunt. Cognitio pleni or: qa uisa etiã p intellectũ meli⁹ cognoscũt Et sc̃õ similior qa nunciabat spũale uerbu3 incarnãdũ: iõ fuit ꝓgruũ: ut corpaliter appa reret. Et appuit corpe hũano: qa dei filium nõ quodcũq; aial sed hoiem assũptu3 nũcia bat. ¶ In sexu masculino: tũ qa dignior: tũ qa magis illuminatiu⁹: tũ qa ĩ ipso sexu dei fili⁹ erat hoiem assũptur⁹. ¶ In etate iuueni li: qa iuuenis dicit nouitatẽ cũ pfectiõe. Nã in puero est nouitas ipfecta. In sene pfcõ ãti quata. Et qa angel⁹ nũciabat illũ: q̃ erat no uus humanitate: & pfct⁹ dinitate: iõ appuit in iuuenili etate. ¶ In uestẽ alba: que deno tat innocẽtiã & angeli nũciãtis & uirginis re cipiẽtis: & uerbi carnẽ innocentẽ assumẽtis. ¶ In ortu solis: quia ueri solis ortũ uenerat nũciare. ¶ Tertiũ ẽ mittẽtis auctoritas: q̃ ẽ ipse de⁹. Missus est eni angel⁹ a deo pre: qui ibi posuit suã oipotentiã: ut p̃ter naturã uir go mirabiliter pareret. A deo filio: q̃ ibi po suit suã sapiam: ut saluo pudicitie sigillo in uẽtrẽ uirgis itrare & iñ exire sapiẽter sciret. A deo spũsc̃o: q̃ posuit suã gratiã: ut mulier sine peccato ꝓcipet. ¶ Quartũ ẽ loci ꝓgrui tas: qa missus ẽ ĩ ciuitatẽ galilee cui nomen nazareth: qđ interp̃tat flos: ut sic locus tẽpo ri ꝓgruat: Vñ dicit bernard⁹: q̃ flos nat⁹ est de flore ĩ flore & floris tpe. ¶ Quintũ ẽ uir ginis nunciũ recipiẽtis scitas: qa missus ẽ ad uirginẽ ꝛc. Vbi tria uidẽda occurrunt. Prio q̃re xp̃s in matrẽ elegit uirginẽ feminã: hoc eni fuit ꝓueniens. Primo ex pte mittẽtis pris Nõ eni fuit ꝓueniens: ut xp̃s q̃ s̃m naturã di uinã naturaliter ẽ fili⁹ dei: aliũ hẽret patrem q̃ deũ. Secũdo ex pte ꝓcipiẽtis matris: Nam xpi generatio tẽporalis: ẽ imago generatio nis eterne: ut sicut de uno pre idiuisibiliter nascit generatiõe eterna: sic de una matre in corruptibiliter nascat generatiõe tpali: ut ĩ utraq; generatiõe de uno solo pricipio ꝓce dat. Tertio ex pte icarnati germinis: ut sicut uerbũ sine corruptiõe ĩ mẽte ꝓcipit: sic uer bũ dei incorrupte carni uniat. Quarto ex pte subsequẽtis muneris: ut sicut fili⁹ dei na turalis sine corruptiõe nascit de uirgine fe mia: sic filii dei adoptiui renascãt sine corru ptiõe de uirgine ecclesia. ¶ Scđo q̃re elegit uirginẽ despõsatã. Hui⁹ aũt sex rõnes a do ctorib⁹ assignant. Pria rõ ẽ: ut p hoc sacrm istud diabolo celaret: q̃ uidẽs mariã p̃gnan tẽ: & eã despõsatã sciẽs: putauit eã đ ioseph ꝓcepisse: & p hoc aduẽtum xpi nõ plene co gnoscere potuit: quẽ sciebat de uirgie nasci tur⁹. & hec rõ ẽ origenis. Scđa ut p hoc xps legẽ iplere uideret. Quõ eni legẽ non solue ret: q̃ ab iiuria legis cepisset: cũ pt⁹ innupte lege dãnet. & hec ẽ rõ hieronymi. Tertia ut p hoc ifamia uirgis tolleret. Maluit eni dñs aliquos de suo ortu q̃ de matris pudore du bitare. Iõ pot⁹ uoluit credi fili⁹ eẽ ioseph q̃ matrẽ ipudicã. & hec est ãbrosii. Quarto ut p hoc ceteris mulierib⁹ exẽplũ daret. Ná si beata uirgo ifamata fuisset: ceter uirgines si nistra opione uiuẽtes uelamen excusationis haberẽt: q̃ ifamata quoq; mater dñi uidere tur: Et hec etiã est ãbrosii. Quinto ut p hoc uirgini testimõiũ p̃beretur. Fuit eni ioseph uirgitatis dñe testis ueridic⁹: q̃ eã & uirgi nem ꝓbauit & si adulterã cognouisset accu sare potuit. Et hec ẽ augustini. Sexta ut per hoc nato puero a ioseph misteriu3 prebere tur. Cui ioseph nutritus fuit: & omis eius ĩ fantie educator: ut dictum est supra de sc̃õ

Ioseph.xiiii.cal.aprilis: & hec hieronymi. ¶Tertio q̄re elegit uirginē nomie mariam Hoc eni nomē iterpretaf.Illuminatrix.Illuminata.Mare amaz.Et dña:Atq; stella maris.Fuit eni illuminata in uerbi ꝯceptione. Illuminatrix in ei⁹ pturitione.Mare amaz i eius passione.Dña in ipsius assūptiōe.Stella maris est in peccatoz conuersione. ¶Sextū est legationis nouitas:que ꝓsistit i.vi. ¶Primo in angelica salutatione. Ingressus enim angelus ad eā in cubiculū:& orātem inueniens cū nimia claritate & sūma reuerentia ꝓstrat⁹ ut suus ad dñam:q; ante alias uenerat eidēq; apparuerat ut socius ad amicā:uultu i terraz demisso iocūda uoce iqt.Aue gratia plena dñs tecū benedicta tu in mulierib⁹ ꝛc. Et ostendit ipsam a seruitute liberatā. Aue idest sine ue. Triplici enim ue mulieres laborant:qđ notaf in triplici littera huius nominis eua.Est eni ue pudoris quoad ꝯcipiētes:& hoc denotat lra.E.que est nota irrisionis. Est ue doloris quoad parturientes: & hoc denotat littera.V.que ē nota lamētationis.Est ue laboris quoad nutrientes: & hoc denotat lra.A.que ē nota fatigatiōis. Sz ecō tra nomē eua uertitur & fit Aue.i. sine Ve pudoris:doloris:& laboris:qa sine pudore ꝯcepit:sine dolore peperit: & sine labore filium educauit. ¶Dotib⁹ adornatam:gratia plena.Hieronym⁹ singulis eni gra largitur ꝑ partes:marie uero simul se totam infundit gre plenitudo. ¶Matrimonio copulatā:dominus tecū:plusq̄ mecū dicit.Chrysostom⁹ quia mecū ꝑ grām tecū ꝑ naturā:mecū i mēte:tecū in carne.mecū qa ab eo sū creat⁹:tecū qui ex te est incarnat⁹. ¶In reginā ordiatam:benedicta tu in mulierib⁹.Augustinus maledictio eue:i bñdictionē mutaf marie ꝛc ¶Secūdo notaf hec nouitas i uirginis cogitatiōe.Hec eni cū uirgo audisset turbata est nō perturbata:q; eni turbata est fuit pudicitie uirginalis:q; non ꝑturbata fortitudinis: ut dicit bernardus.Et turbata est nō i angeli uisione:quem sepe uidere ꝯsueuerat sed i noua salutatiōe.Ideo turbata ē i ꝑmone ei⁹: & cogitabat qualis eēt ista salutatio. ¶Tertio i facti siue legatiōis narratiōe. Angelus eni more sapientū legatoz post salutationē uirgini factam ex parte dei narrat ei causam sui aduēt⁹ dicēs.Ne tieas maria ꝛc.Annūciās ei dei filium ex ei⁹ utero icarnādū:& ipm se cūdū hoīnē sup sedē dauid patris ei⁹ ꝑpetuo regnaturz. ¶Quarto i dubii cuiusdā iterrogatiōe. Nā uirgo cum credula uerbis angelicis redderet q̄tū in facto:nō dubitās aliq̄liter qn hoc fieret q̄ mater filii dei esset:dubitās de modo ut doctores dicūt: angelū sup hoc iterrogauit dicēs quo modo fiet istud ꝛc.Et debet scribi diuise ut sint due dictiōes scilicet:quo ꝑ nomē & modo nomē: & non una dicto:quomodo que ē aduerbiū iterrogandi: quasi dicat uirgo: Tantū uirginitatē ꝑdilexi:ut salua diuina dispositiōe:poti⁹ eligerē uirginē ꝑmanere:q̄ corruptam dei matrē esse. ¶Quito i ipsi⁹ dubii solutiōe:qđ immediate angelus soluit dicēs.Spiritussanct⁹ supueniet in te & uirtus altissimi obūbrabit tibi.Et notanter dicit nō uenire sed superuenire: ut supabūdantie gra ostēdaf.Et uirt⁹ altissimi eidē obūbratura ꝑnūciet. Hec aūt obumbratio ipsa est diuini uerbi icarnatio. Naz umbra a lumie & corpe obiecto formatur.Sicut eni sol quodāmodo est pater umbre:& statua siue quodlibet corp⁹ eius mater:& statua ex solis lumie ꝯcipiens lumen: umbrā format in terra: que umbra patrem solē habet i celis:statuā uero matrē i terris. Sic xp̄s patrē deū habet i celis matrē uirginē i terris:que dei lumē ꝯcipiēs xp̄i humanitatē istar umbre ex sui natura formauit in terris. ¶Vltra hec angelus ad letitie uirginis cumulū:& ei⁹ ꝑfecte fidei firmamētū:eli sabeth ei⁹ cognatā zacharie ꝓiugem:nuncia uit sterilē ꝯcepisse:& iā mēsem sextū attigisse:ut ex hoc: deo possibile q̄cqd uellet esse assereret. ¶Sexto i legationis finali ꝯclusione. Nam ubi uirgo audiuit q̄ mater filii dei eēt futura:nec ꝑpter hoc uirginitatē quā douerat amissura sūma repleta letitia: genu terre posito expāsis manib⁹ oculisq; ad celū erectis cum lachrymis dixit.Ecce ācilla domini fiat mihi ꝑm uerbum tuum.Statimq; filius dei in utero uirginali de ipsius semine spūscō opante ꝯcept⁹ est:perfect⁹ de⁹ ꝑfect⁹ homo:ex anima rationali & humana carne subsistens.Cuius corporis formatio & organizatio non.40.seu.45.dierum numerū expectauit:sed mox ipso instanti ut uirgo uerbum protulit: diuina opante omnipotentia perfecta & integralis facta fuit. ¶Tunc surgens maria abiit in montana ad elisabeth uisitandam:quā ut salutasset ioannes i eius utero exultauit.Illa per spiritūsanctum in exultatione filii:uirginē christum in utero concepisse cognouit:& qđ nouerat ꝑphetauit. Et maria canticum:magnificat:cum exultatione decantauit.Et inde apud cognatam tribus mensib⁹ mansit: donec ioanne nato ipsa mater xp̄i eidē primum officium obstetricis impendit.

¶De scō gabriele archangelo. CCXXVI.



Abriel archangelus q̄uis nulla speciali solēnitate aliquo anni tēpore ab ecclesia recolat⁹:meritotamē.8.cal.aprilis de ipso memoria celebris habenda cēset: qa ipo die mysteriū icarnatōis pricipiū nre salutis: ut dictum ē beate uirgini nūciauit:

& ad ipsam legationē deferendam nuncius idoneus pre cūctis angelis a deo electꝰ fuit. Quāuis enī alias pluries a deo magna sacramenta nūcianda pluribus scis fuerit destinatus: in nullo tñ sicut in mysterio incarnationis fuit tāto honore sublimatus. De ipso enī i scriptura sacra expressum habemꝰ: ꝙ multa p̄dixit danieli de tēpore futuro: & secreta nunciauit zacharie de ioanne nascituro. Hic etiā ſm ioannē beleth ortum bt̄e uirginis ioachim & anne eius pentibꝰ nunciauit. Et generaliter licet ex noie gabrielis nō exprimatur: creditur a pluribus: ꝙ ad queq; magna dei sacramēta prenūcianda hic angelus destinetur. Vnde & ex hoc quidā putant eūdē fore qui ortū sampsonis patri manue predixit: & ioseph ut xp̄m pueruꝫ fugaret in egyptum in somnis mandauit: eidēq; in egypto herode defuncto ut i iudeā rediret impauit Atq; magos ut per aliā uiam reuerterent ad patriam: similiter soporatos admonuit. Hic insuper idem fuisse arbitratur: qui xp̄o dño passionem expectanti: & sanguineū sudorem emittenti in or̄one apparuit: eiusq; humanitatem ſm motus sensibiles ꝓfortauit: quāuis aliis rectius uideat: ꝙ ille michael potiꝰ fuerit: quia angelus qui tunc xp̄o apparuisse legitur: nō uenit ad aliquid nunciandum sed exhortandū: quod potius est officiū michaelis q̄ gabrielis. ¶ Dicunt quidā: ꝙ non fuerit ille idem angelus: qui ortum ioannis & uirginis & ortum xp̄i prenunciauit: licet enī eodem noie appellentur: istud tamē nomen est officii non persone. Nam ista nomia michael: gabriel: raphael nomia sunt officiorū sicut comes impator eps & sacerdos. Et ideo plures angeli idem exercentes officiū: possunt eodem noie nuncupari. Non enī uideť cōueniens: ꝙ idem angelus fuerit nunciꝰ nātiuitatis serui & dñi: p̄cursoris & regis. Cū alter de inferioribus: alter de supioribus ordinibus extiterit. Sed hanc opinionē leo papa reprobat in sermone asserens gloriā baptiste inter alia in hoc cōsistere: ꝙ eius natiuitas eodem angelo quo & xp̄i incarnatio p̄nunciata fuit. ¶ Gabriel uero interpretatur fortitudo dei. Et hoc ideo: quia illum nunciare uenit: qui dñs fortis & potens in prelio ad debellandas aereas potestates descendit. ¶ Officium aūt eius est secreta mysteria diuina nunciare. Vnde & de sancta elisabeth de ungaria inuenitur: ꝙ gabriel angelꝰ eidē pluries apparuit: & multas ei diuinas uisiones reuelauit: qui etiam ei dixit: ꝙ ipse erat angelus: qui uerbi dei ꝓceptum bt̄e uirgini nunciauit: quiq; obitum ipsius uirginis eidē p̄dixit. ¶ Est etiā eius officiū ajas iustorum cū michaele assumere. Vnde in uitis patrum habeť: ꝙ qdā frater ueniens ad ciuitatem uidit pegrinū egrōtū in platea iacentē: & in extremis laborantē: cui nullꝰ assistebat: uiditq; a dextris eius & a sinistris michaelē & gabrielē archangelos: qui descenderant p̄pter ajam eius: rogantes eā ut egrederetur. Sed cū ex corporis affectiōe egredi recusaret: dixit gabriel ad michaelē: ut eā assumeret: & sic abirent. Qui rñdit: ꝙ nō poterat: quia impositū a deo sibi fuerat: ut ajam peregrini sine dolore educerent. Et tunc frater ille uidit dauid cū cithara & oēs ciues celestis hierusalē psallētes iussu dei descendere: ad quoꝝ cantus & sonitus melodiam anima peregrini sponte a corpore exiit: quam michael cū gabriele suscepit. Hec i uitis patrꝫ.

¶ De passione domini nostri iesu christi. CCXXVII

PAssio dñi eodem die quo & eius incarnatio ad litterā post annos 34. & eadem sexta feria facta est scilicet. 8. calē. aprilis: quo etiaꝫ die augustinꝰ. 4. de trinitate hominē primū de terra formatum: & ipso die lapsum fuisse testatur: & quidam eundem post annos. 930 ipso die dicunt esse defunctū: ut sic ordo redemptionis concordet creationi. ¶ Et notandum: ꝙ passio domini est memoriter retinenda: eo ꝙ quantum ad p̄cessum fuit iniusta: q̄tum ad modū fuit ignominiosa: quātum ad supplicium fuit penosa: quantū ad effectum fuit fructuosa. ¶ Primo quantum ad processum fuit iniusta: quia peccatū non fecit: nec iuentus est dolus in ore eiꝰ. Nam que uenit indigne: pena dolenda uenit. ¶ Fuit etiā contra humanam legem: ꝙ enī in hominē nō cōfessum nec conuictum sentētia mortis ferat̄ est cōtra oēm legem. Ecce ego ait pilatꝰ coram uobis interrogans nullā causam inueni in homine isto ex his in quibꝰ eū accusatis. De tribus enī eum accusabant: ꝙ scilicet tributū dari cesari ꝓhibebat: ꝙ se regem dicebat: & ꝙ filium dei se faciebat. De primo a pilato interrogatus non fuit: quia manifeste de cōtrario sibi constabat: ꝙ scilicet dixerat Reddite que sunt cesaris cesari ꝛc. De secundo interrogatus satisfecit: manifeste se regeꝫ probans: & ꝙ regnum eius nō erat de hoc mundo. De tertio interrogatus non respondit. Cum enī eum preses interrogasset: unde es tu? responsum ei nō dedit: eo ꝙ diuinam generationem siue etiam humanam mirabilem audire indignus fuit. ¶ Fuit secundo contra consuetudinem. Nam temporis cursu nullam dilationem accepit. Vnde a die qua in concilio decretum fuit ipsum occidē dum nullam requiem ei dederunt. Et post q̄ eum ceperunt sine ulla intermissione uerberauerunt: hincinde traxerunt: flagellauerunt: iudicauerunt: crucifixerunt ꝛc.

¶ Fuit tertio ꝓtra legẽ naturalem. Natura enim ipsa repugnat i corpus homis mortui plagas innouare. Xp̃s uero iã defunctus in cruce lancea transuerberat ꝓtra naturalem legẽ. ioã. 19. unus militũ lãcea latus ei⁹ aperuit ꝛc. ¶ Scđo q̃tũ ad modũ fuit ignominiosa, Et hoc ꝑpter. vi. cás. Primo ꝑpter ignominiosum preciũ: qa pro .xxx. argenteis in ꝓparabilis precii sanguis uenalis factus est: ut pro tã uili precio qs nõ daret asinũ: aut deforme mãcipiũ: zach. xxxiii. appenderunt mercedẽ meã. xxx. argẽteis ꝛc. ¶ Scđo propter ignominiosum officiũ: qa crucis supplicium suũ portare ꝓpellit: qđ nusq̃ de latrone auditũ est: figura isaac q ad imolandũ uadẽs ligna sibi detulit geñ. xxii. ¶ Tertio propter ignominiosum locũ: qa in loco caluarie ubi malefactores & scelerati extra ciuitatẽ puniebant. ¶ Quarto ꝑpter ignominiosum suppliciũ: qa morte turpissima ꝓdẽ natus ẽ. Crux enim suppliciũ erat latronuꝫ uel quorũcũq; sceleratoꝝ. Sapiẽ. 2. morte turpissima ꝓdẽnem⁹ eũ. ¶ Quito pp ignominiosum ludibrium: qa corã multitudine nudus cõstituitur in cruce suspẽsus. psalmista Tota die uerecũdia mea ꝓtra me ẽ. Et alibi diuiserunt sibi uestimẽta mea ꝛc. ¶ Sexto ꝑpter ignominiosum ꝓsortiũ: qa cũ sceleratis deputatus est. i. cũ latronib⁹: quoꝝ unus. s. dismas qui erat a dextris ut dicit in euangelio nicodemi ꝙuersus ad penitẽtiã saluat⁹ ẽ. Alius qui erat a sinistris. s. gestas obstinat⁹ ꝑmanens est dãnat⁹: ut dicet infra de scõ disma. ¶ Tertio q̃tum ad suppliciũ fuit penosa acerba & dolorosa. Et hoc ꝑpter. vii. rationes. ¶ Primo ꝑpter carnis xp̃i patientis uiuacitatẽ. Plus enim dolet caro delicata q̃ grossa. Et qa caro xp̃i fuit uiuacissima & delicatissima: qa optime ꝓplexionata: & sine oi deordinatione formata. Ideo magis dolorẽ sensit. Et ꝑpter hoc sudorẽ sanguineũ emisit: qa caro optime ꝓplexionis fuit. In huius figura dicit de dauid. 2. regũ. xxiii. Ipse est enim quasi tenerrim⁹ ligni uermicul⁹. ¶ Secundo ꝑpter occidẽtiũ qualitatẽ. Tolerabilius enĩ qs patitur uel ab inimicis uel ab extraneis q̃ a suis. Xp̃s autẽ passus est ab amicis & a proximis. i. de quoꝝ stirpe nat⁹ est: & ab his quibus multa bona ꝓtulerat: unde ꝙqueritꝫ dicens in officio huius diei. Populeus meus qđ feci tibi ꝛc. Vbi recolit oia beneficia sibi illata: & omnia supplicia sibi retributa. ¶ Tertio ꝑpter passiõis acerbitatem: quia ꝓfixus est in locis magis sensibilib⁹ & neruosis & corpe distentus supra crucẽ pendens manibus & pedib⁹ ꝓclauatus: que maximũ & dolorosum suppliciũ ꝓtulerũt. psalmista. Foderũt man⁹ meas & pedes meos: & dinumerauerunt oia ossa mea. ¶ Quarto ꝑpter passionis diuturnitatẽ. Nã ab hora qua ipsum cepũt usq; ad horã qua spiritũ emisit semp in dolore & ꝓtinuo cruciatu fuit. Passusq; est admin⁹. xii. horis. s. vi. noctis &. vi. diei: psalms. Tota die ꝓtristat⁹ igrediebar: quoniã non est sanitas i carne mea. ¶ Quinto propter passionis generalitatẽ. Nam generaliter passus est. In fama quia eũ blasphemabant dicentes: uah qui destruis ꝛc. In rebus: quia nudus expoliatus est ut dictũ est. In anima: unde passionẽ presentiẽs tristabat & dicebat: tristis est aja mea usq; ad mortẽ. In corpore: a planta eni pedis usq; ad uerticem non fuit i eo sanitas. isaie primo. In amicis: quia discipuli ipsum captũ uidentes fugerunt: iudas eũ prodidit: petr⁹ negauit ꝛc. qđ fuit cã atrocis doloris i mente xp̃i. In matre: nã dicit damasce⁹ ꝙ tãt⁹ fuit dolor xp̃i ex dolore quẽ sciebat matrẽ sentire q̃tus ꝑprius: quẽ corporaliter sentiebat. In multorum ingratitudine. Dolor eni maximus fuit xp̃i quia presciebat mortẽ suam inaniter pati pro multis dãnandis. Nã intolerabilis dolor est hoi: cũ maximũ laborem portat pro filiis cum uidet se ex eoꝝ prauis morib⁹ inaniter laborasse. ¶ Itẽ passus est xp̃s in singulis corporis sensibus. Nam passus est in oculis: qa uelauerunt oculos eius: & quia i cruce lachrymatus ut dicit hebre. v. In auditu cum ei. s. opprobria & blasphemie irrogate sunt. Nam qui erat sũma potestas: dicitur se ipsum nõ posse saluũ facere: qui erat sũma ueritas ãdicit alios subuertendo decipere: q erat sũma bonitas uti malefactor dicitur pilato traditus esse. In olfatu: quia maximum fetorem sentire potuit in caluaria: ubi erant fetida corpa mortuoꝝ. Itẽ qa ex sputoꝝ multiplicatione fetor in ei⁹ facie augebatur. In gustu: qa dederunt ei uinũ bibere cũ felle mixtum. In tactu qa in omnib⁹ corporis membris Ber. Caput angelicis tremebũdum spiritib⁹: densitate spinaꝝ pũgitur: facies pulchra pre filiis hominũ: sputis iudeoꝝ deturpat: oculi lucidiores sole caligant i morte: aures que audiunt angelicos cantus: audiũt peccatoꝝ insultus: os qđ docet scõs: felle & aceto potat: pedes quoꝝ scabellũ adoratur cruci clauo affigunt: man⁹ que formauerũt celos: sunt i cruce extẽse & clauis affixe: corpus uerberatur: latusq; lancea pforat: quid plura? Non remansit in eo nisi lingua: ut pro peccatorbus oraret: & matrem discipulo ꝓmendaret. Et hec suo pacto officio potatur felle & aceto. ¶ Sexto propter passionis causalitatem: que sola inuidia fuit sine ulla culpa patientis. Nam quodãmodo qs ꝓsolatur dũ iuste patitur: sed filius dei agnus inocens pro peccato non suo morit isaie. liii. uere langores nr̃os ipse tulit ꝛc. ¶ Septimo

propter cuiuſcūq; remedii inopiā & egeſta tem. Conſolat enī aliqualiter qs mortē pati ens ex remedio alicuius ꝓſolantis. Xp̄s autē nullum habuit ꝓſolatorē. psal. Elongaſti a me amicū & ꝓximū ꝛc. unde & ip̄m patrē cō queſt⁹ eſt humanitatē dereliqſſe. ¶ Quarto quantū ad effectū fuit fructuoſa. Cuius utilitas eſt triplex. ſ. peccatoꝝ remiſſio: gratie collatio: & glorie exhibitio. Et hec tria notant in titulo crucis. Nam ieſus peccatores ſaluans quoad primū: nazarenꝰ florem gr̄e ꝓferens quoad ſecundū: rex iudeoꝝ regnuꝫ ſe ꝓfitentibus exhibēs quoad tertiū. ¶ Vel dicendū: q̄ fructꝰ huius paſſiōis ē q̄druplex Primo nāq; fuit acceptiſſimus ad placandū deū. Vñ anſelmus in libro cur deꝰ hō. Nihil aſperius & difficiliꝰ pōt hō pati ad honoreꝫ dei ſponte & nō ex debito q̄ mortē. Et hoc eſt quod dr̄ de xp̄o ephe. 5. Tradidit ſemet ip̄m ꝓ nobis oblationē & hoſtiā deo ꝛc. ¶ Secundo fuit ꝓgruentiſſimus ad curandū morbum. Et hoc ex pte tēporis: qa eodem mēſe die & hora qua peccauit adā: & xp̄s eiꝰ peccatuꝫ exoluit: ut dictū eſt. Et ex pte loci: qa locus paſſionis ꝓſideraī: ſiue cōis qa i terra promiſſionis: ſiue ſpēalis quia i mōte calua ria: ſiue ſingularis qa in cruce. In loco autē cōi primꝰ homo formatus fuerat: qa i agro damaſceno. In loco ſpēali ſepultꝰ: uidelicet ibidem ubi paſſus eſt xp̄s. In loco ſingulari decept⁹ qa in ligno. Et ex pte modi: q modꝰ fuit & ꝓ ſimilia & per cōtraria. Per ſimilia ut dicit augꝰ: quia hō hoies mortalis mortales: in morte mortuos liberauit. Per ꝓtraria quoniā ut dicit gregꝰ: Primꝰ hō peccauit ꝓ ſuperbiā: qa uoluit deo ſimilari ꝓ ſcie ſublimitatē: ꝓ inobedientiā: qa tranſgredi uoluit mandatū ꝓ ſubtilitatē: ꝓ gulā: qa guſtauit pomi ſuauitatē. Ecōtra dei filiꝰ: ut dicit ad phi. 2. humiliauit ſemetip̄m cōtra primū factꝰ obediens cōtra ſecundū: uſq; ad mortē cōtra tertiū. ¶ Tertio fuit efficaciſſimus ad attrahendū genus humanū. bernardꝰ. Sup oia reddit te amabilē bone ieſu calix quē bibiſti opꝰ redēptionis noſtre. ¶ Quarto fuit prudētiſſimꝰ ad expurgandū hūani generis inimicū. Iob. 35. Prudētia eiꝰ pcuſſit ſuperbū ꝛc. Nūqd cape poteris leuiathan hamo? Abſcōdit enī xp̄s hamuꝫ diuinitatis in eſca humanitatis. Et diabolus uolens cape eſcā carnis: captus eſt ab hamo deitatis.

¶ De ſcō diſma confeſſore. CCXXVIII



Iſmas ꝓfeſſor fuit ille latro qui a dextris dñi crucifixꝰ eſt: & credens in eū: & delictoꝝ ſuoꝝ penitens: nulla alia pena purgatus ſtatim ut mortuus eſt euolauit. Sic enī xp̄s ei promiſerat dicens. Amē dico tibi: hodie mecū eris in ꝓdiſo. Vidit enī ſtatim xp̄i diuinitatē: quā uidere padiſus eſt: ꝓpter quod ſanctoꝝ ꝓfeſſoꝝ numero ſociat. Oīs enī qui ꝓfeſtim ut moriī euolat ſanctꝰ eſſe cenſeī. Nam hec eſt differētia inter ſcōs & beatos. Sancti nempe ſunt qui nulla pena purgati ſpiritum emittētes ſtatim euolant. Beati uero qui poſt aliquoꝝ purgationē ad celeſtia ꝓſcendunt. Hic aūt ſcūs q̄uis ſancto rum ꝓfeſſoꝝ numero ſocieī: nō tñ ut martyr reputatur: quāuis in cruce paſſus fuerit Nam ut dicit augꝰ: Martyrem nō facit pena ſed cauſa. Diſmas ergo & ſi ꝓ paſſionem crucis obierit: nō tñ ipſam penā ꝓ ueritate uel iuſtitia ptulit ſed exꝓpria culpa. Iō q; mortem patiens & in xp̄m credens ac peccatoꝝ ſuoꝝ penitēs: ꝓ morte quidē illā reatū ſuū quoad purgatorii penā diluit: martyr tñ eē nō meruit. ¶ Fuit aūt latro hic egyptiꝰ nationē: ut habeī in ꝓpilatione damaſceni. Qui tēpore quo xp̄s in egyptū fugat⁹ eſt: predo erat: & in quodā nemore habitaculū habēs tranſeuntes cum ſociis ſpoliabat. Cū aūt ioſeph cū maria & puero in egyptum fugiēntes illac tranſitū facerent: occurrit eis diſmas: ut eis ſubſtātiā auferret. Viſa uero uirginis manſuetudine & pueri ſpecioſitate: admiratus ſubſtitit: & q̄ſi diuinitꝰ inſpiratꝰ hoc uerbum ꝓtulit: Nō eſſe poſſibile pueꝝ ab hoie genitū tanta pulchritudine decoratum. Et ſi poſſibile eſſet: ut deꝰ hēret filiū: elegantiſſimum illū infantē diceret ex aliquo numine generatū. Igit & ꝓpter pueri ſpēm: & matris aſpectū placabilē: nō ſolum ab eoꝝ depdatione abſtinuit: ſꝫ etiā eos illa nocte i domū ꝓpriam introduxit: & neceſſaria miniſtrauit Habebat aūt uxorem & filiū tot ulceribus plenū ut leproſus uideretur. Cum aūt uxor diſme puero ieſu balneū ꝓparaſſet: & uirgo xp̄m balneaſſet: latronis cōiunx q̄ſi diuino inſtinctu pueꝝ ſuū in eadē aqua balneauit: ſperās quodāmodo ex quadā latēte uirtute quā in filio uirginis eſſe cogitabat: filiū ſuū ulceroſum poſſe ſanitatē ſuſcipe'. quod & factum eſt. Mox enī ut pueꝝ ulceroſum aqua illa tetigit: ſine ulla macula ꝓfeſtim de balneo mūdatus aſcendit: quod uidens diſmas: pueꝝ ieſum cum matre ut deos adorauit: & eoſdem uſq; ad ciuitatē cū ſecuro comitatu aſſociauit. Dicīt quoq; q puer ieſus in receſſu ſuo latronē allocutus ꝓ humanitate ſibi impenſa eidem in regno patris ſui premium ſe retributuꝝ ꝓmiſit. ¶ Tempore igit mortis xp̄i diſmas cū alio latrone noīe geſtas ꝓ facinoribꝰ ſuis a iudeis capti cū xp̄o morti crucis adiudicant. Et diſmas quidē xp̄m ꝓpter hoc aliter nō cognoſcens a dextris eius geſtas uero a ſiniſtris ꝓfixꝰ eſt. Et cū ieſum oīs populꝰ blaſphemaret: ipſi quoq; ambo latrones q̄ crucifixi erāt cū eo iproperabāt

ei:ut duo euangeliste testant. Cū aūt sol ad meridiē tenderet:& lat9 xp̄i radio suo feriēs umbrā ei9 uersus dextrā pte emitteret:gyrā te sole mox ut ūbra corpis xp̄i sup latronē a dextris existentē descēdit: uirtus diuinitatis eius in corde illius subintrauit. Vidēsq; qualiter xp̄s pro inimicis patrem obsecraue rat ꝓpunctus est:& continuo in xp̄m credēs non solū ut dicit lucas euangelista ꝓsocium de blasphemia increpauit: sed etiam iesu misericordiā iplorauit. Cui dñs misericors: q pro peccatorib9 pendebat ne dū peccata remisit: sed etiam ei morienti paradisum condonauit. Gestas uero qui in sua obstinatione permansit:ad inferna descendit. In euāgelio nicodemi legit̄:q; cum xp̄s scōs patres de libo extraxit eos ad terrestrē paradisum itro duxit:ut usq; ad diem ascensionis ei9 ibidē manerent:& tunc secū ascendēte ascenderēt. Quibus paradisum itrogressis:occurrit uir portās humeris signū crucis. Et interrogatus ab eis quis esset:respondit:q; latro ille erat:qui cū xp̄o crucifixus fuerat: & in ipsuz credēs ei9 misericordiam postulauerat. Cui dñs regnū celeste promiserat: signū quoq; crucis sibi tradiderat:mādās ut illd ad padisū portaret:& āgelo ipsi9 loci custodi oñderet:ac sibi ex pte xp̄i crucifixi mandaret:ut ip̄z i eodē loco itromitteret. Quod postq̄ latro fecit ang'ls ip̄z i padisū itroduxit. Hec in euāgelio nicodemi. Festū āt bti dismē eodē die dñice passiōis recolit̄. .s. viii. cal. apri'.

¶ De scō hyreno epō & mar̄e. CCXXIX.

HYreneus ep̄s smyrneñ:passus est apud sirinū tpe maximiani ipatoris:agente probo presīde pannonie. Qui primo tormētis acerrimis uexatus:deinde dieb9 pluribus in carcere cruciat9. Nouissime pro cōfessione nois xp̄i:usq; ad mortem grauissime cesus est. Corpusq; eius in flumie sani precipitatū. Ado tñ dicit q; nouissime abscisō capite ꝓsumat9 ē. Qui passus ē. viii. cal. apri'.

¶ De scā dula uirgine & mar̄e. CCXXX.

DVla uirgo & martyr nicomedie citate passa. Hec fuit ancilla cui9 dam militis paganoz. Quā cum ille cognoscere uellet:ipsaq; omnino recusaret:dicēs xp̄iana lege adulterium esse prohibitū cum ipsam xp̄ianam audiuisset: ab eodē dño suo pro fide & castitate occisa est. viii. cal. aprilis. hec ado in martylogio.

¶ De scō castulo martyre. CCXXXI

CAstulus martyr zetari9 palatii iperatoris: sub diocletiano rome passus ē. Qui in superiori ipsius palatii & altissimo manēs:cū eēt occulte xp̄ianus. Caium papam: marcellianū & marcū germāos effectos diacones:atq; trāquillinū eoz patrē factū presbyterum refouebat: & alios xp̄ianos qa de ipso suspitio nulla erat. Tandē deprehensus q; xp̄ianus esset: & xp̄ianos pretextu officii refoueret a p̄secutorib9 tētus:tertio appensus:tertio audit9:in ꝓfessione dñi p̄seuerās: missus est in foueam: & dimissa sup eū massa harenaria: cum palma martyrii migrauit ad xp̄m. vii. cal. aprilis.

¶ De scō quirino martyre. CCXXXII

QVirinus martyr rome passus est tpe claudii ipatoris. De quo legitur i passione scōz marii & marthe audifax & abbacuch. i4. cal. februarii:q; cū predicti sci uenissent romā ad oratione: martyres detentos i carceribus uisitabāt:ueniētes autē in castra transtyberim itra carcerē iuenerūt hominē uenerabilē noīe quirinum:q iam multa uerbera pro xp̄i nomine p̄passus fuerat & facultate nudatus. Cū quo dieb9. viii. manserunt ministrantes ei de facultatibus suis & lauātes pedes eius qui in uinculis erāt cōstricti. Inde abierūt ad martyres alios requirēdos. & post dies aliquot redeuntes: beatū quirinum non inuenerunt. Sed a quodā pastore presbytero audierunt:qualiter quirin9 gladio i carcere iterfectus fuerat:& in tyberim iactatus. Cuius corp9 remanserat i insula lycaonie. Ad qd requirendū marius cum filiis & pastore presbytero perrexit noctu:& iuētum corp9 sepelierunt in cemiterio pontiāi in crypta. vii. cal. aprilis.

¶ De sanctis montano presbytero & maxia martyribus. CCXXXIII.

MOntanus presbyter & maxia uirgo in oppido furnio passi sunt. Qui dū xp̄m dñm uiua uoce ꝓfiterent̄ ab infidelib9 tenti & uinculis ferreis colligati: ambo in mare mersi sunt. vii. cal. aprilis:ut hieronymus in martylogio testatur.

¶ Explicit Liber tertius.

¶ Incipiunt capitula libri quarti.

De resurrectiōe dñi nr̄i iesu xp̄i i
De scō ioseph ab arimathia discipl'o ii
De scō nicodemo discipulo iii
De scā maria iacobi iiii
De scā maria salome v
De scō ioāne anachorita ꝓfessore vi
De scō ioāne obediente ꝓfessore vii
De scō gūterano rege & ꝓfessore viii
De scis prisco malco & alexādro mr̄ viiii
De scis armogaste archimino & satyro martyribus x

De scō eustasio abbate. xi
De scō secundo martyre. xii
De scō mamertino abbate. xiii
De sancto quirino martyre. xiiii
De scō regulo epō. xv
De sancto amos propheta. xvi
De sancto amos abbate. xvii
De scō amonio abbate xviii
De scā balbina uirgine xix
De scā theodora uirgine & martyre xx
De scō ualerico abbate xxi
De scō hugone epō ordis cartusieñ. xxii
De scō hugone abbate bonevallis xxiii
De sancta maria egyptiaca xxiiii
De scā theodosia uirgie & martyre xxv
De sancto nicetio epō xxvi
De sanctis agape & chionia uirginibus & martyribus xxvii
De scō euagrio presbytero xxviii
De sancto euagrio epō xxix
De scō isidoro epō xxx
De scō ambrosio diacono & ꝓfes. xxxi
De scā hyrene uirgine & martyre xxxii
De scō sixto prio papa & martyre xxxiii
De scō theodoro epō ancyrano xxxiiii
De scō thedoro presbytero xxxv
De scō egesippo confessore xxxvi
De scō dionysio epō corinthioꝝ xxxvii
De sancto perpetuo epō xxxviii
De scō procoro diacono & mre xxxix
De scis septē uirgib⁹ & martyribus xl
De scō ezechiele propheta xli
De scis pluribus martyribus xlii
De scis apollonio & sociis mribus xliii
De scō philippo epō creteñ. xliiii
De sancto eustorgio epō xlv
De sancto iulio papa & confessore xlvi
De scō zenone abbate xlvii
De scō herminigildo rege & marty. xlviii
De scis carpo epō & sociis mribus xlix
De sancto iustino martyre l
De scis tyburtio & ualeriano & maximo martyribus li
De scō maximo epō lii
De scis olympiade & maxio marty. liii
De scis marone & sociis martyrib⁹ liiii
De sanctis calixto & carisio & sociis martyribus lv
De sanctis. xviii. martyribus lvi
De scō aniceto papa & martyre lvii
De scis mapalico & sociis martyri. lviii
De sancto heleno abbate lix
De sancto paulo abbate lx
De scis eleutherio epō & antia mar. lxi
De sancto apollonio martyre lxii
De scō apollonio abbate lxiii
De scō apollonio monacho & ꝓfes. lxiiii
De scō leone papa. x. & ꝓfes. lxv
De scō timone diacono & martyre lxvi
De scō timone epō & martyre lxvii
De scis sulpitio & seruiliano mart. lxviii
De sancto marcellino epō. lxix
De sancto uictore epō lxx
De scō symeone epō & sociis mrib⁹ lxxi
De scis oratore p̄sbr̄o & sociis mar. lxxii
De scō sothero papa & martyre lxxiii
De scō caio papa & martyre lxxiiii
De scō caio ꝓfessore lxxv
De scō leone papa prio & ꝓfes. lxxvi
De scō agapito papa prio & ꝓfes. lxxvii
De scis sedecim milib⁹ martyribus lxxviii
De scis parmena & sociis mribus lxxix
De scō epipodio martyre lxxx
De scō georgio martyre lxxxi
De scō malachia propheta lxxxii
De scis felice p̄sbr̄o & sociis mrib⁹ lxxxiii
De scis alexādro & sociis mribus lxxxiiii
De scō melito epō lxxxv
De sancto marco euangelista lxxxvi
De scō adelberto epō & martyre lxxxvii
De scō cleto papa & martyre lxxxviii
De scō marcellino papa & marty. lxxxix
De scō ricario ꝓfessore xc
De scō anastasio papa prio & ꝓfes. xci
De scis antimo epō & sociis mrib⁹ xcii
De scō liberale ꝓfessore xciii
De scō pulione martyre xciiii
De scō uitale martyre xcv
De scā ualeria martyre xcvi
De scā theodora uirgine cū uno milite martyribus. xcvii
De scō petro mre ordis p̄dicatoꝝ xcviii
De scō titico diacono xcix
De sanctis agabo & secundino epis & sociis martyribus c
De scō leone epō ci
De sancto roberto abbate ordinis camaldueñ. cii
De scō mariano monacho & ꝓfes. ciii
De scis mariano & iacobo mribus ciiii
De scō eutropio epō & martyre cv
De sancto zozima abbate cvi
De scō philippo apostolo cvii
De scō iacobo minore apostolo cviii
De scō hieremia ꝓpheta cix
De scō baruch propheta cx
De scō andeolo martyre cxi
De scō sigismūdo rege & martyre cxii
De scō amatore epō cxiii
De letanis maioribus cxiiii
De scō athanasio epō cxv
De scō florentio epō cxvi
De inuentione sancte crucis cxvii
De sanctis alexandro papa euentio & theodolo martyribus cxviii
De scō iuuenale epō cxix
De sanctis quiriaco episcopo anna & amonio martyribus. cxx

De scō floriano martyre cxxi
De scā herina uirgie & martyre cxxii
De scā antōia uirgie & martyre cxxiii
De scis siluāo epō & sociis mar. cxxiiii
De scis. xl. martyribus cxxv
De aliis scis: xl. martyribus. cxxvi
De scis. xl. rusticis martyribus cxxvii
De ascensione dñi nostri cxxviii
De scō gotardo epō & pfessore cxxviiii
De scō andoeuo epō cxxx
De scō hilario epō arelatēn cxxxi
De scō eutimo martyre cxxxii
De scis hyreneo & sociis mar. cxxxiii
De sancto ioanne euangelista ante portā latinam cxxxiiii
De scō ioāne damasceno p̄bytero cxxxv
De scō lucio epō cyrenēn cxxxvi
De scō enodio epō & martyre cxxxvii
De scā flauia domitilla uir. & mr. cxxxviii
De coniunctione corporum scōr̄ stephani & laurētii martyr̄ cxxxix
De apparitiōe sci michael archā. cxl
De scō raphaele archangelo cxli
De scō uictore martyre cxlii
De scō cataldo episcopo cxliii
De trāslatione corpis sci andree cxliiii
De trāslatiōe corpis sci hierony. cxlv
De scō hermete discipulo cxlvi
De scō metrone cōfessore cxlvii
De scō iob propheta cxlvii
De scis gordiāo & epimacho mr. cxlix
De scis calepodio p̄r. & sociis mr. cl.
De scis primo marco iasone & celiano martyribus cli
De scō mamerto episcopo clii
De scō maiolo abbate cliii
De scō antimo p̄sbytero & mare cliiii
De scis nereo & archileo marib' clv
De scō pancratio martyre clvi
De scō epiphanio episcopo clvii
De scō dionysio cōfessore clviii
De festiuitate scē marie ad mares clviiii
De scō bonifacio papa primo clx
De scō bonifacio papa q̄rto clxi
De scō seruatio episcopo clxii
De scō hilaro abbate clxiii
De scō mutio martyre clxiiii
De scō bonifacio martyre clxv
De scō bonifacio episcopo clxvi
De scis felice & fortunato mar. clxvii
De scis uictore & corona marib' clxviii
De scō pontio martyre clxix
De scō barbaro martyre clxx
De scō pacomio abbate clxxi
De scō pacomio confessore clxxii
De scō theodoro abbate clxxiii
De scō orosiense abbate clxxiiii

¶ Explicunt capitula quarti libri.

¶ Incipit prologus quarti libri.

AGapitus papa hui⁹ nominis pri mus natiōe roman⁹ ex patre gor diano presbyter cardinalis eccle sie scōx ioānis & pauli ioāni pa pe ſo i ep̄atu romāo successit:& sedit annuz.i.mēses.xi.dies.xviii. Hic cōsti tuit p̄cessiōes fieri dieb⁹ dñicis. Anno uero iustiniāi ip̄atoris.vi. theodoricus rex italie & ostrogothox reginaz amalasuntā matrē athanarici regis in exilium duci & i balneo strāgulari fecit: propter qđ timēs irā ip̄ato ris:agapitum papā constantinopoli direxit quaten⁹ sibi ip̄unitatē a principe ip̄etraret. Cui adhuc in uia existenti in partibus gre ciarum oblatus ē mutus & claudus curan dus:qui nūq̄ neq; loqui neq; ambulare po

ruerat: pro quo sanctus pontifex oronē fudit: & missaꝝ solēnia celebrauit: qua missa peracta claudo manū porrigens mox illum erexit: & dū i os eius credentis corpus dñi cum posuisset: eidem lingue usum continuo cōcessit: ut dicit gregorius. ȝ. dialog. capᵒ. ȝ.

¶ Veniens igitur ad impatorē cū gloria susceptus est. Cū quo collocutione habita de fidei integritate: repperit eū eutycetis errore maculatum: a quo primitᵒ graues minas accepit: unde & eideȝ scūs antistes tale uerbum ꝓtulit: ꝙ desiderauerat uidere iustinianum: & inuenerat diocletianū. Disputatione tandē habita impatorem ad ueritatis catholice ꝓfessionem reuocauit: multos quoq; eadem hereſi infectos conuertit. Antoninum quoq; eiusdem urbis regie epm ipsiᵒ hereſis defensorem publice cōuictū a cōione priuauit: quē ad eius instantiā impator in exiliuȝ misit: mennāq; uiꝝ catholicū eidem ecclesie ꝓfecit. Omnibus quoq; que popoſcerat plenius obtētis: beatus pōtifex lāgore ꝓſſus ibidem occubuit. io. calē. maii. Cuiᵒ corpus loculo plūbeo reconditū romāq; transuectuȝ sepultum est in basilica beati petri.

¶ De scis sedecim milibᵒ mrib⁹. LXXVIII

SEdecim milia martyres: ut dicit hieronymᵒ passi sunt apud persidam sub sapore rege ꝓsaꝝ. Qui eiusdē iussu in oibus ciuitatibus regni sui eadē die qua passio dñi eodē ānno occurrebat. s. die paſceue a paganis tenti quotquot xp̄iani inuenti sunt per diuersa supplicia usq; ad prefatū numeꝝ trucidati fuerunt. Numerᵒ quoq; occisoꝝ i scriptis regi oblatus ad p̄dictā summā deuenisse cōptus est. In qbᵒ multi ex regalibᵒ interfecti fuerūt: inter quos fuit ✝ azarᵒ eunuchᵒ regi gratissimᵒ: & quedā regina soror symeonis epi noie tarbua ✝ cū quadā pedisequa sua stipitibᵒ affixe serra secate sunt. Eodem etiā die passus ē nichor epūs ✝ cū marea diacono ✝ & clericis circa. 2ȝo. & .ȝo. mōachis ac sacris uirginibᵒ plurimis: nec nō milesiᵒ ✝ olim miles persaꝝ inclytus: q relicta militia in ciuitate ꝓsica epūs fuerat ordinatus. Acepsima quoq; epūs ✝ & iacobus p̄sbr̄ suᵒ ✝ & alii religiosi uiri q̄plures. Qui oēs eodem die p diuersa loca: ut dictū est ex diuersis suppliciis interierunt: uidelicet decimo calen. maii.

¶ De sanctis parmena presbytero & sociis martyribus. LXXIX

PArmenas & elimas & chrysotelus p̄sbr̄i: & lucas ac mutius diaconi sub decio cesare apud cordulam ꝓsaꝝ ciuitatem passi sunt Qui omnes una cum pollochronio epo tēti sunt in ciuitate ꝓsaꝝ babylonia ab eodē decio & pluribus diebᵒ in carcere detenti. De cius quidē pollochroniū decollari iussit: ut in eiᵒ passiōe superiᵒ actū est. iȝ. calē. martii Parmene uero linguā precidi fecit: qui nihilominus expedite ut priᵒ loquebatur. Post hec ꝑgrans decius ad cordulā ciuitatē parmenā & socios presbyteros ac diacones uinctos catenis secum adduxit: quos ibidem sibi presentatos & diis imolare libamia recusantes i equuleo leuari fecit. Et cum diu torti deo gratias agerent: mirabatur cesar parmenam abscisa lingua loquentem artiq; magice deputabat: & fecit eos lampadibus exuri: laminasq; ardentes eorum lateribus apponi: atq; unguibus lacerari. Que omnia sācti martyres uoce celica confortati constantissime superarunt. Tunc eos equuleo depositos fecit decius omnes pariter decollari. Quorum corpora sancti abdon & senen sub reguli rapuerunt: & in predio suo iuxta ciuitatem cordulam sepelierunt. Qui passi sūt decimo calē. maii.

¶ De sancto epipodio martyre. LXXX

EPipodius martyr apud lugdunum gallie passus est: qui persecutione antonini ueri impatoris post glorioſos quadragintaocto martyrum agones: de quibus infra dicetur octauo calendas maii cum alexādro charissimo collega suo detentus & i carcerem cum eodem missus est. Ipso uero alexandro interea in custodia uinculato epipodius eductus cum christum dominum confiteretur: primo pugnorum ictibus ore cesus: deinde in equuleo tortᵒ nouissime martyrium capitis abscisiōe compleuit decimo calen. maii.

¶ De sancto georgio martyre. LXXXI

GEorgius martyr ciuitate cappadocia oriundus ab infantia xp̄ianus tribunus militum fuit tēporibus diocletiani & maximiani imperatorum. Erat tūc temporis i prouincia libye iuxta ciuitatem lysiam stagnum ad instar maris: in quo draco ingens latitabat: q populū armatū cōtra se ueniētē in fugā uertebat: & ad muros urbis ueniens flatu multos ꝓimebat. Quapropter ꝓpulsus populᵒ duas oues quotidie ei dabant: & sic eius furorem sedabant. Cum igit̄ oues deficerēt: ouē cū hoie adiūcto tribuebāt: & sortibᵒ missis cūctoꝝ ciuiū filios & filias ei dabāt: sorsq; neminē excipiebat. Cōsūptis igit̄ pene oibus ciuiū natis filia regis unica sorte deprehensa est: & draconi adiudicata. Rex aūt auri & argēti copiā ꝓpo offerebat ut filiā eius dimitterent: populus uero surēs regi rndebat. ꝙ oēs filii eoꝝ extincti fuerant & ꝙ ipe rex hoc edictū posuerat unde filiaȝ

eius ab hac lege immunē nullatenus esse uo lebant. Alioquin regem cum palatio & omni familia incensuros comminabantur. Cum autem multis precibus rex ab eis spatium viii. dierum obtinuisset: ut iterim filiam suā lugere posset: ꝑpulsus tandē filiā regalib⁹ i dutā eis tradidit quā ꝑ ꝑs extra muros draconi exposuit: omni populo sup muros ad spectaculū cōcurrente. Quā cum scūs geor gius illac transitū hēns flentē uidisset: & qd haberet interrogasset. Illa fletus sibi cām explicauit: & ut uelociter abiret: ne una secum piret admōuit. quā scūs miles hortari cepit eāq; in xp̄i nomine se iuuaturū obtulit. Illa uero econtra: ut abiret suadebat eo ꝙ ipsuꝫ secum piclitari nolebat. Dum hec loquerentur ecce draco caput de lacu leuauit. Geor gius uero confestim equū ascendit & cruce munit⁹ audacter draconē ipetiit: & lanceam uibrans seq; deo ꝓmēdans ip̄m grauiter uulnerauit: & ad terram deiecit. Deinde educto ense caput ei⁹ uno ictu amputauit: quē q̄tuor paria boū uix traxerūt ad ignē: populus uero uiso tanto miraculo ad predicationem beati georgii xp̄o credidit: & baptizati sunt decem milia uiroꝝ exceptis puulis & mulierib⁹. Rex uero ecclesiam i honore dei genitricis mire magnitudinis construxit: de cuius altare fons emanat uiuus cuius potus omnes languidos sanat. Insup infinitā pecuniam scō obtulit quam ille accipere nolens pauperib⁹ dari fecit: & rege ac populo diligenter admonitis inde recessit. ¶ Cum autē beatus georgius in ciuitate militena tribunatus officio fungeret: & dacianus quidam preses xp̄ianos ultra modū persequeretur. Georgius oia sua pauperib⁹ distribuit: militarem habitū depo suit: xp̄ianum assumpsit: & ad presidē accedens oēs deos gentium demonia exclamauit. Cum autem preses illū i xp̄i fide cōstantissimū repperisset: eūq; ad se inclinare non posset: iussit eum primo fustibus cedi. Deide in equuleo leuari: & membratim corpus ei⁹ ungulis laniari appositis insuper ad latera eius facib⁹ patentibus uisce rum rimis sale plagas ei⁹ fricari fecit: & sic in carcerem trudi: ubi xp̄o dño sibi appente ꝓfortatur eiusq; uulnera solidantur. Quod cū dacianus die sequenti uidisset: magum ad uocauit q magiā georgii suis artibus superaret. Ille uero bis uenenū pessimum uino miscuit: qđ scūs signo crucis edito sine ulla lesione ram primo q̄ scđo degustauit. Quod ✠ magus ille cernēs uemā petiit: & in xp̄m credens a preside capitalem sententiam accepit. ¶ Post hec georgium fecit in rota ligari gladiis acutis undiq; circūsepta: sed ſtati oratione fusa rota frangitur & scūs illesus penitus inuenitur. Quod cū quidam magister militum nomine ✠ magnētius aspexisset: cum omni officio suo credidit: quos oēs similiter dacianus decollari mādauit. Georgium uero iterum in custodia recluſit. Ad quem ueniēs uidua quedam filium suum cecum mutum surdum & claudum eidem obtulit: quem scūs i xp̄i nomine ab omni passione curauit & ipsum cū matre & aliis multis ad xp̄m conuertit. Quod cum dacianus audisset ipsum eductum corā se presentari fecit & hortabatur ut sacrificaret. Cui georgius respondit: ꝙ si omnis populus cōueniret ipse ad templum apollinis accederet: ut eius oipotentiam coram multitudinē cōprobaret. Iussu ergo presidis ꝓuenit omnis populus ciuitatis. Sanctus uero martyr templum ingressus apollini mandauit: ut qualis de⁹ esset mānifesti⁹ explicaret. Qui se & omnes deos gentium demones esse asseruit: ad hoc intendentes ut animas hominū decipiāt & ad inferna demergant. Statimq; ignis de celo cecidit: & omnia idola cum sacerdotibus ꝓcremauit. Tunc iratus preses iussit sartaginem pice & sulphure liquefactis plenā adduci: & georgium intus iactari. Angelus uero dñi de celo descendit: & igne extincto sartaginem repefecit: & sanctus illesus permansit. Quod uidens ✠ alexandria uxor p̄ sidis christo credidit & uirum de impietate redarguere cepit. Quam ille per capillos fecit suspendi & durissime cedi. Et dum cederetur emisit spiritum. Sequenti uero die preses iussit georgium misso freno i ore ei⁹ per totam ciuitatem trahi: & post hec extra ciuitatem adduci & ibidem decollari. Qui oratiōe sua uoce sibi de celo lapsa a domino impetrauit: ut quicunq; eius imploraret auxilium petitionis sue consequerētur effectū Sicq; capitis absciſiōe martyrium consumauit: circa āños domini. 291. nono calē. maii. Dacianus uero de loco in quo sententiam ꝓtulerat domū rediens igne celesti cum ministris consumptus est. ¶ Huius martyris legenda in niceno cōcilio inter apocripha cōnumeratur: eo ꝙ in eius martyrio multa diuersitas inuenitur tā ex parte loci quam ex parte modi & tā ex parte temporis quam ex parte iudicis. Nam in calendario bede dicit ꝙ passus est in persida ciuitate diospoli que prius lyda dicebatur. Et est iuxta ioppem. Alibi ꝙ passus sit sub diocletiano & maximiano imperatoribus. Alibi ꝙ sub diocletiano imperatore persarum presentibus sui imperii regibus. 70. Alibi ꝙ sub daciano p̄side in ciuitate militena imperatoribus diocletiano & maximiano. Ex diuersis igitur legendis ea que magis autentica uidentur: circa ei⁹ martyrium & miracula ostēsa hic collecta sūt: multis dissonis & incredibilib⁹

omissis & diuersitatibus pro posse ad cõcordantiam reductis.

¶ De sancto malachia propheta. LXXXII

MAlachias ꝓpheta post regressum populi iudeoꝝ de captiuitate babylonica natus est in iudea in sophim: quẽ quia optime uite fuit & aspectu decorus: populus appellauit eũ malachi. i. angelus. Quẽ quidẽ ex hebreis autumant fuisse esdram scribã: q ex cognomine dictus fuerit malachias. i. angelus dei. Sed hec opinio a iosepho reprobatur: eo ꝙ ut dictũ est: malachias post populi reuersionem in iudea natus est. Tradũt etiã: ꝙ quecũq; prophetice dicebat: eadẽ die angel⁹ dei apparens populo reiterabat. Dirigitur aũt eius ꝓphetia p̃cipue ad sacerdotes: qui increpant a dño per os ꝓphete: eo ꝙ sacerdotalis muneris gratiã cõtemnẽtes circa sacrificioꝝ exhibitionem in offerẽdis hostiis uitiosis & maculatis legẽ dei preuaricabant. Reliqua aũt que eius lectione comprehensa sunt: preuaricationẽ populi israel in obseruãdis mãdatis dei: increpationẽ quoq; populi qui ẽos alienos coluerũt: significãt: nomen quoq; dñi altissimi magnũ predicationẽ apostolica futuꝝ i gentibus ab ortu solis usq; ad occasum manifeste p̃nunciat. Prophetauit autẽ tẽporibus esdre sacerdotis & neemie sub artaxerxe persaꝝ rege: postq̃ tẽplum dñi in hierusalẽ fuerat edificatum. Et mortuus est: dũ adhuc iuuenis esset esdra iã sacerdote humanis exempto neemia adhuc superstite. Sepultusq; est in agro ꝓprio i sophim que ciuitas est iudee dicta postmodũ ramatha siue arimathia. Dormiuitq; in dño 9. calẽ. maii. Hec ioseph⁹ & hieronymus & ex historia scholastica comestoris. Hic enim propheta ultimus in numero. i2. reperitur: qui ecclesiastici. 49. in sanctorum patrũ catalogo describuntur.

¶ De sanctis felice presbytero & sociis martyribus. LXXXIII

FElix presbyter fortunatus & archileus diaconi & martyres a sãcto hyreneo epo lugduneñ ad urbẽ ualẽtiam que est ciuitas hispanie ad predicandũ missi: maximã partem eiusdem urbis cõuerterunt ad xp̃m Inde a duce cornelio in carcerẽ missi: deide in ꝓfessione nois xp̃i neruis durissime ac diuti⁹ uerberati: ac postmodũ uinctis post terga manibus rhenib⁹ cruribusq; ꝓfractis circa rotaꝝ uertiginẽ astricti: ut in ipsis rotis quasi contexti uiderentur. Successiue quoq; equulei extensione suspensi: fumoq; subtus posito die & nocte integra uexati. Ad extremum gladio consumati sunt nono calendas maii.

¶ De sancto alexandro martyre & sociis eius. LXXXIIII

ALexander martyr cũ sociis apud lugduñ gallie passus est sub antonino uero impatore. Qui cum scõ martyr̃ epipodio ꝓprehẽsus & in carcerẽ cõpedit⁹: ut dictũ ẽ supra. io. calẽ. maii die tertio a passiõe ipsi⁹ epipodii educt⁹ de carcere: primo crudelitate uerberantiũ adeo laniatus est: ut cute soluta costaꝝ patefactisq; uisceribus interiora corporis pãderent̃: deinde crucis affix⁹ patibulo beatũ spiritũ exanimatus emisit. Passi sũt aũt cũ eo + & alii. 48. sepulti ex utroq; altaris latere in crypta que in colle suppositio ciuitati pulchro & antiquo ope ꝓstituta est Qui passi sunt. viii. calen. maii.

¶ De sancto melito epo. LXXXV

MElit⁹ asian⁹ sardineñ eccl'ie eps io ãnis euãgeliste discipul⁹: q ei⁹ gesta ꝓscripsit: tpe marciãtonii ipatoris floruit: q multa utilia opuscula eccleſie dedit. Nã plato prĩcipi ꝓ xp̃iana religione libꝝ apologeticuꝫ scripsit. Extare dicuntur & alia: uidelicet de pascha libri duo. De optima cõuersatione liber unus. De prophetis liber un⁹. De ecclesia liber unus. De sensibus liber unus. De anima & corpore liber unus. De lauacro siue baptismo liber unus. De ueritate liber un⁹ De generatione christi liber unus. De ꝓphetia eiusdem liber un⁹. De hospitalitate liber unus. Item liber qui clauis intitulat̃. De diabolo liber unus. De apocalypsi liber unus. Eglogaꝝ libri sex. Huius elegans & declamatorium ingenium tertullianus cauillat̃ i libris septem: quos pro montano aduersus ecclesiam edidit: dicens illum a plerisq; prophanum repũtari. Quieuit in christo sanct⁹ melitus octauo calen. maii. Hec hieronym⁹ libro de illustribus.

¶ De sancto marco euangelista. LXXXVI

MArcus euangelista discipulus & interpres petri apostoli & eiusdem in baptismate filius leuitic⁹ genere & sacerdos legalis: discipulus apostolorum post passionem domini effectus: cum beato petro romam profect⁹ est eidem fideliter adherens: Vbi cum petrus christi euangelium predicaret: rogatus a fratribus qui erant rome: beatus marcus breue euangelium ad perpetuam memoriam: prout ex ore petri audierat fideli stilo latinoq; sermone conscripsit. Quod uidens petr⁹ approbauit: & ecclesie legendum sua auctoritate tradidit. Videns autem petrus marcum in fide constantem ipsum protoepiscopũ aquileiam destinauit. Quo cũ uenisset marc⁹ i suburbio ciuitatis

reppit iuuenē leprosum atthaulphū filiū ul phi. Quē i xp̄i noīe a lepra mūdauit: & ip̄m cū patre & omni ei⁹ familia ad fidē xp̄i con uersos sacri baptismatis unda perfudit. Ibi quoq; sua predicatiōe infinitū populum xp̄o dño acquisiuit. Ibi etiā euangeliū suum qđ alias rome latinis litteris cōscripserat: itez greco eloqo exarauit. Quod usque hodie in aquileien ecclesia cū sede eburnea in qua sedens illud scripserat demōstrat. ¶ Cum ergo beatus marc⁹ ad magr̄m reuisendū post aliquot ānos uellet accedere. Hermagoram ciuē aqleien eius discipulū a populo i pontificē electū: romā secū adduxit: ipsumq; loco marci i ep̄m p̄secratū: beatus petr⁹ ad gubernandā aqleien ecclesiā destinauit: marcum uero dīna admonitiōe ad predicandum alexandriā misit. ¶ Tante aūt humilitatis euāgelista dñi fuisse dicit: ut sibi pollicē āputaret ne ad sacerdotiū quasi manc⁹ p̄mouēri posset: uez disp̄ositio dei & auctoritas petri p̄ualuit: ut nec sic amitteret i ope qđ meruisset in genere: mox aūt ut scūs alexādriā ueniēs de naui egressus ē: calciamētū ei⁹ diruptū est. Quod cuidā calcifici nomīe ania no iuxta portā ciuitatis habitāti tradidit resarciēdū. At ille calceū emendās in laborā do subula sinistram manum grauiter uulnerauit: & pre dolore: un⁹ de⁹: uoce magna exclamauit. Cū aūt beat⁹ euangelista uni⁹ dei nomē audisset gauisus est eo q̄ p̄sperū fecisset dñs iter: suū expuēsq; i terrā fecit lutum ex sputo: & i xp̄i noīe unxit manū uiri & statim sanata ē. Quē anian⁹ i domū suā introduxit. Interrogās qs: uel unde esset illud nomē qđ tantā efficaciā haberet. Cui beat⁹ marc⁹ xp̄m dn̄m predicauit & ip̄m cū omni domo sua baptizauit. ¶ Deinde ingressus ciuitatē euangeliū predicabat & omnes infirmitates curabat ac demones effugabat: etiā mortuos suscitabat. Sicq; doctrinis & uirtutibus infinitū xp̄o populum acquirebat. Et ut scribunt de eo philo iudeoz doctor & papias ep̄s hieropolitan⁹ ad tantam p̄fectionē uite xp̄ianos quos p̄uerterat adduxit: ut uitam apostolicā primitiue ecclesie sectātes omnes cōmuniter uiuerēt & nemo qcq̄ ꝓpriū possideret: monasticū quoq; ordinē primus egyptiis tradidit: & sacre professionis regulam multis instituit: unde & postmodū i egypto mōachoz cenobia & cellule infinite excreuerūt. Sicq; scūs euāgelista omēs pene egypti urbes lustrauit: & i pp̄lis gentilib⁹ uerbū dñi semiauit. ¶ Vez cum multi de ciuitate alexandrie gentiles deoz suoz emulatiōe ei insidias posuissent: beatus marcus loco sui anianum olim calcificē episcopū ordinauit: tres quoq; presbyteros scilicet melituz sauinum & cerdoniū & .vii. diacones & alios. i2 clericos eidem ad ecclesie ministeriū adiunxit: & inde occulte discedēs pentapolim perrexit: ubi & biēnio christū euangelizans p̄mansit. Et multitudinē ibidem gentiliū conuertit: ecclesias plurimas fabricauit: & ordinatis ep̄is & p̄sbyteris p̄ ciuitates illas post duos annos alexandriā rediit. Et cum multiplicatos fideles r̄pperisset deo gr̄as egit. Pōtifices autem idoloz eum comprehēdere conabant. ¶ Cum autez in solēnitate paschali que ān̄o illo .24. die aprilis ocurrit missam fidelibus celebraret: & eadē die festum serapis dei egyptioz pagani colerent: cōueniēs multitudo gentilium ad ecclesiam que erat iuxta portū ubi euāgelista dñi sacra mysteria pagebat: miserunt funē in collo ei⁹ & ip̄z per rupes & saxa trahebant ad locuz qui dicitur buculi dicētes: q̄ trahebant bubalum ad loca buculi. Carnes autem eius in terraz fluebant & saxa ifíciebant sanguine: uespere autem facto miserunt eum in carcerem: ubi custodib⁹ appositis & nocte dormiētib⁹ primo angelica uisione ꝓfortatus ē. Deinde circa noctē mediam ip̄o dño xp̄o sibi cum igētī lumine apparente: & pacem sibi annūciante: ad celestia regna inuitatur: mane aūt facto funē itez in collo eius mittunt: & iterū huc illucq; certatim p̄trahunt. Qui gratias agēs deo & spiritū suum dño p̄mendās beatam xp̄o animā reddidit. Cū autem gentiles corpus eius uellēt cōburere subito aer turbatur: grādo exoritur: tonitrua itonant: fulguraq; coruscant. Ita ut cūcti timentes corpus dimitterent. Quod xp̄iani rapuerunt & in loco ubi ecclesiam p̄struxerat: i loco buculi tumularunt: ubi quieuit usq; ad tēpus: quo inde ip̄m ueneti uenetias trāstulerunt: ut supra dictū est: in eius translatiōe pridie cal. februarii. Passus est aūt beatus euangelista .vii. cal. maii. Circa annos dn̄i. lxiiii. uidelicet octauo neronis anno. In loco aūt p̄ quē tractus fuit: siqs in die passionis ei⁹ herbam ibi nascentē lacerauerit sanguinem uiuum emittit.

¶ De scō adelberto ep̄o & mr̄e. LXXXVII.

ADelbert⁹ ep̄s & mar̄ de partib⁹ sclauonie nobilib⁹ parētib⁹ natus ab archiepiscopo partheno polis noīe adelberto ab infantia educatus & doct⁹ eiusq; noīe uocat⁹ ē. Qui a iuuenilib⁹ ānis elemosynis & oratiōib⁹ ac ieiūiis itēt⁹ liberalib⁹ & catholice fidei disciplinis ibut⁹ magr̄ fuit scholaz ip̄atoris othōis. Defūcto aūt scō ep̄o adelberto: iuuenis sub ep̄o pragēn miles efficit⁹ tpalis q militiā & ip̄atoris curiā strenue gubernabat. Cū aūt episcopus prage ciuitatis obiisset: & populus cuz clero de eligendo pastore tractaret die quodam dominico demon

per os cuiusdam obsessi ad ecclesiam delati clamare cepit: se nullum timere nisi adelbertum militē: qui cathedram epalem erat ascensur⁹: & ipse ab eodē pfestim eiiciendus Statiq; uocato adelberto oppssus liberat: & ipse in epm ab oibus eligit: quod dū otho imperator tūc existens uerone audisset: gratissimum habuit: & ipm cōtinuo psecrari mādauit. Qui fact⁹ eps diuinis opib⁹ uacabat: & pdicationi iugiter insistebat. ¶ Sed cū populum uitiis obstinatum corrigere nō posset: relicto epatu romā accessit & dispensatione romani pōtificis obtēta pegrinari ad temp⁹ decreuit: oibusq; paupib⁹ errogatis puenit ad montē cassinū: ubi cōsilio fretus abbatis tulli q secundū regulā basilii cū monachis ibidem deo seruiebat: acceptis ab eo epistolis romā rediit: & dispensatiōe papali ad abbatē leonē accessit: a quo & monach⁹ factus fuit: ubi dudū existens quandā illustrem dominam romanoꝝ que nimio langore detēta p annū panē nō gustauerat: oronē sola sanauit. Verū cū ab archiepo maguntino ei⁹ metropolitano itez ad suū epatum peteret: iussu sūmi pontificis licet satis renitēs ad epatū reuersus est: ea tñ pdictione: ut si populum oino incorrigibilē inueniret: ad monasteriū sibi redire liceret. ¶ Cū autē existens prage die quadā nobilē dominā i adulterio deprehensam ad se ut patrē misericordie pfugiētē in monasterio uirginū inclusisset: eāq; inde uiolēter raptā pentes ultores sceleris decollassent: turbatus adelbertus epatui resignauit: & romā regressus monasteriū suū repetiit: ubi postq̄ modico tpe pmoratus fuisset saluti aiaꝝ intendens assūptis secū gaudētio eius germano & monacho ac quodā benedicto pbstbro ad predicādū pollonīā adiit: sed a duce balistano repulsus cunctas regiones illius pagrauit. Et cū iuxta uillā p planiciē quandā pgeret: sociis alibi dimissis ab ifidelibus tētus lācea transfix⁹ dirisq; uulnerib⁹ pfossus atq; demū capite cesus martyriū cō sumauit feria sexta. 7. calē. maii. Cui⁹ corp⁹ pragam translatū ibidēq; pditū requiescit.

¶ De scō cleto papa & martyre. LXXXVIII

CLetus papa & martyr natione romanus de regione uicopatricio patre emiliano: lino pontifici in epatu romano succesit: & sedit annos septē mensem unū dies. xi. Hic ex pcepto beati petri apostoli. xxv. presbyteros ordinauit in urbe roma mensis decembr̄. Hic pōtifex prim⁹ i lr̄is suis posuit salutē & apostolicā bñdictionē. Qui ēt oib⁹ populis scribens approbat & cōmendat pegrinationes ad scōs & maxime ad limina sci petri: asserens q̄ ualidior est ad salutē sācti petri uisitatio q̄ ieiuniū duoꝝ annoꝝ. Et illos etiā anathemate subdit: q uisitationē apostoloꝝ impediunt uel dissuadent. Dicunt quidā: q̄ linus & clet⁹ petri successores nō sederunt ut pontifices sed ut petri coadiutores. quib⁹ beatus petr⁹ in uita sua credidit dispensationē ecclesiasticaꝝ rerū. Ipse uero tantum pdicationi & oroni uacabat: ꝓpter quod tanta auctoritate dotari meruerunt ut in catalogo pontificū ponerent̄. Clemētem uero ipse beatus petr⁹ successorem sibi constituit: licet aūt hec ueritati nitantur: tamen ut ait hieronymus beat⁹ clemens spūsancto plenus timēs ne apostolica ordinatio posteris tēporibus transiret in uitiū: ut quidā hereditariū munus putātes minus de dei cogi tarent electione: linū & cletū ante se coegit pontificare. Et sic clemens primus fuit p petri electionem: tertius uero per gradū. Beatus aūt cletus tpe titi & uespasiani impatoꝝ martyrio coronat⁹ est. Sepultusq; est iuxta corpus beati petri in uaticano. 6. calē. maii Et cessauit epatus dies. 35.

¶ De scō marcellino papa & mr̄e. LXXXIX

MArcellinus papa & martyr natione roman⁹ ex pre ꝓiecto de regione capritauri caio pontifici in epatu romano succesit: sedit q; annos octo mēses. 2. dies. 25. Quo tēpore fuit grauissima psecutio xpianoꝝ sub diocletiano & maximiano ipatoribus: ita ut infra unū mensem. xvii. milia hominū ꝓmiscui sex⁹ p diuersas ꝓuincias martyrio coronarent̄ xpiani. Qua de re & ipse marcellinus ad sacrificiū duct⁹ est: ut thuri ficaret. Et mortē expauens compulsus a diocletiano duo grana incensi posuit idolis. Postea uero penitentia duct⁹ in campania corā 80. epis ore ꝓprio penituit & cinere capite aspersus ac cilicio indutus se peccasse ꝓfitēs epis iudicandū suppositū dicens se paratū ad oia que sibi imponerent. Illi uero eidem responderunt: q̄ sūmus pontifex a nullo iudicandus esset. Nam si ipse negauit & petrus etiā magister suus negauerat: quē tñ nullus apostoloꝝ iudicare pūmpserat: sed egressus foras amare defleuerat. Ipse ergo suam causam colligeret: & ore ꝓprio seipm iudicaret. Tunc marcellinus ob scelus idolatrie iudicauit se deponēdū: anathematizauit etiā quicūq; corp⁹ suum sepulture traderet. Sic q; pergens ad diocletianum se christianū cōfitens cū claudio ✝ & cyrino ✝ & antonio ✝ diaconibus capitalem excepit sentētiā: sicq; martyrio coronat⁹ est. 6. calē. maii. Hic etiā fecit ordiatiōes duas p mēsē decembr̄. pbytheros. 4. diaconos. 2. epos p diuersa loca nūero. 5. ¶ P⁹ q̄ ät decollat⁹ fuisset: & corp⁹ ei⁹ xxx. dieb⁹ ad exēplum xpianoꝝ i platea iacuisset: nocte apparuit p uisum beat⁹ petr⁹

apostolus marcello ꝓsbytero: eidē marcelli no in epatu succeſſuro interrogās q̄re corpus ſuū inhumatū nō ſepeliret. Et ſe petrū apostolū eē dixit. Qui cū rn̄deret: q̄ corp⁹ ſuū iā dudū ſepultū fuerat. Apostolus ei dedit itelligere q̄ dicebat de corpe marcellini Cū autē marcellus dixiſſet q̄ ip̄m ꝓpter sententiā excōicationis ſepelire nō auderet: audiuit ab apostolo q̄ omnis q̄ ſe humiliauit exaltabitur: & q̄ multū ſe marcellin⁹ humiliauerat: q̄ ſe indignum ſepultura iudicauerat. Admonēs ut ipſum iuxta ſe tanq̄ martyrē & ueꝛ pontificē tumularet: ut quos iuſtificabat gr̄a nō diuideret ſepultura. Marcellus ergo cū lucina & preſbyteris ac diaconibus noctu corp⁹ accepit & iuxta corp⁹ beati petri i uaticano ſepeliuit. Ab eodē die ceſſauit epat⁹ annos. vii. menſes ſex. dies. 25. ꝓp nimie perſecutionis imanitatē.

¶ De ſcō ricario ꝓfeſſore. LXXXX.

RIcari⁹ ꝓfeſſor natus uilla cētula ꝓuincie pōtine monit⁹ a quodā caldōico ſacerdote qué d hibernia ueniētē hoſpitio ſuſcepat: de ruſtico religioſus effect⁹ utebat pane hordeaceo cinere ꝓmixto. Aquā uero cū lachrymis tēpabat: & ex illa balnea faciens leproſos fouebat: & poſtmodū ip̄e eadē balnea itroibat. Qui ēt i britānia p̄dicauit. Rex uero francoꝛ dagobert⁹ ei⁹ famā audiēſ ip̄m ex deuotiōe uiſitās eiuſdē ſe orationib⁹ cōmēdauit: ab eo quoq; inuitat⁹ ad mēſam magis ip̄e ſalutarib⁹ mōitis mēte q̄ tēporalibus cibis corpe refect⁹ ē. ¶ Deiñ uir ſcūs famā mūdi fugiēs a giſilimaro quodam ſuiro nobile in ſilua criſiaſſenſe cum ſigobardo diſcipulo ſuo locū ſolitariū deo ꝙuiēdi obtinuit. Ibiq; breui ſtructo tugurio uitā anachoriticā m̄lto tpe exegit: multoſq; ad ſe ueniētes languidos diuerſis ab infirmitatib⁹ ſanos effecit. Et redimit⁹ uirtutib⁹ i pace quieuit. vi. cal. maii. Sepultuſq; eſt a diſcipulo i loco ubi ipſe ſibi p̄cepat. A quo i extaſim rapto uiſus ē i aula ſplēdidiſſima mira fragrātia referta ꝓſiſtere ſplēdore ad mirabili coruſcare. Cui⁹ corp⁹ ocialdus oli eius abbas cum ſuis monachis ad ſuū mōaſteriū cētulā trāſtulerūt: ubi m̄ltoꝛ ſignoꝛ gr̄ia claret.

¶ De ſancto anaſtaſio papa primo & confeſſore. LXXXXI.

ANaſtaſi⁹ papa hui⁹ nois primus natiōe romanus ex p̄re maximo ſyricio pape i pontificatu romano ſucceſſit: & ſedit ānos. iz. mēſes. x. dies. xxv. Hic cōſtituit ut debiles aut mēbris carētes nō poſſent clerici cōſignari. Cōſtituit etiā ut q̄n euāgeliū legeret preſbyteri & clerici nō ſederent: ſed ſtarent. Et ſtatuit ut nullus trāſmarinus ad clericatus honorē ſuſciperet: niſi ꝓprii epi chirographū cū ſigillo exhiberet. Et hoc p̄cipue ꝓſtituit ꝓpter hereticos manicheos q̄ in ultra marinis ptib⁹ abūdabāt. Hic in magna ſenectute ānoꝛ uidelicet ultra. 70. ſūm⁹ pontifex elect⁹ ē pp ſuā nimiā ſcitatē. Quā beat⁹ cognoſcēs hieronymus ei ꝙtēporane⁹ ſcripſit de illo: q̄ ei⁹ uita diuturna mūdus i merit⁹ eēt frui. Floruit aūt tpe archadii imperatoris. Et q̄uit i dño. v. cal. maii. Sepultuſq; ē in cemiterio beati petri apoſtoli.

¶ De ſcō antimo epo & ſociis m̄rib⁹. XCII

ANtimus eps cū aliis multis apud nicomediā ſub p̄ſecutiōe diocletiani martyriū paſſus ē. Qui ut tradit̄ hiſtorie eccleſi. libro. vii cū eſſet pōtifex ipſi⁹ ciuitatis ob ꝓfeſſionē xp̄i martyrii gloriā capitis obtruncatione ſuſcepit. Qué tanq̄ bonū paſtorem: ſecuta ē uniuerſa pene gregis ſui multitudo per eandē martyrii uiā. Quoꝛ alios p̄fatus tyránus apud eandē tunc reſidens ciuitatem gladio obtrūcari: alios ignibus ꝓflagrari: alios nauiculis ip̄oſitos i pelago mergi fecit ip̄is fideliū turbis ultro ſe tanto feruore neci offerentibus: ut etiā ſe interrogari nō permitterent: ſed xp̄ianos ſe cōfitētes ſpōte ſupplicīis īgererent. Quoꝛ paſſio recolitur. v. cal. maii.

¶ De ſcō liberale ꝓfeſſore. LXXXXIII.

LIberalis de ciuitate altini natus a ſcō epo heliodoro eiuſdem urbis i eadē ciuitate nutrit⁹ & doctus fuit. Qui lectiōi ſacre & oratiōi atq; carnis maceratiōi uacans dño ꝙuiebat paupum quoq; uſib⁹ iētus erat: egrotantibuſq; curā ſolicitus ip̄endebat. Corpus quoq; ieiuniis atterēs ad tā tam p̄ſectionē deuenit: ut ſingulis dieb⁹ dominicis ſacrā cōmunionē p̄cipiēs: deinceps ſine ullo cibo uel potu tota hebdomada permanebat. Cum autē paganoꝛ p̄ſecutiōe ferueute heliodorus eps de altino receſſiſſet: & ad iſulas ſe maritimas ꝓtuliſſet: liberalis in eccleſia principali que erat dei genitricis oratiōnē fudit ad dñm: ut eius in pace ſuſciperet ſpiritū. Eadēq; nocte angelus dñi ſibi dormiēti apparuit: & orationē eius exaudi tam a dño nūciauit. Qui ſurgēs a ſomno uiſitauit ſingulas eccleſias ciuitatis: puenitq; ad inſulā que dicit̄ flactiocaſtroꝛ ut ad ſanctū heliodorū accederet. Sed cū ad ip̄ſum ꝓpter aquas interpoſitas trāſire nō poſſet: in eccleſia proxia ſci laurētii modico tempore ꝓmoratus ē: ubi poſt paucos dies iter ſacerdotū manus migrauit ad xp̄m. v. calē. maii. Corpus quoq; ei⁹ ibidē ſepultū proceſſu tēporis deſtructa altinen̄ ciuitate ad oppidū taruiſinum trāſlatum eſt.

¶De scō pulione martyre. XCIIII

PVlio martyr i ciuitate ciuilitana prior lectoꝝ fuit:de qua quidē urbe ualentinianꝰ impator oriūdus extitit:in qua & ipse martyr sub ꝓsecutione diocletiani & maximiani impatoꝝ martyriū pertulit agente ꝓside probo. Hic enī preses postq̄ in ciuitate firmeñ sanctū hyreneū eiusdē urbis epm ✝cū scō mōtano presbytero ſmeruleū i flumine demergi fecerat.✝ Sanctum quoq; demetriū ipsius eccleſie diaconē decollauerat puenit ad urbē ciuilitanā: in qua pridem✝ scūs eusebiꝰ ipsiꝰ ciuitatis pōtifex passus fuerat:fecitq; teneri pulionē lectorem:quē christū ꝓstantissime ꝓfitentē ac sacrificare nolentem:dicentemq; se uelle patꝝ suorum qui ꝓ xpō passi fuerāt imitari uestigia.Flāmis iussit exuri:qui passus est.5.calē.maii.

¶De scō uitale martyre. XCV

VItalis martyr miles xpi natione mediolaneñ apud rauēnā tpe neronis passꝰ ē. Hic uxorē ualeriā habuit: ex q̄ gemellos geruasiū & ꝓtasium ꝓcreauit.Qui cū paulino iudice rauennā ingressus cū quēdā christianum arte medicū noie ursicinū natione ligurem decollari uideret:illeq; martyriuꝫ expauisset:scūs uitalis eum exhortari cepit: ne ipse q alios curare ꝓsueuerat:seipm eterne mortis iaculo uulneraret.Quod ursicinꝰ audiēs ꝓfortatus martyriū libēter excepit: quē uitalis honorifice sepeliuit: & ad paulinū ꝓsularē suū ultra uenire ꝓtēpsit.Ille uero nimiū indignatꝰ:tū qa ad se uenire ꝓtempsit:tū qa ursicinū sacrificare uolentē retraxit:& sic se xpianū ostendit: iussit eū teneri: & ꝓfitentē xpm i equuleo leuari:deinde ipm ad palmā duci:& si sacrificare nollet:foueā ibi ꝓfundissimā donec ꝓuenireť ad aquā fieri:& ibidē ipm depositū terra ac lapidibꝰ obrui.Locꝰ aūt ubi decollabanť xpiani palma dicebať:eo q arbor antique palme illic eēt Beatus ergo martyr eodem adductus cū sacrificare nollet:scā fouea ut dictū est: terra ac lapidibꝰ est obrutus. Sacerdos aūt idolorum q hoc ꝓsiliū dederat:arreptus a demonio p septē dies clamabat:q uitalis martyr eum icendebat. Die aūt septimo in flumie se ꝓcipitans miserabiliter expirauit.Passus est aūt sanctꝰ martyr.4.calē. maii.circa ānum domini.57.

¶De scā ualeria martyre. XCVI

VAleria martyr sci uitalis uxor: & mater scōꝝ geruasii &protasii cum existens mediolani uiꝝ suū rauēne passum audisset:illuc cū famulis accessit:& corpꝰ sci uitalis auferre uoluit. Vexꝝ in somnis admonita a btō martyre ne corpꝰ a malo hoie bene positum uiolaret:ipm dimisit:& mediolanū in curru rediēs:rusticos deo suo siluano sacrificantes incurrit. Qui eā de uehiculo deponētes hortabanť secū epulari:sed illa se christianam eē:nec sibi licere de imolatis idolis manducare rndit. Quod illi audientes tāta eam cede mactauerunt:ut uix eam seminecē sui famuli ad mediolaneñ urbem perducerent. Que infra triduū migrauit ad dominū Recte autem eius passio uiri sui legende cōtinuatur:quia dies certus eius martyrii non exprimitur.

¶De scā theodora uirgine & martyre & uno milite martyre. XCVII

THeodora uirgo & martyr:cuius passionē ambrosiꝰ scdo libro de uirginibꝰ sacūdo sermōe & luculento stilo diffusius ꝓtractat: cū uno milite cuiꝰ nomen subticet: apud antiochiā passa est. Que cū elegantis esset decoris ex uirginitatis ꝓfessiōe aspectꝰ publicos fugiebat.Tandem puella a gentilibus detēta producitur:duplex proposita certamen & uirginitatis & religionis: datāq; ei optione a iudice: aut sacrificare uirginem: aut lupanari prostitui iubeť:ut alterꝝ sponte desereret:cum ei alterū abstulissent.Ipsa autem tolerabilius extimans mentem uirginem q̄ carnem habere:& q uirginitatē mentis nemo ab inuita potest eripere:fleuit:&tacuit:ne eam uel loquētem adulter audiret. Ducitur ergo uirgo xpi ad lupanar:sed prostituī potest:adulterari non pōt.Certātibusq; singulis quis predā primus inuadat: illa introclausa dnm exorabat: ut q susannā de supplicio eruerat:eā de periculo liberaret. Vix cōpleuerat orationē: & ecce uir militis specie terribilis apparuit. Qui cunctis sibi extimore cedentibus ingressus cellulam uirginem cōfortauit:dicens q eam uenerat ,saluare non perdere:suas ei uestes offerens :& habitum uirginis poscens:ut sic mutatis uestibus illa incorrupta militis specie egressa seruet:ipse uero remanens uirginis habitu si necesse est martyrium quod optat patiať. Quē uirgo ꝓsecutorē existimans ceruicem eiꝰ gladio ꝓparabat. Tandē xpianissimū cognoscens:& uestes suas exuēs cū milite habitum cōmutauit:& habitu uirili exiēs cunctis ignota militem uirginali tunica amictū dimisit. Post hec alius cubiculum ingressus quasi cum puellam tractare incipet:uiꝝ reperiens stupore miratus:sexū semineū in uirilem mutatum arbitratur. Sed dubitans ne magicis artibus & ipse sexu forsitan mutaretur: concitus exiens uisa narrauit populus obstupuit: & militem pro puella deprehensum pro eadem ad morte damnauit.

Dūq; ille gladium libēs excipet: ferē puella ad locū certaminis uirili habitu cucurrisse: factū ꝓpalasse ambo de nece certasse illi dicebat se iussum occidi nō illā. Nam eadē sentētia que eū damnauerat illā absoluerat. Illa ecōtra clamabat ꝙ nō illū uadē mortis elegerat: sed fidē pudoris optauerat. Nec interuenerat ut sibi necē eripet: sed ut uirginitatē defensaret: ꝓlixeq; oratiōis lepore martyriū expetebat. Dudū igitur ambo ꝓtenderunt & ambo tandē uictores extiterūt. Nec diuisa est corona sed addita. Miles enī pro uirgitatis defensiōe palmā obtinuit: uirgo ꝓ uirginitatis ꝓfessione coronā percepit. Sicq; ambo capitali sententia triumpharūt. 4. cal. maii.

¶ De sancto petro martyre ordinis predicatorum. LXXXVIII

PEtrus nouus martyr de ordine predicatorum de ciuitate veronēn oriundus: uelut rosa de spinis exortus de parētib⁹ hereticis fidei pugil egregius exurrexit. A quox tn errore se mūdū ſuauit. Cum adhuc. vii. esset annox & a scholis rediret a patruo heretico interrogat⁹ qd didicerit: respōdit se didicisse: credo in deū patrē oīpotentem creatorē celi & terre. Ille uero ne diceret creatorem celi & terre prohibebat: eo ꝙ deus uisibiliū creator nō fuisset: sed diabolus oīa que uidentur procreasset. Puer uero sicut didicerat sic uelle dicere ac credere affirmabat. Ille uero hec ei per auctoritates suadere conabat. Quas oēs puer spiritu scō plenus ꝓtra eū conuertit: eūq; gladio quasi proprio interemit. Patruus uero indigne ferens a puero se ꝓfusum: patri gesta rettulit: & ut petrinū a scholis remoueret oīno persuasit. Timebat enī ut dicebat ne cum petrinus fuerit bene eruditus ad meretricē illā romanā ecclesiam se ꝓferret: & sic eox fidē ꝓfunderet. Qui nesciēs uerū dixit: dū petrū hereticox pfidiā destructurū tanq; alter caiphas ꝓphetauit. Sed qa res a deo fiebat: pater monitis frīs assensum nō prebuit spans ꝙ puerū ad suam sectā ptraheret cū in grāmatica eruditus foret. ¶ Videns aūt petrus non esse tutū cū scorpionib⁹ habitare: relicto seculo: sfum p̄dicatox ordinē annox. x. itroiuit. In quo. xxx. annis fere perseuerauit: & ad cumulū totius pfectionis ascendit Virginitatē quoq; mētis & corpis illibatam seruauit: nec alicui⁹ mortalis criminis cōtagium sensit: sicut suox ꝓfessox testimonio ꝓbatum est. Carnē quoq; ieiuniis assiduis macerabat. Noctes post breue somnū studio sacre scie occupabat: dies uero ajax cōmodis ꝑpendebat predicationib⁹ uel ꝓfessionib⁹ aut hereticox disputationib⁹ insistendo: ꝓ fidei quoq; defensione se totū exponebat: orationibus crebris petēs a domino: ꝙ non sineret eum ex hac uita migrare nisi sumpto calice passionis: multis etiā miraculis coruscabat. ¶ Quadā die dū mediolani quēdā episcopū hereticox a fidelib⁹ captū p̄ñte populi multitudine examinaret: & disputatio protracta fuisset: & maxim⁹ solis estus cūctos affligeret: heresiarcha petro dicere cepit: ꝙ si erat ita scūs ut eum stultus populus affirmabat: populum ipm estu mori ꝓmittere non debebat: & ꝙ rogaret deū ut nubē aliquā soli opponeret: & sic populū refrigeraret. Asserēs ꝙ si hoc fieret fidē catholicā reciperet maxime cū nulla uel minima nubecula i aere appareret. Quod beatus petrus corā oībus se factux promisit. Deinde ad dñm orationem fudit. Statiq; signo crucis edito: nubes i aerem ascendit: & se inter solē & populū interposuit: atq; i modū papiliōis cūctos ab estu per magnā horam refrigerauit: heretic⁹ uero in sua duritia permanēs: ad ueritatem fidei uenire ꝓtēpsit. Contractū quēdam nomine aserbum: ꝙ per qnquēniū in sextario trahebatur ad se deductū mediolanū sanauit. ¶ Nobilis quidam filiū habebat q tumore gule horribili: nec loqui nec uix suspirare ualebat: capam petri ex deuotiōe substulit: de qua filio gulā tetigit: illeq; cōtinuo sanitatē recepit. ¶ Idem nobilis postmodū graui corrosione corpis torquebat: qui capam eandem ex deuotione reseruatā super se pōi fecit: moxq; uermē pilosum duo habentē capita euomuit & omnis dolor cessauit. ¶ Cuidam etiā iuueni muto imisso digito i os ei⁹ tactaq; līgua bñficiū loquele ꝓcessit. ¶ Vex cum pestis heretica in lombardie prouincia pullularet: sūm⁹ pontifex ad pestem diabolicam abolēdā: diuersos inquisitores de p̄dicatox ordine i diuersis lombardie partib⁹ delegauit. Inter quos beatū petrū i mediolano & in ei⁹ comitatu iquisitorē prauitatis heretice auctoritate apostolica ordiauit. Qui sibi iiunctum officiū diligenter exercens hereticos ubiq; perquirēs nullā eis requiē tribuebat: sed ipsos tā potentia expellebat q̄ sapientia cōuincebat. Quod illi uidentes de ipsius morte tractare ceperunt: & fautorem quēdam ipsox sicariū: ut eū occideret p̄cib⁹ & p̄cio iduxerūt. ¶ Cū igit̄ sanct⁹ petr⁹ de ciuitate cumana ubi fratx sui ordinis prior erat mediolanū pgeret pro officio iquisitionis exequendo p̄dict⁹ sacrileg⁹ ipm i itinere aggressus educto ense sacrum ei⁹ caput crudeliter impetiit: & duobus diris uulneribus sauciauit. Qui nō querula uoce murmurās sed sufferens oīa patienter suum dño spiritū cōmendabat. Symbolū sacre fidei ꝓ qua dimicabat deuotissime ꝓferens: cuius nec in

mortis articulo desiit eē p̄co. Sed cū adhuc martyr dñi palpitaret cultellum litor arripuit:& p̄ latera eius trāsfixit. Cuius corpus frēs p̄dicatores tulerūt: & mediolanū deferentes honorifice sepelierunt. Ad cui⁹ sepulturam lāpades dependentes pluries diuinit⁹ & absq; humano studio sunt accense:multis quoq; coruscat &manifestis miraculis ibidē requiescens:qui passus est.3.calē.maii.

¶De scō titico diacono. XCIX

TIticus diacon⁹ discipulus sci pauli apostoli & unus ex. 72. discipulis fuit: ut scribit abbas dorotheus. Hui⁹ meminit idē apostolus in epistolis suis uidelicet ad col.4. & scda timo.4. pronunciās eū fratrē charissimū ac ꝓseruū suum i dño. Qui etiaꝫ ab eodem apostolo epūs colophonie ordinatus:post p̄dicatiōis officiū diligenti⁹ pactuꝫ apud paphum oppidū insule cypri quieuit in dño: ibidem sepultus.iii.calē.maii.

¶De scis agabo & secundino epīs & sociis martyribus. C

AGabus & secūdinus epi & socii eoꝝ passi sunt apud circeñ coloniā:que est in numida. Qui p̄secutione ualeriani post lōgū exilium in p̄fata urbe in qua tunc maxime gentiliū rabies ad tentandā iustoꝝ fidem inhiabat:ex illustri sacerdotio gladio ꝓsumati effecti sunt martyres glorioſi. Passi sunt etiaꝫ in eoꝝ collegio ✝emilianus miles ✝tortula & ✝antonia sacre uirgines ✝ & quedā muli er cum suis gemellis:qui passi sunt.iii.calē. maii. Hec ado.

¶De scō leone epō. CI

BEo epūs in greciaꝝ partib⁹ natus oia i seculo abdicauit ꝓ xp̄o crucemq; eius tollēs:& si nō corpore martyriū passus est aio. Qui etiā in uita sua miraculis claruit Nā mulierem a graui corporeo langore sanauit. Et i samo insula in pace quieuit. Cui⁹ corp⁹ dū inde greci nauigio transferre nixi sunt:inde se nunq̄ mouere potuerūt: donec corpore quod amouerāt suo loco reposito abeūdi facultatē obtinuerūt. ¶Post multū uero tēporis uenetoꝝ naues in ipsius insule portu degentes:corp⁹ sci in eius solennitate que tunc uenetis ibi existentib⁹ ꝓtigit uidelicet.iii.cal.maii deuoti⁹ uisitarunt: missaq; soleniter celebrata ide discedere curauerūt. Exeuntes quoq; portum exorta subito tēpestate redire coacti sunt:post morulam uero mare sedato iteꝝ exierunt:iteꝝq; aduersanti bus uētis retrocedere cōpellunt. Tunc cōsilio habito sanctū corp⁹ inde leuantes ad nauē deduxerunt:& cōtinuo oi tēpestate ꝓpulsa flāte uēto ꝓspero deuenerūt mothonū Vbi uox de celis insonuit ingens:hoc ē corpus epi leonis. Inde uenientes zacynthū uisa est aquila alis extēsis sup corpus excubare: que illos ad ultracedendū signo monstrauit alaꝝ. Dūq; alie naues tēpestatē & naufragiū ac pene p̄cipitium paterent: sola illa in qua sanctū corp⁹ quiescebat illibata pmansit. Et quoties luminaria circa corp⁹ accēsa flante uēto extinguebant: toties ꝓ seipsa diuinit⁹ accēdebant. Venientes aūt ad portum uestis ab epō loci ipsius uisitant. Qui cū aliquid ex sacris reliquiis obtinere p̄cibus:aut p̄cio mine potuisset:aquā tñ lotionis sacroꝝ membroꝝ impetrauit. Celebrataq; missa cū corpus aqua diluisset:& ex ipsa cuidā languēti presbytero in potū dedisset: mox ille sanat⁹ q ab aliis delatus fuerat incolumis ad eccle siam suā perrexit. Tandē uenetias naute illi applicantes leoni methamaucensi epō corp⁹ ꝓcesserūt:qui ipm cū summo gaudio perci piens honorifice ꝓdidit:ubi & cecus illuminatus fuit:& eger manū habēs aridam sanitatē recepit. Processu uero tpis methamauco a mare submerso corp⁹ illud ad monasterium sci seruuli martyris translatū est. Cui⁹ festum agitur.iii.calē.maii.

¶De scō roberto abbate. CII

RObertus abbas & fundator ordinis cistertieñ fuit:qui dū i moliſmo monasterio epatus lingoneñ abbas esset: quod tunc cenobiū erat fama celeberrimū & diuitiis opulentū: quia hec plerūq; solēt aios ad lasciuiā puocare :cupiens uir scūs artiorem uitā eligere cū.xi.ex mōachis eiusdem loci uiris p̄fectis: post multos labores & itineraꝝ difficultates cistertiū deuenerunt:q tūc horroris & uaste solitudis loc⁹ erat:ubi āno dñi. 1098. scūs robertus auctoritate fultus hugonis lugduñ archiepi tunc apostolice sedis legati & gualterii cabiloneñ epi: nec nō odonis burgūdie ducis iclyti abbatiā p̄struxit:& ordinē q cistertiēsis dr̄ icohauit. Post aliqđ uero tp̄s a moliſmēsib⁹ mōachis reqsitus:ipm mōasteriū sue r̄gule ac ordini adiecit:& ex utroq; unū corp⁹ effecit. Sicq; scūs abbas ordie initiato satisq; dilatato scis opibus deo seruiēs laudabiliter uixit:& clarus uirtutib⁹ ad xp̄m migrauit.3.calē.maii. Sepultusq; ē i abbatia cistertii:ubi & miraculis pollet. Anno āt.14. post ordis fūdationē scūs bernard⁹ ordinē ip̄m igressus tā merito q̄ nūero locoꝝ & fratꝝ ip̄m mirabiliter adauxit:ut i ei⁹ legēda dicet.13. calē. septēbr̄.

¶De scō mariano ꝓfes. CIII

MArianus monachus de territorio bituricen natus tpe sci alodii successoris sci germani circa annos dñi.480. claruit. Qui a scō ma-

mertino abbate ī prefatō monasterio mōachus factus est. Cuiq; idē pater officiū alendoꝝ aialiū ꝓmisit: qđ ille gratanter suscepit & humiliter adiplere curauit. Die quadam a prū a canibus & uenatoribus fugatum ad se fugientē benignꝰ excepit: canibusq; ut animal dimitterent ipauit. Qui ex eo die domesticus effectus sanctū uti catulus sequebaꝝ.

¶ Die dñico ad ecclesiam ꝓgens ut sibi mos erat: fratrē secū duxit inuitum eo ꝙ ille debebat ipa die frībus ministrare. Et dum audiētes missam nimis tardarēt: illeq; ad horā se non posse redire putaret: finito euangelio equum ut abiret ascendit: sed nequaq̄ ipsum inde mouere potuit: donec seipm deliquisse cognoscens ad ecclesiam rediit: & usq; ad finem misse cum mariano pmansit. Et ad horam reuersus suū ministeriū adipleuit: uir autē dñi in monasterio fontaneti ī pace quieuit. 3. cal. maii corpusq; eius inde delatū antisiodori in suo monasterio sepultum est.

¶ De scō mariano & iacobo marīb⁹. CIIII.

MArianus & iacobꝰ mrēs apud urbem lambasitanā sub decio passi sunt. Quoꝝ prior lector: alter uero diaconꝰ extitit. Qui pro cō fessione nomis xp̄iani in ciuitate cirçeñ colonia tenti grauissimis suppliciis excruciati sunt. Pꝰque marianꝰ p apices pollicum suspensus graui pondere pedibꝰ inne xo crudeliter tortus ē. Deinde cum collega dudum in carcere maceratꝰ: ubi diuinis reuelationibꝰ sepius ꝓfortantur. Tandē ad prefatā urbē lambasitanā directi & iteꝝ diutiꝰ in ergastulo uicti: sed dīna rursum uisitatione aleuiati. Nouissime cū multis aliis gladio ꝓsumati sunt pridie cal. maii.

¶ De scō eutropio epō & martyre. CV.

EVtropius epūs & maꝝ sci dionysii ꝓsocius fuit. Cuiꝰ passionē idem dionysius grece scriptā p manꝰ pape clementis direxit athenas. Hic fuit filius xerxis admirandi babylonie psaꝝ regis & guine regine. Qui a pueritia litteris grecis & chaldeis edoctus liberalibusq; sciētiis ibutꝰ: curiositate orbē lustrare desiderās: a patre licentiā circūeundi obtinuit: a quo & nicanorē pedagogū accepit: herodēq; regē in galilea adiit: ut i eiꝰ curia aliquid ꝓspiceret nouitatis. Auditoq; de iesu miraculis q eo tpe in illis partibꝰ p̄dicabat: ad eū accessit: quē uidens & audiēs licet gētilis reuereri cepit. Fuitq; pñs miraculo qñ xp̄s ex .v. panibꝰ qnq; miliū hominum satiauit. Quo uiso iam i ipm credēs eidem ut discipulus adhesisset: nisi pedagogū timuisset. Sed adorato i hierosolymis tēplo dñi more gētilium ad patrē rediit & uisa sibi nūciauit. Rursum quoq; amore flagrans iesu licētia a patre petita post annū in iudeā reuersus est. Et cū iesus die palmaꝝ uenisset hierosolymā sedēs sup asinū eutropius interfuit: & una cū ceteris flores & ramos i uiam strauit. Fuitq; de numero illoꝝ gentiliū q̄ accesserunt ad philippū ut iesum uideret: ut dicit̄ ioānis. xii. Audito aūt ꝙ iudei eum occidere querebāt: repatriauit ne tanti uiri mortē cerneret: uel si mors ipius tardaretur ut ei cum suis gentibus adiutorium ꝓtra iudeos ꝓferret: cūctaq; uisa patri rettulit. Audiens quoq; iesum occisum uehementer doluit: sed post ipsuz resurrexisse ītelligēs per ea que de eo uiderat credidit: & de eiꝰ resurrectiōe ꝓsolationē nō modicā recepit: unde & in ultionē mortis xp̄i oēs iudeos quos i regno paterno reppit occidi mādauit. ¶ Post aliqđ uero tps p̄dicantibꝰ apostolis simone & iuda apud persidē: Eutropius cū patre & regno credētes ab eisdē de xp̄i side pleniꝰ edocti & baptizati sunt: ubi & apostoli abdiam episcopū & eutropiū diaconē ordiarūt: ut in eoꝝ passione diceꝝ .v. cal. nouēbris. Et dum predicti apostoli pro xp̄o passi fuissēt: eutropius eoꝝ gesta & passiones cōscripsit. Deinde patre iā sene: seculo abrenūcians romā uenit: & a beato petro apostolo ad gallias predicādas missus accessit. Ingressusq; ciuitatem santonas cū xp̄m p̄dicaret ab infidelibus cesus: & de urbe eiectꝰ sibi tugurium extra muros ꝓstruxit: ubi noctibꝰ orationi diebus uero predicatiōi insistebat. Cū autē multo ibidē tpe ꝓmoratus fructū modicum predicationis feciss̄et: eo ꝙ .x. uiros solūmodo ꝓuertisset. Romā repedās beatum petrū apostolum passum reppit Et a scō clemente eius successore ordinatꝰ santoneñ episcopꝰ beatoq; dionysio sociatus cum eodē iteꝝ ad gallias adiit. Deueniēsq; santonū filiā principis uirginem Eustellā nomine ꝓuertit: & sacro uelamine uirginitatis ꝓsecrauit: multūq; populum signis clarens dño acqsiuit. Cū autē eustella cū eutropio extra urbis menia in uirginitatis proposito deo fuiēs morarentur: pater missis satellitibꝰ sanctum occidi mādauit. Quē illi primo lapidibus: deinde plūbatis cedentes nouissime securi illiso capite ꝓemerunt. Cuius corpꝰ eustella in eiꝰ tugurio sepeliuit: ibidem quoq; omni tēpore in orationibꝰ pmansit. Que cum migrasset ad xp̄m apud magr̄z suum sepulta ē: ubi & eccclesia a xp̄ianis ꝓcessu tpis fabricata utriusq; corpꝰ qescit miraculis redolēs. Passus ē aūt scūs eutropiꝰ pridie cal. maii.

¶ De scō zozima abbate. CVI

OZimas abbas i palestine ptib⁹ circa egyptum fuit. Qui adeo reputabatur sanctitate pollens: ut de longinquis regionibꝰ ad eius

ei⁹ & reges ſingulos de loco ſuo ad eum deſtinauit: qui licet ad conſolandum iob principali intentione ueniſſent: ipſos tamen diabolica ſuggeſtione lōga uerborum exacerbatione in ipſius odium & concrepationes prouocauit. Et cum ipſos iob ſapienti diſputatione & patienti ſermone ſuperaſſet. Ad ultimum helim quendam iuuenem arrogātem contra iob in acerba conuitia & grauiſſima improperia ſuſcitauit. ¶ Cumq; poſt multa flagella dominus ſeruum ſuum iob manifeſtiſſime comprobaſſet: & per ſeptem annos ut dicit beatus hieronymus ipſius patientiam dudum expertus in lucem produxiſſet: miſertus ipſius ad ſtatum illum feliciorem reduxit: omnemq; facultatem eius duplicauit. Filios uero & filias totidem numero quot amiſerat: ei conceſſit: ſed eos duplici uirtute & elegantia prioribus decorauit. Vixit quoq; iob poſt flagella ſua annis centū & quadraginta: & uidit filios ſuos & filiorum ſuorum uſq; ad quartam generationem Et mortuus eſt ſenex plenus dierum: annorum uidelicet centū & octuagintatriū. Nam ut tradit hieronymus annorum triginta ſex erat: quando a domino flagellatus eſt: & in ipſis flagellis annis ſeptem permanſit: poſtque ut ex textu libri ſui habetur annis centum & quadraginta ſuperuixit. ¶ Scripſit ipſe idem librum uite ſue & ſermonum ſuorum arabico ſermone: ut hieronymus ait. Qui certe liber proſa incipit: metro labitur pedeſtri ſermone finitur. Nam a principio uſq; ad locum illum ubi iob dicit. Pereat dies in qua natus ſum. ſtilo proſaico incohat. Inde uſq; circa finem: ubi dominus tres iob amicos redarguit: heroico metro proſequitur: Finem uero rhythmico colore concludit. Omniſq; legis dialetice: propoſitione: aſſumptione: confirmatione: concluſione ſingula uerba ſua determinat. ¶ Nam quattuor diſputationum genera in ipſo libro cōplectitur. ¶ Quarum prima eſt dialetica: que procedit ex probabilibus. Et hec conſiſtit inter iob & tres amicos eius: ubi iob concluſionem hanc tenet: & probat: ꝙ deus hominem iuſtum ſine ſui culpa flagellat: amici uero eius oppoſitam concluſionem affirmant: uidelicet ꝙ deus neminem ſine culpa condemnat. ¶ Secunda eſt ſophiſtica: que procedit ex apparentibus. Et hec eſt inter iob & helim: quāuis iob non reſpondeat: qui qdem iuuenis p̄ſumptuoſus & uaniloquus: concluſionem amicorum iob approbans ſophiſtice ſyllogizat. ¶ Tertia eſt tentatiua inter dominum & iob: qui eum de multis queſtionibus tentat: & interrogat: ut declaret ei: ꝙ nulla ſapientia eſt apud deum comparata. ¶ Quarta eſt demonſtratiua: in qua pro ipſo iob dominus contra tres amicos eius queſtionem diffiniendo demonſtrat. Et ſic concludiiur totus liber plenus myſteriis & maximis diuine fidei ſacramentis. ¶ Quieuit autem ſanctus iob in pace & optima ſenectute ſexto idus maii: ut hieronymus in ſuo calendario ponit. Sepultuſq; eſt in terra hus in finibus edon ſiue boſra: ubi & ſepulchrum eius cernitur uſq; in preſens.

¶ De ſanctis gordiano & epimacho martyribus. CXLIX

GOrdianus martyr rome paſſus eſt ſub iuliano apoſtata imperatore. Qui iulianus cum inter alios chriſtianum quendam ſenem preſbyterum nomine ianuariuꝫ tenuiſſet: dedit eum in cuſtodia cuidam eius uicario gordiano. Qui ianuarium ad domū ſuam adducens: dum ipſum ad ſacrificia ſermonibus hortaretur: ianuarius gordiano chriſtum predicans eum conuertit: & ſtatuam iouis eream quam apud ſe habebat: in igne conflauit: ac ipſum cum uxore marina & familia eius promiſcui ſexus numero quinquaginta tribus cum eorum domibus baptizauit. Quod cum iulianus comperiſſet: ✠ ianuarium preſbyterum in exilium proſcriptione damnauit. Vxorem uero gordiani ✠ marinam ad aquas ſalinas manere precepit in ſeruitio ruſticorum. Gordianuꝫ aūt cuidā clemētiano quē loco eius uicariū prefecerat: puniendum tradidit. Qui clemētianus gordianum ſibi catenis uinctum preſentari fecit: & in confeſſione chriſti perſiſtētem: primo quidem dudum plumbatis cedi deinde capite truncari precepit. Cuius corpus canibus proiectum: cum diebus ſeptē manſiſſet intactum: tandem a familia ſua rapitur: & cum beato ✠ epimacho quem dudum ante predictus iulianus occidi iuſſerat ſepelitur uia latina: miliario uno longe ab urbe roma. Qui paſſus eſt circa annum domini tricenteſimum & ſexageſimum ſexto idus maii.

De ſanctis calepodio p̄ſbytero & ſociis martyribus. CL

CAlepodius preſbyter: palmati⁹: ſimplicius⁹: felix & blanda cum ſociis eoruꝫ rome paſſi ſunt ſub alexandro imperatore. Cum enim palmatius conſul de mandato imperatoris ad regionem tranſtyberim acceſſiſſet: ut calepodiū p̄ſbr̄ꝫ cū aliis xp̄ianis in domo quadam latentibus comprehenderet: decem milites qui domum intrauerunt: excecati ſunt. Quod alexander conſpiciens

iussit omnem populum pro liberatione militum deo mercurio imolare. Tunc una ex uirginibus paganorum arrepta a demone deum uiuum & uerum deum christianorum clamabat. Quod palmatius audiens conuersus abiit ad sanctum papam calixtum: & ab eo baptismum expetiit: quem calixtus presente calepodio baptizauit omnemq; eius familiam cum uxore & filiis numero quadraginta duobus unda salutari perfudit. Qui palmatius exinde cepit facultates suas pauperibus errogare. Post dies plurimos alexander hoc audiens fecit teneri palmatium eumq; examinatum & christum confitentem tradidit simplicio senatori quatenus ei persuaderet ut ad culturam deorum accederet. Cum autem simplicius ipsum plurimum honoraret: & palmatius omnia seculi blandimenta contemnens orationibus & ieiuniis insisteret: quidam nomine felix uenit ad palmatium deferens uxorem suam nomine blandam ab annis quattuor paralyticam: ut eam sanaret. Quam palmatius in conspectu simplicii & omnis eius familie fusa oratione sanauit. quo uiso miraculo conuersus est simplicius senator cum omni domo sua: felix quoq; cum uxore sua blanda sana effecta: cepitq; omes baptismati gratia expetere: uocatoq; sancto papa calixto cum beato calepodio: superuenientes ad domum simplicii baptizauerunt eum cum tota eius familia atq; felicem cum coniuge sua blanda. Quod cum alexander audisset: quia multitudo hominum per beatos calixtum & calepodium in christo credidisset: misit exercitum militum: & tenuit omnes qui baptismum perceperant: quos precepit capitalem subire sententiam: & per diuersas portas urbis rome capita eorum suspendi ad exemplum christianorum. Tenuit etiam calepodium quem gladio fecit occidi: & corpus eius in tyberim iactari ante insulam lycaoniam. Quod tandem a piscatoribus repertum & beato calixto pape presentatum ab eodem in suo cemiterio uia apia sepultum est. Passi sunt autem sancti martyres. vi. idus maii.

¶De sanctis primo marco iasone & celiano martyribus. CLI.

PRimus: marcus: iason: & celianus martyres tergesti ciuitate passi sunt tempore hadriani imperatoris sub artasio preside. Qui primū presbyterum & marcum diaconum fustibus cedi iussit: & sub uētres eorum ignem accendi. Deinde sulphur solutum in ora eorum infundi. Et cum hec omnia supplicia sine ulla eorum lesione superassent: multiq; exinde conuersi fuissent iasonem & celianum fustibus tā diu uerberari mandauit donec cesi spiritum emitterēt Deinde primum & marcum extra urbis menia decollari. Quorum corpora in eodem tumulo iuxta eandem ciuitatem sepulta sūt quinto idus maii.

¶De sancto mamerto episcopo & confessore. CLII.

MAmertus episcopus uienneñ miraculis & sanctitate apud eandē urbem celebris habetur. Qui ob imminentem terremotum & tempestatum cladem atq; luporum rabiem solēnes tribus diebus ante ascensionem domini letanias instituit: ut habetur supra de letaniis. Qui etiam apud prefatam ciuitatem quieuit in domino quito idus maii: ubi & sepultus uirtutibus claret.

¶De scō maiolo abbate. CLIII.

MAiolus abbas nobilibus parentibus progenitus: & sacris litteris imbutus: ac uirginitatis flore decoratus: primo archidiaconus ecclesie maticeñ fuit: Deinde factus est monachus cluniacensis sub hermoardo abbate sancti ōdonis successore sanctitate uite mirabiliter pollens: summaque patientia decoratus. Qui prorpter grauem infirmitatem quam incurrit lumen oculorū amisit: nec tamen exinde in aliquo unquam perturbari uisus fuit. Sexto autem anno monachationis ipsius decedente abbate monasterii maticensis ad eiusdem loci regimen licet inuitus eligitur: non obstante q̄ lumine foret oculorum priuatus & corpore quasi uiribus pre longa egritudine destitutus. In ipsa autem abbatia sanctissime iubar uite fuit: & multa miracula ostendit. Cecis uisum: surdis auditum: claudis gressum: Aliisq; diuersorum generum langoribus detentis conferens medicinam. Plures etiam a morsibus serpentum uenenatos: & a periculis fluminum & ictibus fulgurum liberauit. Candele seu lampades in eius ecclesia ardentes ex negligentia uel aliter extincte sepius sine humano studio sunt diuinitus reaccense.

¶Quadam nocte dum in monasterio sancti dionysii librum eius de principatu celi perlegeret ad lumen candele graui somno pressus dormitauit: & candela de manu eius super librum cecidit. Sed sola ipsius cera consumpta: libri pagina omnino illesa permansit. Soluit autem carnis debitum quinto id'

maii. Et reconditus est in monasterio suo miraculis clarens.

¶ De sancto antimo presbytero & martyre. CLIIII

ANtimus presbyter & martyr rome uia salaria passus est. Qui post uirtutum & predicationis insignia in tyberim precipitatus & ab angelo sancto exinde ereptus est: ac proprio restitutus oratorio. Deinde in confessione nominis iesu christi capite punitus uictor migrauit ad celos quinto idus maii. Hec ado.

¶ De sanctis nereo & archileo martyribus. CLV

NEreus & archileus martyres fuerũt serui plautille uxoris clemẽtis consulis germani domitiani imperatoris & sancti clemẽtis pape. Que plautilla existens uidua eos pueros comparauit: & eunuchos fecit. Cum autem ad predicationem beati petri apostoli plautilla conuersa esset fecit se ab eodem cum prefatis pueris baptizari. Et ad extrema deueniens eosdem iuuenes cubicularios flauie domitille filie sue dimisit. Cum autem domitianus flauiam domitillam aureliano comiti in coniugem tradidisset ut superius in eius passione actum est nõ martii. Nereus & archileus eidem uirgini christum annunciantes eandem conuerterunt: & uotum uirginitatis emittere suaserũt. Que a sancto clemente papa baptizata & sacro fuit uelamine consecrata. Quod cum aurelianus cognouisset: obtenta ab imperatore licentia sponsam suam cum eunuchis in põtianam insulam relegauit: quo plures christiani pro christi nomine fuerant exilio deportati. Erantq; ibi malefici duo discipuli simonis magi furius & priscus: qui magicis artibus populum fallendo simonẽ magum pro deo fecerant adorari. Quibus beati nereus & archileus resistentes eorum maleficia sermonibus & miraculis detegebant: & sic populum ab errore reuocabant. ¶ Post multum uero tempus aurelianus ad insulã perrexit: & sanctos promissis & oblatis muneribus ut uirgini ad nuptias suaderent exorauit. Quod ipsi omnino facere respuentes eam magis in domino confortabant. Qua p̃pter ad urbem adducti & ad sacrificia compulsi sunt. Et cum dicerent se a beato petro apostolo baptizatos nulla ratione posse idolis imolare capite cesi sunt. Quorũ corpora uia ardeatina iuxta corpus sancte petronille uirginis sepulta sunt. 4. idus maii.

¶ De scõ pancratio martyre. CLVI.

PAncrati⁹ martyr nobilissimis parentibus ortus apud phrygiam cuius pater dedonius dictus est utroq; parente orbatus sub dionysii cura patrui sui relictus est Ambo igitur romam ubi largum habebant patrimonium perrexerunt. Et dum in eorũ possessionibus in monte celio morarentur: in eorum uico papa cornelius cum quibusdam fidelibus propter persecutionem latitabat: a quo pontifice fidem christi & baptismum susceperunt patru⁹ cum nepote. Post dies modicos dionysius in pace quieuit. Et pancratius omnia sua pauperibus erroga uit. Deinde se persecutoribus ultroneus offerens christianum se esse dixit. Quem illi tentum ualeriano imperatori presentaue runt. Cumq; puero tredecim annorum & filio quondam sibi amicissimi uiri condoleret suadebat ei: ut diis thura poneret: ne mala morte intanta iuuentute periret. Ille uero econtra sacrificare recusans se licet iuuencu lum corpore: senem tamen animo esse dicebat: & deum iouem patricidam & incestuosum comprobabat. Propter quod augustus iussit eum uia aurelia duci & ibidem decollari. Cuius corpus cetauilla senatrix tulit: & in eodem loco cum aromatibus sepeliuit quarto idus maii. Supra cuius tumulum p̃cessu temporis a fidelibus ecclesia fabricata fuit. ¶ Ad eius quoq; sepulchrum: ut ait gregorius turoñ si quis falsum iurare uoluerit anteq̃ ad cancellum chori perueniat: aut statim a demone captus insanit: aut cadens in pauimentum protinus uitam perdit. Nunc autem dictum corpus uenetiis in monasterio sãcti zacharie quiescere ab eiusdem loci sororibus perhibetur.

¶ De sancto epiphanio episcopo. CLVII

EPiphanius episcopus salamine q̃ ciuitas est in insula cyprioru3 temporibus honorii & archadii imperatorum floruit: ut dicitur in historia tripartita: uir hic summe extitit sanctitatis & elemosynaꝝ largitiu us exhibitor. Qui cum omnem substantiam sui episcopatus pauperibus errogaret: & nihil petentibus denegaret. Deficientibus pecuniis iconom⁹ ecclesie murmurabat. Subitoq; eidem uir astitit: saccumq; magnũ multa plenum pecunia coram eo deposuit: nec tamen quis esset aut unde uẽisset explicauit: & repente discedẽs nusq̃ comparuit. ¶ Duo

pauperes uolentes beatum uirum arte delu dere: ut aliquid eis uberi⁹ daret:ipso iter a/ gente talem fictionem inuenerunt : ut unus eorum se supinum in terra prostraret: alter uero ipsum quasi mortuum defieret:& q⁹ se non habere unde eum sepelíret pretenderet: sicq; epiphanio necessaria pro exequiis po/ stularet.Cum autem sanctus appropinquas set:& ille lachrymabiliter ab eo subsidium pro tumulando socio petiuisset:episcop⁹ il/ lum super morte comitis benignius consola tur & necessaria ꝑ sepultura largitur.Quo discedente dum ille socium uocans pulsaret ut surgeret quatenus de questu bonum sibi conuiuium prepararent : qui se prius mor/ tuum finxit uere defunctus apparuit. Tunc socius post episcopum currens casum ei nunciauit & de cõmisso penitentiam egit.Sã ctus autem cum defunctum suscitare potuis set noluit ne tali occasione ministri domini facile deludantur . ¶ Sapientia & doctrine suaui eloquio admodum claruit:Aduersus omnes hereses libros composuit:Aliaq; mul ta opuscula que ut hieronymus dicit ab eru ditioribus propter res a simplicioribus ꝑ/ pter uerba leguntur . Hec ille de uiris illu/ stribus . Qui etiam in pace spiritum bona tradidit senectute.4.idus maii.

¶De scõ dionysio confessore. CLVIII

Dionysius cõfessor patruus fuit sã cti pancracii mr̃ de quo superi⁹ dictus est.Qui a beato cornelio papa sacrifontis unda perfusus: eodem die quo & nepos pancra/ tius passus est anno scilicꝫ ei⁹ martyriũ pre/ cedente in christi nominis sancta confessione feliciter obdormiuit : ut ado in martylogio insinuare uidetur:uidelicet.4.idus maii.

¶De festiuitate sancte marie ad martyres. CLIX.

Festiuitas sancte marie ad marty/ res a bonifacio papa quarto insti tuta est propter templi pantheõ rome dedicationem.Romani eni cum toto orbi dominarentur nõ solum omnium prouinciarum simulacra in urbe habebant:quin potius fere singulis di is templa singula construxerant : tanq̃ qui eos cunctarum prouinciarus uictores & do minos effecerant.Sed quia omnia idola tem plum ibi habere non poterant ad maiorem sue gentilitatis uexane ostentationem unum templum ceteris mirabilius & sublimius in honorem omnium deorum erexerunt:& pã theon qd̃ sonat omnes dii uocauerunt:a pan qd̃ est omne & theos de⁹.Põtifices enim ido lorum ad maiorem populi deceptionem fin xerunt : q⁹ sibi a cybele quam omnium deo/ rum matrem uocabant fuerat imperatum : ut si de omnibus gentibus uellent uictoriã obtinere sibi & filiis suis scilicet diis omib⁹ templum magnificum fabricarent . Funda/ mentum ergo ipsius templi sphericum iaci/ tur:ut ex ipsa forma deorus eternitas demõ straretur.Deniq; & pinam eneam deauratas fabricarunt & eas in summitate collocarũt. In qua ut aiunt omnes prouincie mirabili/ ter erant sculpte.Hec autem procedente tẽ/ pore inde cecidit:unde in summitate apertu ra remansit.¶ Tempore igitur phoce impe ratoris cum iam dudum roma fidem domi/ ni percepisset.Bonifacius papa quartus pre dictum templum a phoca cesare impetrauit & omnium idolorum eliminata spurcitia: ipsum in honorem beate marie uirginis & omnium martyrum consecrauit tertio idus maii:locũ quoq; ipsum sancte marie ad mar tyres appellauit qui modo sancta maria ro/ tunda uocatur a populo. Nondum enim cõ fessorum solẽnia ab ecclesia agebantur.Sic/ q; i urbe roma ipsum diem in honore omni/ um martyrum celebrari in ipsa ecclesia or/ dinauit.Vt sic templum qd̃ fabricatum fue/ rat omnibus idolis:tunc dedicatus esset om nibus sanctis: & ubi multitudo celebraret demoniorum ibi deuote celebraretur multi tudo sanctorum. Sic quoq; extunc rome in ipso loco festus illud usq; hodie celebratur tertio idus maii.

¶De sancto bonifacio papa primo & con/ fessore. CLX.

Bonifacius papa huius nominis primus zozimo pape in episco/ patu romano successit . Et sedit annos tres menses octo dies un/ decim. Hic natione romanus ex patre iocundo presbytero urbis :sub conté tione cum eulalio ordinatur uno die. Eula lius quippe ordinatur in basilica constanti/ niana.Bonifacius autem in basilica iulii. Et fuit magna dissessio i clero. Audiẽs hoc pla cida augusta cum filio suo ualentiniano im peratore dum sederent rauenne rettulit hoc honorio augusto mediolani residenti.Tunc ãbo augusti missa auctoritate ꝓceperunt ut ambo exirẽt de citate. Qui cũ pulsi exissent tandes utriq; augusti bonifacium ad urbem reuocauerunt & eum pontificẽ cõstituerũt. ¶Hic constituit:ut nulla mulier aut mona/ cha uasa sacrata uel pallam altaris contin geret:aut lauaret : nec in ecclesia incensum poneret.Et ut seruus aut curie obnoxi⁹ non fieret clericus.Hic fecit oratorium in cemi/

terio ſancte felicitatis: & ornauit ſepulchrū eius. Hic autem beatiſſimus paterna pietate clericos aluit: pauperes fouit: cunctos honorans: fuit mitiſſimus in diebus ſuis ſuper omnes homies & miſericors: unde ab omnibus amabatur. Et ſepultus iacet in eccleſia ſancti petri.

¶ De ſancto bonifacio papa quarto. CLXI

BOnifacius papa huius nominis quart⁹ natione marſorum ex patre ioāne medico bonifacio pape tertio imediate in epiſcopatu romano ſucceſſit: & ſedit annos ſeptem menſes octo dies uigintiduos. Hic obtinuit ab auguſto phoca imperatore: ut eccleſia beati petri apoſtoli caput eſſet omniū eccleſiarum: quia conſtātinopolitana caput omnium ſe ſcribebat. Hic etiam obtinuit da ri eccleſie templū: quod ab antiquis in urbe pantheon uocabatur: ut ſupra dictum eſt. Quod ipſe ablatis idolatrie ſordibus conſecrauit in honorem dei genitricis marie & omnium martyrum chriſti. Eiuſq; conſecrationis die ſolennitatem in urbe conſtituit celebrandam. Aliaq; multa laudabilia opera fecit. Et hic ſepultus eſt ad ſanctum petrum apoſtolum. Et ceſſauit epiſcopatus menſes ſeptem & dies uigintiquinq;.

¶ De ſancto ſeruatio epiſcopo & confeſſore. CLXII

SEruatius epiſcopus traiectenſis temporib⁹ hieronymi & ambroſii doctorum claruit. Hic propinquus ſaluatori ſecūdum carnem extitit: fuit enim filius emin filii eliud fratris heliſabeth & filii heſmerie ſororis ſancte anne matris domine noſtre: ut ſic eliud & heliſabeth mater baptiſte beate uirginis fuerūt conſobrini ſecundo uidelicet conſanguinitatis gradu. Emin uero pater ſeruatii ex una parte & chriſtus ex altera filii conſobrinarum extiterunt tertio gradu. Sicq; ſi xp̄s filium habuiſſet cū ſeruatio fuiſſent q̄rto gradu ex conſobrinis nepotes Mater uero ſancti ſeruatii uxor emin uocata eſt memilia. Natuſq; eſt i oppido pheſtia ad auſtrum armenie terra hebreorum in regione perſidis: quo decem tribus iſrael trāſlate fuerant. Qui adhuc exiſtens infantulus loca ſacra hieroſolymis uiſitauit: & i ſanctis perſeuerans operibus ad preſbyteratus ordinem aſcendit: deinde ab angelo monitus abiit ad octauiam ciuitatem galliarum ſitā in littore oceani ad predicandum uerbū domini eodem angelo ſibi duce: ad quem locū deueniens repperit ſeptuagintaduas congregationes inuicem diſſidentes que ſegregatiꝫ conuenerant pro epiſcopo ipſius urbis eligendo: cuius ſedes per ſeptennium uacauerat poſt obitū epiſcopi ualentini: qui ad extrema deueniens diuino ſpiritu eius mandauerat neminem eligendum niſi diuina reuelatione cōmunis omnium electio aliquē nominaſſet. Hec autem ſeruatius audiens: dum pro eorum concordia ante altare deū orans procumberet: angelus eiſdem apparens baculum ſancto paſtoralem tradidit: & ſic repente in ipſum omnis populus conuenit. Factus ergo epiſcopus tante gratie fuit: ut patria lingua p̄dicans ab omnibus nationibus ſuo idiomate uerba eius perciperētur: multoꝝq; miraculoꝝ gloria claruit. Nam ciboꝝ eius reliquias egri quicūq; guſtātes: aut pedes uel manus deoſculantes continuo ſanabantur. ¶ Poſt aliquod uero tempus emulatione ciuiuꝫ a ciuitate pulſus uenit traiectū Ibiq; iuxta beati petri eccleſiam tugurium edificans penitētie operib⁹ uacabat: ubi ſibi per uiſum a domino reuelatur: hunoꝝ gentes galliarum urbes & maxime octauiam euerſuras: quam uiſionem octauiam accedēs dū populo nūciaſſet: illi quoq; timentes: ne pp peccatū in ipſum cōmiſſum hec ſibi futura p̄tingerēt: ſeruatium pro impetranda uenia nuncium populi ad ſedem apoſtolicam delegarūt. ¶ Qui ueniens traiectum lapidē altaris pulcherrimum trabe ruente p̄ſciſſū digito ſuper ſciſſuram deducto reitegrauit. Indeq; romam acceſſit: ubi cum in feſto dominice annūciationis in eccleſia beati petri oraret pro populo apoſtoloꝝ princeps ſibi in ſomnis apparuit: galliamq; diuinam euadere non poſſe ſententiam ꝓpter eorum peccata reuelauit. In cuius teſtimonium clauēꝫ argenteā ei dedit: quam ille euigilans in manu ſua repperit: & ꝓpetuo pro reliquiis reſeruauit. ¶ Cum autem reuerteret egreſſus romam a gothis capitur: qui tunc italiaꝫ deuaſtabant. Cui per noctem angeli cum luce nimia in cuſtodia apparuerunt: eumq; ſolutum dimiſerūt. Cum aūt die altero a gothis torquendus queritur in carcere clauſo non inuenit. Reperit tandē ab ipſis ſolut⁹ i quodam campo ſopitus: cui aquila grandis inſidens: altera alarū eum a ſole obumbrabat. alteram mouens quaſi flabello ei auram uētilabat. Quod gothi cernentes & ſtupentes illum in pace dimiſerunt. ¶ Veniens autem in terram uagionum cum ſiti affligaret: digito ſigno crucis in terrā facto fons aque de humo ſcaturiit: & exinde uſq; in preſens nūq; defecit. ¶ Degens colonie apud ſanctum ſeuerinum cum oraret a conſocio ſuper caput eius ignis columna conſpicitur: que nimia celeritate celum progreditur. ¶ Apud metenſem urbem celebrans facies eius ſolis claritate reſulſit. ¶ Reuerſus ergo octauiam: & que uiderat referens ſcōꝝ reliquias

& uasa sacra una cū populo traiectum transtulit pesti superuēture reseruanda. Et cū i itinere fessus quiescere uellet: nec sedem paratam haberet: terra tumēs in modū puluinaris se extulit: ubi & sedendo quieuit. Sicq; ibidem usq; in presens manet. Dié obit⁹ sui pōsciēs celebrata missa populū sacris exhortatiōibus dudum admonuit: cui angel⁹ assistere uisus fuit. Et cū diutius oraſſ3 luce cōspicua instar solis radii eum per tres horas protegente emisit spiritum. 3. idus maii. que tunc dies pentecostes occurrerat. Cui⁹ corpus memorato quo supra tpe in ecclesia traiecten sepultū est: ubi infinitis & admirādis signis effulget. ¶ Inter que cum primo i uia publica sub diuo sepultus diutius quieuiſſ3 cum tēpore hyemis omnia in circuitu nix repleret nunq̄ sepulchrum eius tetigit: donec industria ciuium basilica super ipsum edificata est. ¶ Re uera de isto sancto singularis annorum lōgeuitas repitur: quia si uera sūt que de ipso scribuntur preter cōem modernum nature cursum uita eius per annos ultra. 300. concluditur adeo fuisse mirabiliter ꝓtelata. Si enim diligenter tpa computētur seruatius uel christo fuit contēporaneus: uł si post eius ascensionem natus non potuerūt ultra ānos. 60. elapsos fuisse uel ad plus. 80 Quod si ambrosio & hieronymo ꝓtemporaneus extitit illos circa annos domini constat 380. uel circa floruisse. Et sic seruatium ad etatem quam diximus peruenisse. Quod si quis legendā seruatii de mendacio accuset: nouerit eam tempore henrici .v. imperatoris a celestino papa. 4. in publico cōsistorio autenticatam: ubi omnia que dicta sunt approbata fuerunt.

¶ De scō hilaro abbate. CLXIII

HIlarus abbas tempore theoderici regis longobardoru3 claruit. Hic de tuscia oriundus dum puerulus epistolas pauli legeret diuino spiritu inspiratus & a senio re de uita solitaria informatus annorum. 13. relicto seculo deum orauit: ut eum ad locū duceret ubi solitari⁹ deo seruire posset. Cui angelus domini apparuit ipsumq; de urbe roma ubi habita bat eduxit: & usq; ad montem emilie ei ductor extitit. Ad cuius radices uno miliario fluuius decurrebat: ubi in sanctitate uite deo soli uacare cepit. Adeoq; profecit ut infra triennium in uertice montis ecclesiam constrꝰueret inferiusq; speluncam habitationis sue locaret: ac de labore manuum uictum acquireret. Sicq; annorum existens. 20. sūmum perfectionis apice3 uite regularis attixit. Eodem tempore olibryus q dā nobilis ciuis rauennas a demonio oppressus est: clamante per os eius imundo spiritu q; a nullo inde nisi ab hilaro eiici posset. Et designato loco & uiri effigie ductus est olibry⁹ ad uirum dei: quem sibi in ecclesia oblatum confestim ab obsessione liberauit: & ad xp̄m conuertit. Quē quidam iulianus presbyter casu illac transiens cum uxore & omni familia ꝑmiscui sexus numero. 90. baptizauit. Et post triduum uxor eius eustasia a seculo migrauit. Olibryus uero oibus ꝑ xp̄o errogatis cū filiis suis iulio & eunomio monachus sci hilari factus é: q & cenobiū p̄ diis ditauit: ubi & magna monachoꝝ multitudo breui tēpore excreuit: qb⁹ scūs deo uiuendi regulā ordinauit. ¶ Cū aūt ad instantia3 quorūdā emuloꝝ dicentiū hilarū cū sociis inobedientes regiis mandatis: theoderi⁹ rex milites suos misisset ad monasteriū spoliandū: illi biduo ꝑ deuia mōtiū oberrā tes ad id minime uenire potuerunt. Quod rex audiēs ꝑsonaliter illuc accessit: & dum equo insidens curiam introisset: Equusq; dum stimulatus ulterius procedere nō posset: tandē regē ad terram deiecit nec ipe nec iumentū inde se mouere ualuit donec rex penitens a scō uēiam cum liberatiōe ꝓcepit. ¶ Inter cetera uero regule mandata ſres de collectis frugibus gustare nō audebant nisi ea prius abbati offerebant. Quidā uero frater imaturā uuā ꝑspiciēs tētatione pulsatus ipsam expetiit: & ab abbate gustandā obtinuit. Sed ut racemū capę uoluit ſpentem in manu sua iuenit quē abiiciēs scō nunciauit. Ille uero ubi demonē eē cognouit p caudaꝫ ad ecclesiā traxit: ipmq; hūana uoce loq̄ cōpulit q; ſrem ad hoc desiderio gustus tētauerat: ut si gustasset ip̄m de mōasterio recedere fecisset. Quo dicto ſpens crepuit & demon euanuit. Anno aūt etatis sue. 82. appente sibi angelo & suū obitū post triduum p̄dicente: locellū sibi parari iussit q̄si passibus 100. longe ab ecclesia sua: ubi & quiescēs in pace ꝑditus ē. 3. idus maii.

¶ De scō mutio martyre. CLXIIII.

MVtius p̄sbyter & mr̄: prīo i aphipoli citate detētus mr̄tisq; penis atq; cruciatib⁹ ꝓ xp̄i ꝓfessiōe affect⁹. Postea bizātiū que nūc ꝑstātinopolis dicit̄ usq; pduct⁹ capitali sñia occubuit. 3. id⁹ maii: ut dicit ado in martylogio.

¶ De scō bonifacio mr̄. CLXV.

BOnifacius mr̄ passus ē apud tarsum cilicie citaté tpib⁹ diocletiāi & maxiani ip̄atoꝝ sub p̄side supplicio. Hic cū eēt ſuus & ꝑcurator reꝝ cuiusdā nobilissime matrone nomine aglaie in urbe roma: homoq; ebriosus & adulter ac uitiis dedit⁹ & cū ipsa ei⁹ dña dudū i stupro misceret̄ hospitalitati

tamen & operibus misericordie intendebat. Tandē utriq; diuino nutu compuncti ꝑsiliū habuerūt: ut ad requirēdas martyꝝ aliquoꝝ reliquias bonifaci⁹ mitteret ad ptes ciliciē ubi xp̄ianorū ingens persecutio fiebat: quatenus uterq; eorū orationibus martyrū saluari mererent. Erāt enim uterq; xp̄iani. Bonifacius autē recedens: dixit domine sue q̄si ꝑphetico spiritu inspirat⁹: ut si euenire posset ad emendū corpora martyꝝ secum deferret. Sinautē ipsa corpus suum martyris nomine susciperet. In ipso autē itinere martyr christi a carnibus & uino abstinuit propter martyꝝ reuerentiam: quorum corpora tractaturus erat. Perueniēs igit cū duodecim equitibus & tribus uehiculis ad ciuitatē tarsum conseruos licentiauit: ut irent ad hospitia procuranda: ipse uero ad uidendos martyres festinauit. Inuenitq; alium pedibus suspensuꝫ igne suppositō: alium i quattuor lignis extensum & diutius cesum: alium unguis exaratum: alium manibus abscisum: aliū stipite in collo fixo a terra leuatum. Et sic p diuersa supplicia eos a carnifice cruciari. Qui cum magnū deum martyrum acclamaret: & eorū se pedibus prosterneret: ac illos in domino confortaret: a iudice tentus & interrogatus se christianū uiua uoce ꝑfessus ē. Quē supplicius preses iussit suspēdi: & usq; ad ossium nudationē radi latera ei⁹. Deinde calamos acutos sub unguibus manuū eius configi: & post hec in ore ipsius plumbum liquefactum infundi. Et cum in his omnib⁹ gratias ageret: multi ex gentilibus conuersi furentes aram idoli destruxerunt: & presidē lapidare uoluerunt. Qui timens furorē populi usq; in crastinum inde secessit. Die uero sequenti bonifacium sibi presentatum in confessione persistentem iussit in ollam bullienti pice repletaꝫ uerso capite iactari. Sed ab angelo protectus illesus permansit: olla quoq; sicut cera liquefacta multos de astantibus incendit. Tunc iussit preses: ut gladio caput eius abscideret. Quo facto terremotus magnus factus est: & multi ad christum conuersi sunt. Conserui uero bonifacii eum undiq; perquirentes: putabant eum in taberna aut in adulterio lasciuire. Et obuiantes uni ex cōmentariensibus: querebant eum an uidisset romanum aliquem peregrinum: datisq; signorum indiciis: ille eis denunciauit: ipsum die precedenti uitam martyrio sic finiuisse: deducēsq; eos ad locum & ostendēs eis caput & corpus. Quem illi bonifacium cognoscentes admirati: precio corpus redemerunt: & ungentes illud aromatibus: posuerunt in uno uehiculorū: & reuersi sunt deū collaudantes. Angelus autem domini apparuit aglaie olim domine sue: & rem gestam beati martyris indicauit eidem. Que reuerēter sancto corpori obuiauit: eiq; ecclesiā fabricans quinto stadio ab urbe illud ibidem honorifice condidit. Qui passus est pridie idus maii. ¶ Post hec ✝ aglaia mundo abrenuncians omnem suam familiam manumisit: & omnia pauperibus & ecclesiis erogauit. Sumptoq; habitu sanctimoniali ieiuniis & orationibus omnibus diebus uacauit: miraculorum quoq; signis effulsit: & exinde annis. 13. superuixit. Sepulta apud prefatum martyrem operibus piis consumata.

¶ De sancto bonifacio episcopo. CLXVI

BOnifacius episcopus ferentinus dum adhuc puer cum matre habitaret: egressus hospitiū sepius sine linea uel tunica redibat: qamox ut nudu3 aliquem uidebat se expolians illum uestiebat: & ex hoc eum mater sepius minis & uerberibus affligebat ¶ Die quadam mater horreum suū ingressa granum quod pro toto anno parauerat reperit a puero pauperibus distributum. Cūq; ex hoc se pugnis & alapisq; contunderet: puer horreum ingressus in quo parum grani remanserat: matrem aliquantulum exire rogauit: & fusa oratione matrem ad horreū reduxit: quod plus q̄ primit⁹ tritico plenū repertum est: materq; uiso miraculo cōpuncta: exinde cepit uberes elemosynas elargiri. ¶ Cum autem gallinas plures nutriret: die quadam uulpis gallinā asportauit. Puer autem concitus ecclesiam intrauit: & oratione fusa uulpis rediit: gallinam quam tenebat: dimisit: moxq; ante oculos pueri expirauit. ¶ Procedente igitur etate cum in moribus & sanctis operibus proficeret: ad episcopatum ferentie ciuitatis electus est: Cui ecclesie grauis paupertas inerat: quia unam tantum uineam habebat. Que dum quodaꝫ tempore grandine ita uastata esset: ut uix in ea parui rariq; racemi remansissent: ille tempore uindemie constantio presbytero nepoti suo iussit: ut cuncta uini uascula more solito p̄pararet. Qui licet mirat⁹ unde implerī debuissent: iussa tamen episcopi compleuit. Bonifacius ergo calcatorium cum solo puero ingressus modicos racemos puerum calcare iussit: ex quib⁹ modicum uini defluxit: Quod ipse in paruulo uase suscipiēs cepit in cuncta uasa diuidere: ut uix eo infusa uiderentur. Vocato quoq; nepote presbytero paupes adesse mandauit. Statimq; uinum adeo in calcatorio excreuit: ut oia uasa pauperꝝ replerent. Quo facto egressus apothecā clausit & signauit. Tertio uero die oratione p̄missa cū ꝑstantio rediit: & uasa in qb⁹ modicū uinū infuderat: ubertim uinū fundētia inuenit: ita ut pauimentū infusum eēt si eps

tardius intrasset. Super quo miraculo ipse nepoti sub anathemate silẽtium imperauit. ¶ Vocatus semel a fortunato presbytero ad festũ sci proculi martyris celebrandũ accessit: pataq; missa ad refectionẽ intrauit: ubi q dã ioculator cũ simia ludente astitit & cymbala pcutere cepit. Quod uir scũs dedignãs fleuit uirumq; illũ mortuum prenunciauit: Finito conuiuio cũ ille postq̃ comederat domum exiret: saxum de tecto corruit & ipsum repente percutiẽs extinxit. ¶ Alio tempore nepos eius pdict⁹ constanti⁹ presbyter equũ suum aureis .xii. uendidit: & ipos conscio patruo in arca reposuit. Cũq; subito paupes pro elemosyna ueniissent: & ille qd eis daret penitus nõ haberet: absente nepote arcam uiolenter apuit: &. xii. aureos iter pauperes ꝑdiuisit. Reuersus igit̃ presbyter cuꝫ ea que gesta fuerant repperisset magnis clamorib⁹ pecunias suas repetere cepit. Queꝫ cum patruus placare non posset ecclesiam adiit orationẽ ad deum fecit: pallium suum extendit: & subito in eo aureos. xii. fulgẽtes conspexit. Egressus quoq; illos in faciẽ ꝑsbyteri proiecit dicens ei q̃ nõ habebat amplius quid quereret: sed tñ ꝓpter auaritiã suam eps nõ esset. In qua ꝓtestatiõe se nepotis secreta cognouisse & spm habere ꝓphetie demonstrauit. Ille enim pro adipiscendo epatu pecuniam preparauit: sed tñ in ꝑsbyteratus officio uita excessit. ¶ Die quadam duo gothi apud euꝫ hospitati sunt: qui rauẽnam ꝓgebant: quib⁹ ille puum uini flasculũ manu sua prebuit: qđ fortasse in uno prãdio ꝓsumere potuissent. Ex quo illi ut gothi cõtinue bibentes usq; rauennã peruenerũt: diebus ibidem plurib⁹ cõmorati idem unũ sibi diuinitus abundans in usuꝫ quotidie habuerunt. Et cũ eodẽ poculo ad patrẽ redierũt. Ingressus semel hortũ magnã erucarũ multitudinẽ olera comedentium repperit quib⁹ in xp̃i uirtute mãdauit: ut statim recederẽt: & olera sua de cetero non consumerẽt. Que omnes ad uiri dei uerbum confestim sic inde egresse sunt: ut ne una quidem itra horti spatium remaneret. Sicq; uir domini plen⁹ uirtutibus in pace quieuit.

¶ De scis felice & fortunato maꝝ. CLXVII.

FElix & fortunatus fres ex ciuitate uicentia orti tp̃ib⁹ diocletiani & maximiani impatoꝝ apud urbem aquileiaꝫ passi sunt sub euphemio preside. Qui cũ ad prefatam urbẽ deuenissent & oẽs ad templũ iouis pro sacrificiis inuitarent. Felix & fortunatus germani a quodã apamio de xp̃ianitate sibi delati sunt. Quos ille ferro uictos ante se duci fecit: & eos ad deorum imolatiões hortari cepit. Et cum in xp̃i confessione constantes persisterent: iussit eos preses fustib⁹ cedi. Deiñ i equuleo suspẽsos lãpadib⁹ adhibitis circa latera inflãmari. Et post hec extẽdi supinos feruensq; oleum super uentres eorum ꝑfundi. Et dũ in his omnibus gratias a gentes psallerẽt deosq; gentiliũ uti demonia confutarent: mandauit preses illos capitalẽ subire sententiã: educti ergo extra ciuitatis muros postq̃ breuem orationẽ fudissent dato sibi inuicem pacis osculo decollati sunt. Quorum corpora a fideiib⁹ nocte surrepta aromatibus condita sunt: ut sepulture traderentur. Interea uero ciues eorũ ex uicentia illuc aduenientes ad ciuitatẽ sue originis corpora deferre uolebant. Aquileienses uero contradicebant. Tandem propter metum paganorum adinuicem conuenerũt: ut fortunati corpus uicentini secuꝫ ferrent felicis uero aquileie remaneret. Qui passi sunt pridie idus maii.

¶ De scis uictore & corona maꝝ. CLXVIII

VIctor mꝝ & corona sub antonio imperatore in syria passi sunt. Qui uictor cum ignem & uerbera uenena equuleũ ungulas atq; ardẽtes lãpades superasset: & in ipis omnibus in xp̃i confessione imobilis redderetur. Corona cum esset uxor cuiusdam militis & cepisset sanctũ uictorẽ beatificaꝝ ob martyrii constantiaꝫ: uidit duas coronas de celo lapsas unam uictori & alteram sibi missam. Cũq; hec cunctis audientibus protestaretur: ipsa quidẽ inter arbores duas sectap medium: uictor quoq; decollatus est. Sicq; martyrium suum consumauerũt in pace pridie idus maii. Hec ado in martylogio suo sũpto a beato hieronymo.

¶ De scõ põtio epõ & martyre. CLXIX.

POntius eps & martyr temporibus ualeriãi & galieni sub claudio preside in galliis ciuitate cumella passus é. Huiusꝫ pater marcus nomine urbis rome senator Mater quoq; iulia nobilissima fuit. Que cũ ipsum adhuc in utero gestaret templum iouis ingressa est ut conceptionis munera offerret. Tunc sacerdos idolorum imundo spiritu uexatus clamare cepit: filium ex iulia nasciturum magnum iouis templum destructurum. Quod mater audiens corpus sep⁹ lapidibus tundebat ut fetus in utero deperiret. Sed dei gratia illesum puerum conseruauit. Cum autem natum infantem mater perimere uellet a patre prohibita est. Et dum puer esset & ad scholas philosophorũ accederet: audiens die quadam christianos psallentes. Simulacra gentium argentum & aurum & cetera. Verborum ueritatem meditatur ad sanctum pontianum papam

ingredit: & ab eo una cum quodā eius collega in fide instruitur: ac in xpi nomie baptizatur. Qui matre in gentilitate defuncta patrem conuertit ad xpm. Eoq; mortuo in locum eius dignitati senatorie surrogatur. Qui etiā duos philippos impatores patrem s. & filium ad fidem cōuertit: Deinde dignitate relicta accessit ad gallias p̄dicandas: & in ciuitate cumella eps fact⁹ est. Tandem a claudio p̄side p fide xpi tenet: & in equuleo leuatur: uectibusq; ipositis dudū torquet: ſ3 equuleo repētino sonitu destructo i amphitheatrū ducitur: & duobus ursis ferocissimis nudus exponit: qui eoꝝ uenatoribus interfectis ad pedes sci martyris p̄cūbebant. Inde iubēte p̄side igne circa eū accenso ut cremaret: sūmitas āphitheatri ꝓburit: ipse uero oīno itact⁹ ab igne p̄ducit. Dū aūt ad tēplum iouis īmolatur⁹ adduct⁹ esset: templū cū idolo in puluerem redactū est. Sicq; mādato p̄sidis ibidem capite truncat. Et subito claudius in furorē uersus linguā sibi dentibus corrosit: & oculi anubii assessoris & in passione pontii cōsultoris de capite ei⁹ auulsi sunt. Cui⁹ corp⁹ ibidem a balerio comite sepultum est pridie idus maii.

¶ De scō barbaro martyre. CLXX

BArbar⁹ martyr passus ē i ciuitate muthonis sub iuliano impatore. Qui cū abisset in regionem francoꝝ cōtra hostes imperii habēs ducē militie noie bacchonē: & ille uictoriā obtinuisset: in ipso bello barbar⁹ martyr xp̄ianus miles fuit: qui strenue & uiriliter se gessit: quod impator audiens comitē illū fecit. Post hec dū franci peterēt singulare certamē. Baccho dux barbaꝝ contra francoꝝ athletā misit. Qui p̄tegēte se angelo in xpi noie aduersarium in duello occidit. Sicq; frāci a bacchone & romanoꝝ exercitu fugati expugnant. Cū aūt baccho barbaꝝ ꝓpter habitum triūphū ad deoꝝ sacrificia inuitaret: & ille se xp̄ianum assereret: baccho hec impatori nunciauit: qui barbarum detētū: & īmolare recusantē: dicentēq; se a btō cyriaco baptizatum: nulla rōne posse deos gentiliū adorare. Fecit ip̄m iulianus suspendi: & gladio uentrem eius tādiu radi donec interiora oīa defluerent. Sed orāte sācto ab angelo gabriele sibi apparente interiora eius uisibiliter collecta in uentrē eius reposita sunt: & scissura eius ꝓsolidata: ipseq; depositus permānsit incolumis. Quo uiso miraculo: ✝bacch⁹ cū duobus militibus. s. ✝callimacho & ✝dionysio cōuersi sunt: & i xpi ꝓfessione iubente iuliano decollati: deinde sanctū martyrem fecit rote ferree alligatum circūduci igne suppositō & oleo superfuso. Martyr aūt orans permansit inustus: flāma quoq; erumpens duos ex gentilibus interfecit. ¶ Post hec in carcerē barbarus mittitur: sed apparente sibi dño cōfortatur. Mane aūt facto educt⁹ in quattuor lignis extenditur: & neruis taurinis ante & retro ceditur: deinde caminus per tres dies incenditur: ut in eo imitteret: in quo martyr xpi septem dieb⁹ incōbustus oīno pmansit: & ex eo quasi ex suaui balneo p̄siliuit. Missus est postmodū in carcerem: scorpionibus & serpentibus ibidem iniectis: quos oēs ab eis in tact⁹ signo crucis effugauit. Inde in boue eneo succenso fecit eum impator includi: sed ipse ab omni exustione immunis permansit. Bos aūt uti uiuus calorem sentiret: mugire & ambulare cepit. Ad quod miraculū multi conuersi sunt. Nouissime uero iubente iuliano capite cesus est. Cuius corpus ab epō felicio in ciuitate muthonis sepultuꝫ est pridie idus maii.

¶ De scō pacomio abbate. CLXXI

PAcomius abbas uir doctrine & apostolice uite egypti cenobiorum fundator fuit. Hic apud thebaidem mira scitate ꝓspicuus: i specu diu latitans ab angelo monitus ad fundationē monasteriorū accessit: regulam quoq; eis aptā angelo dictante cōposuit: ipsamq; & traditiōes deo uiuendi eis dē cōcessit. In horū aliquo monasteriorum aliquando septem milia monachoꝝ erant. Sed maximū & precipuum in quo erat paconi⁹ habebatur. In quo mille quingēti monachi deo seruientes degebant: diuersisq; ministeriis ꝓpriis manibus laborabāt. Indeq; uictū sibi & pauperibus acquirebant. ¶ Apparuit ei die quodam diabolus in specie elegātis femine: ut ip̄m de carnis tētatione pulsaret. Sed ab illo cognitus diuina uirtute cōpulsus est multa utilia sibi edicere ad tētatiōes euitandas. Indeq; ab eo signo crucis effugat. Huic etiam xp̄s spinis coronatus apparuit: Multiplicatiōes cenobioꝝ & monachorum egypti: & inde eorūdem desolationes ꝓpter hominū peccata p̄dicens. Quieuit aūt i xp̄o sanct⁹ pater anno. 9. archadii & honorii iperatoruꝫ etatis uero sue cētesimo decimo: ut ait sigibertus pridie idus maii. ¶ Hic sanct⁹ preter regulam quā angelo sibi dictante cō scripsit: ut dictū est. Ad collegas prepositure sue diuersas multarū uirtutum scripsit epistolas: uidelicet ad abbatē corneliū unā. Ad abbatē syrum unā. Ad omniū monachorum ꝓpositos ut in unū cōuenientes paschalem diem celebrent unā. Similiter ut ad diē remissionis que mense augusto agitur iideꝫ congregentur unam. Item ad fratres qui foris monasterium operari missi fuerant unā. Hec gennadius de illustribus uiris.

¶De ſancto pacomio confeſſore. CLXXII.

PAcomi⁹ mõach⁹ in ſcythi fuit. Ad quẽ uẽit heraclides graui carnis tẽtatione pulſatus. Qui ab eodẽ ia3 ſeptuagenario audiuit q̃ per annos. xii. huiuſmodi tentationẽ nunq̃ deprimere potuerat: unde quaſi deſperatus ſe nudum fere deuorandum proiecerat: ſed illeſus dimiſſus ad cellam redierat. Cui diabolus apparuit in ſpecie puelle pulcherrime ſuper genua uiri ſancti procũbẽs Quam ut ipſe manu in faciem percuſſit confeſtim euanuit: ſed biennio ſibi fetor i manu permanſit. Inde aſpidem uerendis appoſuit: ut ſe morderet & ſic tentationem fugaret: ſ3 illeſus permanẽs a ſerpente a domino cõfortatus eſt. Et ſic in ſancto propoſito perſeuerauit. Hec heraclides. Quieuit i domino pridie idus maii.

¶De ſcõ theodoro abbate. CLXXIII.

THeodor⁹ pacomii abbatis ſucceſſor inſignis ſanctitate & doctrina ſpectabilis in libro de collationibus patrum a caſſiano edito multimode cõmendat⁹. Qui poſt ipſum eius ſucceſſore3 monaſteria ſua in ſũmo perfectionis apice ſtrenue gubernauit. De concordia & unitate: & de permanendo i propoſito cordis & ſtudii exhortatorias & elegantes ad alia monaſteria plures epiſtolas ſcripſit: & miraculis clarus i domino qeuit. Hec gẽnadius libro de uiris illuſtrib⁹.

¶De ſcõ oroſienſe abbate. CLXXIIII

ROſienſis monachus pacomii & theodori abbatum collega uir morum perfectiõe ꝓſpicuus: & i ſcripturis diuinis ad plenum eruditus fuit. Qui librum edidit totius diſcipline monaſtice eruditionis cõſtructum: librum quoq; alium totum plene teſtamentum uetus & nouum iuxta neceſſitatem monaſticam compendioſis diſſertiõib⁹ exponentem quẽ teſtamẽti uice prope exceſſus ſui ſinem fratribus obtulit. Et ſanctitate pollens in pace obdormiuit. Hec gennadi⁹. ubi ſupra.

¶Explicit liber quartus.

¶Incipiunt capitula libri quinti.

De feſto pentecoſtes i
De ſcõ iſidoro martyre ii
De ſcis torquato & ſociis epiſcopis & confeſſoribus iii
De ſcis petro paulo andrea & dionyſia martyribus iiii
De ſcõ peregrino epõ & martyre v
De ſcõ ubaldo epiſcopo vi
De ſcã maxima uirgine vii
De ſcõ torpete martyre viii
De tráſlatione ſci ſyri epi viiii
De ſcõ ſophonia propheta x
De ſcõ dioſcoro martyre xi
De ſcõ uenantio martyre xii
De ſcõ felice epõ & martyre xiii
De ſcõ pudente confeſſore xiiii
De ſcã potentiana uirgine xv
De ſcõ ioanne martyre xvi
De ſcõ calocero & parthemio martyribus xvii
De ſcõ celeſtino papa prio xyiii
De ſcõ celeſtino papa .v. ſiue petro confeſſore xviiii
De ſcõ celeſtino confeſſore xx
De ſcõ hiuone preſbytero xxi
De ſcis euſtathio & ſociis mr̃ xxii
De ſcã babilla uirgine & maꝛ xxiii
De ſcõ baudelio martyre xxiiii
De ſcõ auſtregiſillo epõ xxv
De ſcõ cõſtantino iperatore xxvi
De ſcõ hoſpitio confeſſore xxvii
De ſcis timotheo polio & eutychio martyribus xxviii
De ſcã iulia uirgine & martyre xxix
De ſcis caſto & emilio maꝛ xxx
De ſcis deſiderio epõ & ſociis mr̃ xxxi
De ſcõ deſiderio alio epõ & mr̃ xxxii
De ſanctis theopompo epiſcopo & ſeneſio martyre xxxiii
De ſcõ manaem diſcipulo xxxiiii
De ſcã ioãna uxore cuze diſcipl'a xxxv
De ſcõ ſeruulo martyre xxxvi
De ſcis donatiõ & rogatiõ mr̃ xxxvii
De ſcis anolino & ſociis maꝛib⁹ xxxviii
De ſcõ urbano pada & martyre xxxix
De ſcõ niceto martyre xl
De ſcõ zenobio epiſcopo xli
De ſcõ dionyſio mediolañ epõ xlii
De ſcõ mutio abbate xliii
De ſcõ mutio altero abbate xliiii
De feſto corporis ieſu xp̃i xlv
De ſcõ eleutherio papa & maꝛe xlvi
De ſcõ quadrato diſcipulo xlvii
De ſcõ auguſtino epõ anglox xlviii
De ſcõ hildeunto epiſcopo xlix
De ſcis priſco & ſociis maꝛyb⁹ l
De ſcõ ioãne papa prio & maꝛe li
De ſcõ ioanne papa ſecundo lii
De ſcõ ioanne papa tertio liii
De ſcõ ſymmacho patricio & mr̃ liiii
De ſcõ beda uenerabile p̃ſbytero lv
De ſcõ iulio martyre lvi
De ſcõ eutropio epiſcopo lvii
De ſcis ſymmetrio & ſociis mr̃ lviii
De ſcõ germano epõ piſieñ lviiii
De ſcõ carauno martyre lx
De ſcõ guilelmo confeſſore lxi

De scis conone & filio eius marty. lxii
De scis sisinnio martyrio & alexandro martyribus. lxiii
De sancto maximino episcopo. lxiiii
De translatione corpis sci nicolai lxv
De scō theodoro epō myreoꝝ mar. lxvi
De sancto nicolao epō seniore lxvii
De scō felice prio papa & martyre lxviii
De sancta petronilla uirgine lxix
De sanctis cantio cantiano & cantianilla martyribus lxx
De sancto pamphilo martyre lxxi
De sancto uincentio confessore lxxii
De scis reuerіano epō & sociis mar. lxxiii
De scis marcellino & petro marty. lxxiiii
De sancto erasmo epō & martyre lxxv
De scō photino episcopo & marty. lxxvi
De scis blandina & sociis marty. lxxvii
De scō nicolao peregrino ꝓfessore lxxviii
De sancto zacharia monacho lxxix
De scis pgentino & laurentino mar. lxxx
De scō lifardo presbytero & ꝓfes. lxxxi
De sancto isaac martyre lxxxii
De sancto isaac presbytero lxxxiii
De sancto isaac confessore lxxxiiii
De scō quirino episcopo & marty. lxxxv
De scis quadraginta q̄ttuor marty. lxxxvi
De scō bonifacio epō & sociis mar. lxxxvii
De scō bonifacio epō & martyre lxxxviii
De scō bonifacio epō & ꝓfessore lxxxix
De scis nicandro & martiano mar. xc
De sancto philippo diacono xci
De sanctis artemio candida & paulina martyribus. xcii
De sanctis uiginti martyribus xciii
De sancto uincentio episcopo xciiii
De sancto paulo epō & martyre xcv
De translatiōe corpis ci seruatii xcvi
De sancto medardo episcopo xcvii
De sancto gildardo episcopo xcviii
De scis primo & feliciano mr̄ibus xcix
De sancto maximiano episcopo c
De sancto maximino episcopo ci
De sancto cedonio episcopo cii
De sanctis basilide tropode & mandale confessoribus. ciii
De sanctis getulio cereale amantio & primitiuo martyribus ciiii
De sancto barnaba apostolo cv
De sancto onophrio eremita cvi
De sancto timotheo eremita cvii
De sanctis basilide cyrino nabore & nazario martyribus cviii
De sanctis ioanne andrea thadeo & philippo confessoribus cix
De iuētiōe corpis sci ātonii eremite cx
De scō antonio ꝓfes. ordis minoꝝ cxi
De scā felicula uirgine & martyre cxii
De scō peregrino epō & martyre cxiii
De scō sandilla p̄sbro & martyre cxiiii
De sancto heliseo propheta cxv
De scis rufino & ualerio martyrib⁹ cxvi
De sancto brandano episcopo cxvii
De scis uito modesto & crescētia m. cxviii
De sancto hesychio martyre cxix
De scis fereolo & ferutiōe mr̄ibus cxx
De sanctis rothlando & uliuerio & aliis militibus martyribus cxxi
De sancto himerio episcopo cxxii
De scā helisabet de scouāgia cxxiii
De scis marco & marcelliano mr̄. cxxiiii
De scis cyriaco & paula uirg. & mr̄. cxxv
De scis gerusio & ꝑthasio marty. cxxvi
De sancto ursicino martyre cxxvii
De sancto romualdo abbate cxxviii
De scis ioanne & benedicto marty. cxxix
De sancto nouato discipulo cxxx
De scō siluerio papa & martyre cxxxi
De sancto albano martyre. cxxxii
De scis albano epō & sociis mr̄i. cxxxii
De scō eusebio episcopo cesarieñ. cxxxiiii
De scā demetria uirgine & marty. cxxxv
De sancto leufredo abbate cxxxvi
De scis decem milibus martyrib⁹ cxxxvii
De sancto paulino episcopo cxxxviii
De sancta hildegarde uirgine cxxxix
De sancto nicea episcopo cxl
De sancto iuliano martyre cxli
De sancta edeltrude regina cxlii
De sancta maria de cegnies cxliii
De sancto ioanne p̄sbytero & mar. cxliiii
De scō felice presbytero & mr̄. cxlv

¶Expliciunt capitula quinti libri.

¶Prologus quinti libri.

QVintus liber p̄sentis catalogi cōtinet passiōes ac gesta scōꝝ: quorum festiuitates eueniunt infra tēpus in quo ecclesia representat diuini uerbi & ipsi⁹ ecclesie matrimonialē ꝓsumationē: ex qua subsecutam nouimus iugem liberoꝝ ꝓcreationē & ꝓpagationē: quod tēp⁹ fuit a die pentecostes: & durabit usq; ad sēculi finem. Et ip̄m tps representat ecclesia a festo pentecostes usq; ad aduentum. ¶In quo quidē tēpore: primo ip̄m matrimoniū ꝓsumat: uidelicet a p̄misso pentecostes festo usq; ad octauā corporis xp̄i. ¶Secūdo ex ipso matrimonio spūalis generatio ꝓpagatur: ab octaua corpis xp̄i usq; ad aduentū. Ideoq; primo in hac ultima parte ponent festiuitates scōꝝ occurrentes infra tempus illud in quo representatur diuini matrimonii ꝓsumatio. Et hoc i toto quinto libro presenti. Deinde subsequēter ponēt festa occurrētia infra temp⁹ illud in quo repsentat

ex ipo matrimonio filioꝝ generatio & multiplicatio. Et hoc in .6.7.8.9. & .10. subsequẽtibus libris. ¶ Rursuꝫ in hoc tpe ꝯiugium xpi & eccleſie ꝯſumatur & perficitur. ¶ Primo ꝓpter ſpirituũ unionẽ que principalior eſſe debet. Hoc aũt agit in ipſo feſto pentecoſtes & per octauã: In quo ꝓmiſſo ſpiritu ſcõ in filios adoptionis effuſo mẽbra capiti ſpiritali ꝯpage ꝯnectuntur. ¶ Scõdo etiã per corpum ꝯiunctionẽ: ꝙ eccleſia repreſentat i ſubſequente euchariſtie feſtiuitate uſq; ad octauam ipius. In quo celebrat memoria illius uenerabilis ſacramẽti p cuius sũptionẽ fideles xpo etiã corpaliter copulãtur. ¶ Et q̃uis iſtud tps iuxta fictionẽ p nos alibi poſtea nõ deberet ꝓtendi niſi uſq; ad diẽ tertiũ nonaꝝ iunii: ubi finiret octaua corpis xpi quãdocũq; ipm feſtũ ſequeret diem paſche ut ſupra deſcripſim⁹ uidelicꝫ ſi paſcha occurreret .vi. cal. aprilis. Tamẽ iſtud tps & p cõſequẽs librũ iſtum ꝓtendem⁹ uſq; ad natiuitatem ſci ioannis baptiſte. Et hoc triplici ratione. ¶ Primo qa feſtũ corpis xpi qd ẽ ultimũ inter feſta mobilia aliquãdo uſq; ad baptiſte natiuitatẽ differtur & extẽdi põt. ¶ Secũdo ut liber iſte ab aliis i ſui breuitate non multũ diſcrepet: ſed potius adequet. ¶ Tertio ut ſubſequẽs liber ab aliquo feſto notabili incohetur. Ad huius ergo tẽporis feſta perſcrutanda procedendũ eſt.

¶ Incipit liber quintus a pentecoſte uſq; ad natiuitantem ſancti ioannis baptiſte.

¶ De feſto pẽtecoſtes ſpirituſſancti. Ca. I.

Entecoſte dicitur a numero dierũ q a reſurrectiõe dñi uſq; ad diẽ iſtum trãſierunt: qui fuerunt dies. 50. Nam pente conta grece: latine ſonat quinquagita. Nam die quiquageſimo a reſurrectõe ſpuſſanct⁹: ut ſacra actuũ teſtat hiſtoria i apoſtolos i liguis igneis miſſus ẽ: qđ ad litteraꝫ ꝓtigit idib⁹ maii. ¶ Circa cuius miſſionẽ q̃ttuor cõſideranda ſunt. ſ. Ex pte dei mittentis infuſio gratioſa. Ex pte ſpiritus ad ueniẽtis iſpiratio miraculoſa. Ex pte cetus ſuſcipientis diſpoſitio uirtuoſa. Et ex pte effectus ſubſequentis opatio fructuoſa. ¶ Circa primũ ſciẽdũ ꝙ infuſio gratioſa dei mittẽtis attenditur. ¶ Primo ꝓpter miſſionis liberalitatẽ. Nam adeo deus ſpiritũ ſanctũ liberaliter miſit: ꝙ pater miſit: & filius miſit: & ſpirituſſanct⁹ etiã ſe ipm dedit. ¶ De primo ioánes .14. paclitus aũt ſpirituſſanct⁹ quem mittet pater ꝛc. ¶ De ſecũdo ioánes .15. Si ãt abiero mittã euꝫ ad uos. ¶ De tertio ioánis 16. Cũ uenerit ille ſpirit⁹ ueritatis ꝛc. Nam ſicut dicit leo papa i ſermone beate trinitatis imutabilis deitas una ẽ in ſubſtantia: idiuiſa in opere: conſors i uoluntate: par i oipotentia: equalis in gloria. Diuiſit aũtẽ ſibi opus nr̃e redemptiõis miſericordia trinitatis: ut pater propiciaret: filius ſaluaret: ſpirituſſanctus igniret. Quia eni ſpirituſſanct⁹ deus ẽ. Ideo recte dicit ſe ipſuꝫ dare. Miſit aũt euꝫ pater omipotẽter filius ſapienter. Ipſe autẽ ſpiritus ſe ipſuꝫ dedit beniuolenter. ¶ Secũdo pp miſſionis pluralitatẽ. ¶ Nã ipſe ſpirituſſanctus dat. Primo iuiſibiliter cũ mentibus caſtis illabit. Ioánis tertio ſps ubi uult ſpirat & uocẽ eius audis: ſed neſcis unde ueniat aut quo uadat. ¶ Secũdo uiſibiliter cũ aliquo ſigno uiſibili oſtenditur luce .3. Deſcendit ſpirituſſanct⁹ corpali ſpẽ ꝛc. ¶ Item ipſe ſpirituſſanctus apoſtolis tribus uicibus datus ẽ. ſ. ante paſſionẽ: poſt reſurrectionẽ: & poſt aſcenſionẽ. Prio ad faciẽdũ miracula. Secũdo ad relaxandũ peccata. Tertio ad cõfirmandũ corda. ¶ Prio eni dedit eis ſpiritũſanctũ quãdo eos ad predicãdũ miſit: & ſuper oia demonia & ut langores curarent poteſtatẽ tribuit. Hec eni miracula p ſpiritũ ſanctũ fiebant matth. 12. Si aũt ego i ſpũ dei eiicio demonia ꝛc. ¶ Scõdo qñ eis inſufflauit dicens. Accipite ſpiritũſanctũ quoꝝ remiſeritis peccata ꝛc. ioánis. 20. ¶ Tertio qñ eis cõgregatis hac die in cenaculo ſpiritũſanctuꝫ i linguis igneis effudit actu .2. ¶ Tertio attẽditur hec infuſio pp miſſionis diuerſitatẽ. Nã i diuerſis figuris & formis ſpũſcũs miſſus ẽ ꝓpter eni formã liguaꝝ igneaꝝ i qua apoſtolis datus ẽ: de qua infra dicet: alias ſpũſcũs i triplici ſpẽ miſſus eſt. ¶ Prio i ſpẽ colũbe ſup xpm baptizatum ioãnẽs prio ſup quem uideritis ſpm dei ſicut colũbã deſcẽdẽtẽ ꝛc. Et hoc ꝓpter triplicẽ colũbe proprietatẽ. Nam gemitũ ꝓ cãtu hẽt felle caret: & i foramib⁹ petre manet. Sic ſpũſcũs quos replet facit pro peccatis gemere. ro. 8. Ipſe ſpũs ꝓ nobis poſtulat geitib⁹ ienarrabilib⁹. gregorius prio nos poſtulantes & gementes facit. Facit eos eſſe ſine felle amaritudis. Sap. 12. O q̃ bonus & ſuauis ẽ dñe ſps tu⁹ i nobis. Facit eos i foramib⁹ petre hitare. i. i xpi uulneribus cant. 2. Surge amica mea ꝯcolumba mea glo: fouens mihi pullos meos iſuſione ſpũſci: i foramibus petre glo. i. i xpi uulneribus. ¶ Scõdo i ſpe nubis ſup xpm trãſfiguratuꝫ. Nubes ſe a terra eleuat refrigeriũ ꝓſtat: & pluuiam generat. Sic ſpũſcũs quos replet a terrẽis eleuat. ez. 8. eleuauit me ſpi-

ritus iter celū & terrā. A uitiis refrigerat: uñ
bté uirgini dr. Spūſſcūs ſupue. i te & uir. al-
tiſ. obum. t. ideſt ab eſtu uitioꝝ refrigerabit
Pluuiá lachrymaꝝ generat. ps. Flauit ſpūs
eius & fluẽtaque. ¶ Tertio in ſpecie flatꝰ qñ
i apoſtolos iſufflauit: ut dictū eſt. Flatus le
uis eſt: calidꝰ eſt: & uite neceſſariꝰ ẽ. Sic ſpū-
ſcūs leuis eſt. i. uelox ad ſe diffundẽdū. oibꝰ
eni mobilibꝰ mobilior ẽ. Ambroꝰ neſcit tar
da molimia ſpūſſci gratia. Calidus eſt ad in
flāmandū. luce. 12. ignẽ ueni mittere i terrá
Neceſſarius eſt ad reſpirandū. ps. Auferes
ſpūm eoꝝ & deficient. & ifra Emitte ſpiritū
tuū & creabunt ꝛc. ¶ Circa ſecundū ſciẽdū
ꝙ iſpiratio miraculoſa ſpūs aduenientis at-
tendit. ¶ Prio ex parte tẽporis cõpetentis.
Nam miſſus eſt qnquageſimo die a paſcha:
ut deꝫ itelligi: ꝙ ſpūſſanctꝰ ẽ legis ꝓfectio:
peccatoꝝ remiſſio: & eterna remuneratio.
Legis ꝓfectio: quoniá ſm glo. a die agni im
molati qnquageſima die data ẽ lex i igne in
mõte ſina: ſic die qnq̃geſima datur ſpūſſcūs
in igne i monte ſyon: q ipſe ſpūſſcūs eſt pfe
ctio legis. Quia plẽtudo legis eſt dilectio.
¶ Eſt peccatoꝝ remiſſio. unde glo. iõ i qnq̃
genario qa indulgentia fiebat i iubileo: & ꝓ
ſpiritu3 peccata remittunt ꝛc. ¶ Eſt eterna
remuneratio. uñ glo. ſicut. 40. dies poſt re-
ſurrectionẽ qbus cũ diſcipulis dñs cõuerſa
tur: ꝑſentẽ eccleſiam deſignant: Sic qnq̃geſi
mꝰ dies: quo ſpūſſcūs dat: denariū eccleſie
remuneratiõis exprimit. ¶ Miſſus ẽ etiá die
dñica: quo die mūdi fuit incohata creatio ꝓ
patris oipotentiá: qñ dixit deꝰ fiat lux ꝛc. Eo
etiá die fuit icepta & ꝓſumata repatio ꝓ filii
ſapiam. Ná die dñico xps natus eſt: & die do
minico reſurrexit. Iccirco eodem die debuit
i cohari mundi ſcificatio ꝓ ſpūſſci clemen
tiam. ¶ Miſſus eſt & hora tertia: ut ſic per fe
ctio opis huius aduẽtus trinitati aſcribatur
¶ Secundo ex ꝑte modi ꝓgruentis. Ná factꝰ
eſt repente de celo ſonus ꝛc. Sonꝰ eni hic fuit
repentinꝰ: qa ſpūſſanctꝰ tarda molimina ne
ſcit. Celeſtis: qa celeſtes effecit. Vehemens:
qa ue eternum adimit: unde uehemens quaſi
ue demẽs. Vel qa mentẽ ad deū uehit: unde
uehemens q̃ſi uehens mentẽ. Fuit & replens
qa repleti ſunt oẽs ſpūſſcõ: cuius repletiõis
ſignum eſt. Non reſonare: ná doliũ plenum
nõ reſonat. Et apoſtoli i tribulatiõe nõ reſo
nabãt: ſed ibant gaudẽtes a ꝓſpectu ꝓcilii ꝛc
Non plus recipere: nam uas liquore plenuꝫ
plus recipe nõ põt. Et apoſtoli nihil ꝓpriuꝫ
habere poterant: ſꝫ i cõe oĩa diuidebant. Su-
per effluere: quod patet in fluuio inundãte:
ſic apoſtoli cepunt ſup effluere: qa cep: rũt
loq uariis linguis. ¶ Tertio ex ꝑte fláme ap
parentis: qa i linguis igneis apparuit. Circa
quod eſt uidendũ prio: q̃re apparuit i ligua
potius q̃ i alio mẽbro. Secudo q̃re potius in
igne q̃ in alio elemento. Ad primũ ſciẽdum
ꝙ apparuit i linguis: prio ut ignea uerba ꝓ-
ferrent. Scdo ut legẽ igneã ꝓdicarent. Tertio
ut ſpiritũſſũm q ignis ẽ: ꝓ eos loq cognoſce
rẽt. Bernar. uenit ſpūſſcūs ſup diſcipulos in
linguis igneis: ut uerba ignita loquerent: &
igneã legem lingue ignee ꝓdicarẽt: & ſpũm
ſanctũ ꝓ ſe loqui cognoſcerent. Vel ut dicit
greg. Iõ in ligua apparuit: qa ſicut uerbuꝫ
hois i publico lingua ꝓfert: ſic uerbum dei
quod apoſtoli ꝓdicauerunt ſpūſcõ mũdo ꝓ-
palatur. ¶ Ad ſecundũ ſciendũ: ꝙ ignis hẽt
14. ꝓprietates ꝓ quas denotãt opationes ad
uentus ſpūſſci: quaꝝ. 7. denotant: ꝙ ꝓ ipm
7. principales uirtutes. i. tres theologicas &
q̃ttuor cardinales acq̃rimus. Alie. 7. demõ-
ſtrãt q̃liter per ipm a. 7. capitalibꝰ uitiis ex
piamur. Nam ignis hẽt uiruté exceſſiuá: qa
excellit nobilitate & ſubtilitate alia corpo-
ra. Hec eſt fides que de ſubtiliori materia ꝓ
tractat: & eſt nobilior cunctis uirtutibꝰ: qa
ſine fide ipoſſibile eſt placere deo. Eleuati-
uam: qa ſurſum tendit. Hec eſt ſpes que mẽ-
tem ad celeſtia ꝓuehit. Calefactiuam: qa ut
ad ſenſum patet frigꝰ expellit. Hec eſt chari-
tas que affectũ i deo accendit. Illumiatiuá:
quia tenebras fugat. Hec eſt prudentia: que
aium dina & humana ſapia ꝓluſtrat. Diſcre
tiuá: qa ignis metalla ab iuicẽ diuidit: hec
eſt iuſtitia: que inter bonũ & malum diſcer
nit: & ius ſuũ unicuiq; tribuit. Conſolidati-
uam: qa uaſa teſtea idurat: hec eſt fortitudo
que aium mollẽ i deum ꝓſolidat. Purificati-
uam: qa rubigines metalloꝝ tollit. Hec ẽ tẽ
perantia que uitioꝝ rubigines ꝓſumit. Item
ignis habet uirtutẽ curatiuá: qa recta ligna
ad arcuoſitatẽ reflectit. Hoc ſpūſſcūs contra
ſuperbiá operatur altitudies icuruando per
humilitatẽ. Attractiuam: quia aere attrahit:
ut patet i uentoſis: hoc contra iuidiam emu
lationes attrahendo. Cõſumptiuá qa ligna
ꝓſumit. hoc cõtra auaritiá tẽporalia in uſus
pauperꝝ expendendo. Motiuá: qa ſemp mo
uet: Hoc cõtra accidiá. qa amor dei nunq̃ ẽ
occioſus. Molificatiuá: qa metalla liqueſa
cit: & ferꝝ molle reddit. Hoc ꝓtra iram cor
uindictá expetens demulcendo. Sanatiuam
qa aerem infectũ ſanat. Hoc cõtra gulá eius
infectiones purgãdo. Reſtrictiuá: qa fluidũ
lac coagulat. Hoc cõtra luxuriá eius fluxũ
reſtrigendo. ¶ Circa tertiũ ſciendũ: ꝙ diſpo
ſitio uirtuoſa cetꝰ ſuſcipiẽtis ꝓſiderat. Prio
pp numeꝝ: ná ſpūſſcūs i. 120. diſcipulos cor
poraliter miſſus eſt: ꝓ qđ ſignificat: ꝙ ſpūſ
ſcūs i uniuerſos eccleſie filios: uidelꝫ i ſolos
ꝓfectos diffundẽdꝰ erat. Ná hic numerꝰ. 120
ſunt. 12. denaria. Numerꝰ aũt duodenarius
orbis uniuerſitatem ꝑportat: qa & celum

diuiditur in duodecim signa & terra in duo decim uentos: & annus in duocecim menses Numerus autem denarius legis perfectionē dessignat. Sed decem per duodecim multiplicata faciunt centum & uiginti. ¶Vel per hoc ostenditur q̄ illi in quos spirituſſanct⁹ uenit habere debebant perfectionem legis mosaice que consistit in decem preceptis:& fidei euangelice que consistit in duodecim articulis. ¶Secūdo propter locum. Datur enim spirituſſanctus in cenaculo montis syon. Ad qđ quindecim gradibus ascendebatur: In quibus dauid ad tabernaculuz domini ascendens quindecim psalmos graduales decantabat. Si autem ordine numerali ab uno incipias & superaddas duo & deinde tres deinde quattuor & sic usq̄ ad quindeciz per uenies ad numerum centum & uigibti. In quo numero spirituſſanctus effusus est: ut sic ipsius loci gradus mystice prophetarent per excrescentiam numerum illorum hominum in quibus spirituſſanctus in eodem loco fuerat corporaliter diffundendus. ¶Tertio propter meritum. Fuerunt enim apostoli receptacula munda sicut de eis cantatur ad spūſſancti susceptionem: & hoc propter septem que in ipsis reperta sunt que in textu notantur. ¶Fuerunt enim primo animo qeti: qđ notatur cum dicitur. Dum complerentur dies pētecostes idest dies requietionis isaie septuagesimosexto. Super quem requiescet spirit⁹ me⁹ nisi super humilem & quietum. ¶Secundo dilectione uniti: qđ notatur ibi. Erant omnes pariter. Ideo cantatur de eis. Inuenit eos concordes charitate. ¶Tertio loco secreti qđ notatur ibi in eodem loco. i. in cenaculo: Osee. Ducam eam ad solitudinem & loquar ad cor eius. ¶Quarto oratione assidui: unde cantaur: orantibus apostolis deum et cetera. Sapiētie octauo. Inuocaui & uenit in me spiritus sapientie. ¶Quinto humilitate prediti: quod notatur ibi discipuli: psalmista Qui emittit fontes in conuallibus. idest dat gratiam humilibus ut dicit glosa. ¶Sexto pace coniuncti qđ notatur in hoc q̄ erant in hierusalem que interpretatur uisio pacis: unde & dominus quando post resurrectiōem discipulis apparuit: primo pacem anunciauit: & postea spiritum sanctum dedit. ¶Septimo contemplatione erecti: qđ notatur quia erant sedentes: unde maria que uitam contemplatiuaz designat sedebat ad pedes domini & audiebat uerbum illius. ¶Circa quartum autem notandum q̄ operatio fructuosa effectus subsequentis notatur in sex effectibus: quos spirituſſanctus adueniens operatus est: qui continentur in illa auctoritate ioannis decimosexto paracletus autem spirituſſanctus ⁊c. ¶Primo ad consolandum mestos qđ notatur ibi paraclitus idest consolator isaie sexagesimoprio spiritus domini super me: & infra: ut ponerem consolationem lugentibus syon. ¶Secundo ad uiuificandum mortuos: qđ notatur ibi spiritus: quia spiritus est qui uiuificat ezechielis trigesimoseptimo. Ecce ego mittam in uos spiritum & uiuetis. ¶Tertio ad sanctificandum immundos: qđ notatur ibi sanctus: psalmista fluminis impetus. i. inundans gratia spiritus letificans ciuitatem dei. & infra. Sanctificauit tabernaculum suū altissimus: per ipsum uidelicet flumen. ¶Quarto ad pacificandum odiosos: qđ notatur ibi pater. Naz pater naturaliter diligit filios. ioannis decimosexto ipse enim pater amat uos ⁊c. ¶Quinto ad saluanduz iustos qđ notatur ibi. In nomine meo: qđ est iesus qui salus interpretatur glosa in nomie iesu pater misit spiritum ut ostendat q̄ ad saluandas gentes uenit. ¶Sexto ad docendū ignaros: qđ notatur: quia ille uos docebit oia ioannis decimoquarto. Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis docebit uos omnem ueritatem.

¶De scō isidoro martyre. II.

ISidorus martyr alexandrie ortus tempore decii imperatoris apud chium insulam passus est. Hic cum esset christian⁹ occult⁹ Numerianum pretorem a decio ad ipsam insulam missum comitatus est: & apud quandam peccatricem aphram nomine: que tres puellas publice omnibus se prostituētes detinebat: hospitatus est. Quas sanctus nocte illa cum amelio eius comite christiano in fide christi erudire cepit. Cum autem puelle eius pedibus prouolute misericordiam & animarum suarum salutem expeterent. Interea lucerna extinguitur: & dum una ex puellis ad ipsam accendendam egreditur: orante sancto martyre: celesti luce domus subito illustratur. Quod puella lumine mutuato rediens & uidens obstupuit: & lux illa celica tota nocte perseuerauit: Cum autem aphra mane facto hec omia matri sue rettulisset: illa conuersa ad se sanctū accersiuit & ab eo ueritatem fidei didicit: ueruz postq̄ puelle cum aphra octo diebus ieiuniis & orationibus admonente sancto martyre isidoro institissent: apparuit diabolus in specie ethiopis teterrimi: qui de sancto uiro isidoro querelam faciebat: eo q̄ sibi res suas subtrahebat: & ne sanctus ipsum in abyssum demergeret exorabat. Cui martyr domini id se facturum promisit dummodo demon

draconem occidat: qui in ipsa insula apud quendam fontem habitans plurimos pere merat. Sicq; diabolus draconem interfecit: & isidorus fontem purgauit. Aphra uero cum puellis & matre conuerse sunt: & a presbytero phylloronio baptizate.

¶Hec audiens numerianus isidorum tenuit: & primo in quattuor lignis extensū bouinis neruis crudis grauiter cedi iussit deinde in carcere5 misit. Et cum christu5 constanter confiteretur: inde eductus: pedibus equo alligatur: & per aspera & crepidines montanas distrahitur: moxq; uirtute diuina in ipo loco per quem tractus est: aculei & spine in arbores gummi mastiches defluentes conuerse sunt: & in testimonium eius martyrii manant usq; in presens nec ualent in loco altero trāsplātari: quin continuo desiccantur: aut gummi nunquam emittunt. Deinde in camino ignis immissus: cum inde illesus exisset: iussu numeriani decollatus est. Corpus quoq; eius in puteo a paganis proiectum ab amelio eius comite: & murope sancta matrona inde leuatum iuxta eundem puteum sepultū est. Sed & supra corpus & puteum processu temporis basilica a fidelibus constructa: puteum intra sui ambitum tenet: de cuius aqua omnes egri potantes sanantur: ut dicit ado. Tempore uero dominici michaelis ducis uenetiarum corpus huius martyris inde a uenetis ad eorum urbem translatum quiescit in ducali basilica sancti marci. Passus est autē idibus maii.

¶De sanctis torquato & sociis episcopis. III

TOrquatus: ctheliphon: secūd⁹ indaletius: cecilius: hesychi⁹: & eustathius rome a sanctis apostolis episcopi ordinati ad predicandum uerbum dei ad hispanias missi sunt. Cumq; ad ciuitatem acitanam uenissent: & quiescentes modicū discipulos ad urbem pro cibis emendis destinassent: mox a paganorum multitudine insecuti sunt: qui tunc diis suis festa celebrabant. Et cum eos usq; ad fluuium persecuti fuissent: cum gentilium multitudo transire uellet: ruente ponte multi ex ipsis in flumine necati sunt. Visoq; miraculo lupanaria senatrix cum eis qui remanserant crediderunt. Post hec sancti episcopi diuersis urbib⁹ euangelizantes multos populos ad dominum conuerterunt. Et tandē torquatus acii: ctheliphon uergii: secundus abule: indaletius urci: cecilius eliberi: hesychius carteie: eustathius eliurgi quieuerunt. Sed in ciuitate acitana ad sepulchrum sancti torquati arbor oliue in eius festo preter naturam diuinitus florens maturis oleis onustatur: quarum liquore egritudines sanantur. Horum omniū festum agitur idib⁹ maii.

¶De sanctis petro paulo andrea & dionysia martyribus. IIII

PEtrus: paul⁹: andreas & dionysia tēporib⁹ decii cesaris passi sunt. Quorum petrus adolescens ab optimo proconsule apud lemosacum ciuitatē cōprehensus: cum se christianum profiteretur: in rota extensus & uinculis ferreis toto corpore astrict⁹: dum constanter permaneret: gladio animaduersus est. Deinde proconsul ad ciuitatem troadum accedens oblatos sibi nicomachum andream & paulum christianos dudum torqueri fecit. Nicomachus autem diutissime cruciatus cum iam prope esset: ut spiritum emitteret: clamauit se christianum nunquam fuisse: & idolis sacrificaturum paratum esse. Qui mox depositus ubi sacrificauit: a demonio arreptus & in terram elisus: liguam suam comedens infeliciter expirauit. Cum autem dionysia puella annoru5 quindecim uirgo christiana hec uidens: infelicitatem illius argueret: & christum dominum uerum deum acclamaret a iudice tenta traditur duobus lasciuis iuuenibus illudenda. Qui dum eam corrumpere uellent: & illa contra eos uiriliter dimicaret: apparuit eis angelus domini cū immenso lumine qui domum tanta luce perfudit: q; iuuenes terrore perculsi ad pedes uirginis prociderunt: & ueniam postularunt. Mane autem proconsul paulū & andream flagellis cesos populo tradidit occidendos. Quos illi pedibus alligatos extra ciuitatem trahentes lapidibus interfecerunt. Ad quos accurrens dionysia ut secum occumberet iussu proconsulis decollata est. Quorum omnium corpora a christianis ad urbem lemosacum delata una cum corpore beati petri martyris sepulta sunt. Horum omnium agitur passio idibus maii.

¶De sancto peregino presbytero & martyre. V

PEregrinus presbyter ciuis romanus a sancto sixto papa cū marsone presbytero concordio diacono: & iouiāo subdiacono atq; ianuario lectore ad predicandum uerbum dei ad gallias missus est. Qui primo apud massiliam. Deinde apud lugdunū: deinde apud antisiodorum predicarunt: ubi multitudinē populi conuerterunt: & ecclesiam fabricarunt. Postque beatus peregrinus iteranum accessit: ubi dum christum annunciaret a iudice tentus & in uico baugiaco in carcere detentus est. Deinde imperatori hadriano ad iteranensē ciuitatem uenienti presentatus est: A quo diuersis supplicijs attrectatus: nouissime decollatus est anno domini .tricēteſimo &trigesimo. Corpus uero eius feris expositum cum diebus pluribus permansisset intactum iussu angelico a rustico christiano colligitur: & plaustro imponitur: eodemq; angelo duce a media nocte usq; ad auroram ad sanctum dionysium parisiensē deducitur. Cumq; mane rusticus se antisiodorum adhuc appropinquare non crederet: & postmodum se antisiodorum transiuisse & parisius aduenisse conspiceret: miratus expectabat dei uoluntatem. Tūc signis ecclesie sancti dionysii per seipsos pulsantibus: & monachis hoc stupentibus: neq; causam cognoscentibus: tandē uoce de celo corporaliter ad eos facta premoniti: omnes monachi sancto corpori obuiarunt: & ipsum ad locum suum deferentes in capsa argentea honorifice sepelierunt: ubi & quiescit miraculis pollens. Passus est autem decimoseptimo calendas iunii.

¶ De sancto ubaldo episcopo & confessore. VI.

UBaldus episcopus nobili prosapia eugubine ciuitatis oriūdus a pueritia deo deuotus patre defuncto cui fuerat unicus apud ecclesiam sancti secundi iuxta ipsum oppidum sitam litteras puerulus didicit: & clericus ipsius ecclesie factus eam in tantū dilexit: ut ipsam post tempus de paupere diuitem: de seculari faceret regularem. Qui postmodum a patruo nomine ubaldo cuius gratia & ipse ubaldus uocatus fuerat maiori ecclesie traditus: summa sanctitatis perfectione pollere cepit. Qui etiam ab amicis dudū pulsatus ut uxorem sumeret: omnino recusauit: christo potius militare decernēs. Carnez quoq; diris & assiduis ieiuniis macerabat. Deinde quasi inuitus sacerdotii gradum compulsus ascendere: omnia sibi a patre relicta egenis & ecclesiis dispēsauit. Ecclesiam quoq; suam matricem edificiis & prediis ampliauit. ¶ Sed cum quasi tota ciuitas incendio conflagrasset ecclesiam suam sancti secundi cum claustro & domo igne consumptā de proprio reparauit. Dehinc in cenobio canonice portueñ apud rauēnam tribus mensibus mansitans regulam & ordinem deo uiuendi non solum imbuit: sed in scriptis reportauit. & reuersus ad ecclesiam suam eandem regularium canonicorum monasterium iuxta ordinem portueñ instituit: eamq; prediis dotauit. Et in ipso suo regressu: licet itinere fatigatus nunq̄ ieiunium soluit. Cum autem in quodam nemore cum socio dormitasset: exinde surgens codicem regule oblsuione dimisit: & solicitus pro libri amissione uel saltem deuastatione propter imbrem maximum qui ceciderat rediit: librūq; repperit ubi dimiserat iuxta uiaz nec raptum ab homine nec a pluuia madefactum. Et quia regula ipsa artior uidebatur: cum tribus tantuz ex suis clericis: aliis abeūtibus in dicta ecclesia regulariter uiuere cepit. ¶ Mortuo uero episcopo perusino: ubaldus eligitur: sed fugiens ad eremum tam diu latuit quam diu alius surrogatur. Alias etiam electus in episcopum alterius ciuitatis pedes romam adiit: & ab honorio papa instantia multa resignationē obtinuit. Demum disponente domino electus in episcopum eugubinum ab eodem papa q̄is dudum renitens iussus presulatum acceptauit: & usq; ad tempora alexandri. iii. superuixit: omni uite sancti tate tanta q; patientia preditus: ut etiaz ab ipsis suis familiaribus iniurias perpessus patientissime toleraret. Nam & a suo ianitore aliquando exclusus etiaz semel hostio in fronte percussus nullam uindictaz excogitauit. Et dum quosdam ad instantiam ciuium iniuste excōmunicare nollet prohibiti sunt omnes sibi clerici ministrare: adeo ut etiam ad missam celebrandaz unicum aliquando seruitorem habere nō posset: & patienter tulit. Preterea cum murum urbis iuxta uineam episcopi repararent: & cloacam in uineam facerent infundentem: quod ubaldus prohibere uolens cum iniuria in cemento liquido ia

ctatus & fordidatus benigne supporta-
uit. Quosdam quoq; eius affines iniuri-
am ulcisci uolentes omnino prohibuit.
¶ Dum aliquando seditio dura esset in ci
uitate illuc ut pugnam sedaret festinauit:
quam dum nullo modo sedare se posse
perpendit: ex industria inter enses & lapi-
des se in terram deiecit: nec inde surrexit:
donec ciues episcopum ex uulnere mor-
tuum existimantes a seditione cessarunt.
¶ Alia uice cum ciuitas eugubina ab un-
decim ciuitatum & castrorum ciuibus in-
uicem contra eam colligatis obsessa esset:
eamq; expugnare uellent. Vir sanctus su-
pra murum ascendens signum crucis edi-
dit: & hostes nemine persequente fugauit
adeo ut relictis omnibus solam uitam sal
uare contenti ad propria festinando redi-
rent: ciues quoq; eugubii de spoliis ditati
sunt. ¶ Federicum etiam imperatorem
qui obsidibus ab eadem urbe susceptis
grauem pecunie summam expetebat: exi-
ens ad eum oratione premissa adeo chri-
sti uirtute placauit: ut obsides libere red
deret: & episcopum plurimum honora-
ret. Multis etiam egris contulit sanitatem
Nam unum ex suis canonicis a graui lan
gore liberauit. Ecclesiam sancti benedi-
cti consecrans solo uestimentorum con-
tactu paralyticum curauit. Cecis duo-
bus uisum restituit: quorum unus per ui
sionem monitus fuerat ad eum accedere
pro lumine obtinendo. ¶ Alium quoque
qui ad eum pro luce recuperanda uene-
rat: quia cognouit hoc eius anime saluti
non pertinere ad tantam patientiam suis
exhortationibus induxit: ut promissa sibi
eterna luce pro temporali perdita nulla-
tenus uisum recuperare uoluisset. Et mul
tis aliis signis admodum effulsit. Deniq;
propter nimias afflictiones grauiter lan-
guebat intantum q; ex carne ipsius potis-
sime ex ulcere pessimo quod in latere pa-
tiebatur: sanies intolerabilis effluebat:
nec propter hoc unquam destitit a ponti-
ficalibus exercendis. ¶ Die sancto pa-
sche iam durissima pressus egritudine: ut
uix in lecto se posset erigere: ad preces
populi per orationem obtinuit: ut per se
ipsum sine adiutore consurgens missam
in pontificalibus celebraret: & populo
suo ultimum sermonem uice testamenti
faceret. Et ad ultimum postquam filios
benedixit ad lectulum rediit. Inde ingra-
uescente langore sumptis ecclesiasticis sa
cramentis orans & psallens domino spiri
tum reddidit feria secunda pentecostes:
que ipso anno occurrit decimoseptimo
calendas iunii. ¶ Cum autem tam pro-
pter frequentiam egrotorum ad pheretrum uenientium & reportantium sanitatem q̄ propter multorum deuotionem sepultura ipsius usq; ad quintam feriam protracta fuisset: corpus eius nulla corruptione maculatum sed suauissimo fragrans odore: cum luctu multorum & gaudio spiritali ab episcopis perusino castellañ & callieñ sepultum est honore cō debito in canonica uidelicet sua iuxta muros ciuitatis: ubi usque in presens quiescit incorruptum omnino infinitis & crebris miraculis clarens.

¶ De sancta maxima uirgine. VII

MAxima uirgo in pago forliuiensi uico callidiano uirginitatis lilio floreſcens multisq; & insignibus clara uirtutibus in pace quieuit decimoseptimo calen. iunii: ut dicit ado in martylogio suo.

¶ De sancto torpete martyre. VIII

TOrpes martyr in ciuitate pisana tempore neronis imperatoris passus est. Nam cum ipse nero ciuitatem pisanam restauraſſet: templum diane ibi construxit: ubi & celum eneum fabricauit nonaginta columnis sustentatum cum imaginibus solis & lune & stellarum: que artificiose oriebantur & occidebant: & cū foraminibus fistularum: per que aque guttule distillantes pluuiam simulabant Fecit etiam quadrigam subterraneam: que commota tonitrua mentiebatur.
¶ Eodem autem tempore sanctus torpes qui magnus erat in palatio cesaris spiritu dei tactus a sancto antonio presbytero qui in latere montis contiguo ciuitati latebat occulte baptizatus est: & reuertens domum ab angelo sibi apparente in fide confirmatus est. Hoc audiens nero cesar: torpetem captum satellico propiquo suo puniendum dimisit: ipse uero romam rediit. Satellicus uero torpetem primo in carcere triduo ferro uinctum affixit. Deinde ad columnam ligatum cedi fecit: sed orante sancto columna corruit: & satelli cum cū quinquaginta paganis oppressit. Quem filius satellici siluin⁹ nomine per noctem in rota ligauit. Mane uero bestiis expoſuit. Leopardus enim ad pedes sācti

procidens mansuetus redditur: leo uero ubi in eum impetum fecit subito moritur Quod cernens euellius consiliarius imperatoris ad christum conuersus est: & a filio decollatus quinto calendas maii.

¶ Deinde oratione torpetis templum cū omnibus sideruꝫ figuris & eiꝰ edificiis ab angelo subuersum est: & idolum diane in puluerem redactum. Propter quod iussu siluini iuxta mare ubi flumen arni in equor decidit: sanctus martyr educitur: & ibidem capite truncatur tertio calendas maii. Cuius corpus in nauicula cariosa cum cane & gallo in mare exponitur: ut uel a bestiis roderetur: uel in mare mergeretur. Angelo tamen duce nauicula ad hispaniam deuenit. Et a senatrice christiana celerina nomie que regni dimidium obtinebat in somnis diuinitus admonita corpus sancti reperitur in portu qui dicitur sinos: & iuxta littus honorifice sepelitur decimosexto calendas iunii: ubi postmodum ecclesia desuper suo nomini fabricatur. Et festum eius die ipsius depositionis ibidem celebratur.

¶ De translatione sancti syri epi. IX.

TRanslatio corpis sancti syri episcopi papiensis ab icolis eiusdem ciuitatis decimosexto calendas iunii celebratur. Cuius corpori dominus tantam gratiam contulit: ut etiam ipsius conactu mortuum suscitaret. Cecis: uisuꝫ surdis auditum: claudis gressum preberet: multosq; languentes a diuersis infirmitatibus sanos efficeret & obsessos a demoniis liberaret.

¶ De scō sophonia propheta. X.

SOphonias propheta filiꝰ chusi: filii godolie: filii amasie: filii ezechie: ut ex textu ipsius prophetie liquet in diebus iosie filii amon regis iuda ꝓphetauit: in duabus uidelicet tribubꝰ israel. Iam enim decem tribus in assyrios translate fuerant. Dirigitur autem eius ꝓphetia contra nationes in lectione comprehensas. Prenuncians eis futurum iudicium Populo uero suo israel salutem & ciuitati hierusalem restaurationeꝫ tunc temporis tribuendam prout textu lectionis denunciauit. Cum enim hieremias & alii multi prophete excidium hierusalem & populi captiuitateꝫ futuraꝫ predixissent. Hic solus in consolatione populi sui: ne ex hoc nationes contra dei populum animosius insultarent: non solum gētibus iudicium cōminatur: sed etiam plebi sue reuocationem & hierusalem reedificationē predicat. Hieremie enim cōtēporaneus fuit. Et quasi secū eodem tempore ꝓphetauit. Hierusalem tamen nec destructionem nec populi sui in babylonem translationem aspexit. Nam ante illa tempora i diebus: uidelicet ioachim filii iosie regis iude cum patribus suis i pace dormiuit. Et sepultus est in hierusalem decimoquinto calendas iunii. Hec hieronymus & iosephus: & ex historia scholastica: Hic sanctus propheta ex numero est illorum. xii. qui minores dicūtur: & ecclesiastici quadragesimonono in sanctorum patrum catalogo conscribuntur.

¶ De sancto dioscoro martyre. XI.

DIoscorus lector & mr̄ apud egyptū passus ē. In quē presesdetentū multa & uaria tormēta exercuit: ita ut unguibꝰ carnes eius effoderet & lampadibus eius latera inflāmaret. Sꝫ celestis luminis fulgore pterriti ceciderūt ministri Nouissime laminis ardentibꝰ adustꝰ martyriuꝫ consumauit. xv. cal. iunii. Hec hieronymus in martylogio suo.

¶ De sancto uenātio martyre. XII.

VEnātius martyr in ciuitate camerina passus est tempore decii cesaris. Qui a preside tentus: cum christum dominum confiteretur: primo quidem fustibus cesus: deinde in carcere missus: sed ab angelo confortatus est. Inde eductus leonibus exponitur: sed ipsi eius pedibus procumbentes mansuetissimi reddūtur. Deinde pedibus appensus uersodeorsum capite facule ardentes eius uertici supponuntur. Et cum hoc etiam genꝰ supplicii toleraſſet manibus & pedibꝰ extenditur: & ignis sub eius uentre solummodo accenditur: & sic mediis partibus diutius incensus affligitur. Nouissime cū omnia superasset: gladio caput eius preciditur. Corpusq; ipsius in eadem ciuitate a fidelibus tumulatur decimoquinto calendas iuniii

¶ De sancto felice epō & martyre. XIII.

FElix episcopus apud spaleteñ urbem sub maximiano imperatore passus est. Qui cū christum dominuꝫ predicaret a iudice comprehensus post plurima supplicia gladio cedente martyrii palmam adeptus est decimoquinto calendas iunii. Hec ado in martylogio.

¶ De sancto pudente discipulo & confessore. XIIII

PVdens cõfessor ciuis romanorum nobilis filius punici illustris & priscille fuit: & maritꝰ sabinelle: ex qua duas filias ꝑ creauit. s. potentianã & praxedem: Quas utpote christianissimus nõ solum per manus pastoris presbyteri baptizari fecit: sed etiam in lege diuina plenius erudiuit. & ad obseruantiam uirginitatis induxit. Hic enim a beato paulo apostolo doctus fuit: qui domum suam in ecclesiam edificauit: quam & per manꝰ pii pape consecrari fecit. Nutritor nãq; pauperꝫ & susceptor peregrinorum summa ambitione fuit. Et post multa sanctitatis opera laudabilia in pace quieuit. i ɨ. calẽ. iunii: ut dicit ado.

¶ De sancta potentiana uirgine. XV

POtentiana uirgo filia fuit beati pudentis & soror praxedis nobilissima romanorum. Hec post mortẽ parentis utriusq; omnem facultatem suam cum sorore diuidẽs: ceperunt ambe ditissimũ patrimonium uendere: & pecunias pauperibus errogare. In ecclesia uero quam pater illarum construxerat in loco urbis: q dicitur in uico patricii: quam prefatꝰ pater earum pudens i titulo beati pastoris dedicauerat: cum consilio pii pape baptisterium construxerunt: cupientes ut familia utriusq; earũ die sancto pasche baptizaretur. Quos a numero. 96. manumissos beatus pius eps aquis salutaribus abluit Ibiq; per scõs presbyteros & clericos die noctuq; diuina celebrari mysteria: & multos baptizari faciebãt. Post multorꝫ itaq; martyrꝫ exhibitas uenerabiliter sepulturas: post omnes facultates suas pauperuꝫ uisceribus inclusas & xpo fideliter commendatas: potentiana i scõ uirginitatis ꝓposito de terris ad xpm migrauit. i ɨ. cal. iunii: Sepulta iuxta patrem suum uia salaria in cemiterio priscille temporibꝰ antonini imperatoris.

¶ De scõ ioanne martyre. XVI

IOannes martyr tẽporibꝰ maximiani ipatoris apud alexãdriã passus ẽ. Hic primũ uocatus neanias gentilitate deditus a matre theodosia gentile primaria elie ciuitatis maximiano cesari antiochie degenti ꝓsentatus: & ab eodem dux alexãdrie effectꝰ ẽ: ut xpianos ibideꝫ ꝓsequeret. Cũ aũt nocte quadã cũ militibus suis uersus alexandriã iter ageret: luce celesti circũfusus: xpoq; sibi uisibiliter apparẽte ad instar bti pauli apostoli ad terram ꝓsternitur: i fide xpiana admoneꝫ: & ad dñm repente conuertitur: ueniens igitur alexandriã crucẽ sibi secretius fabricari fecit in qua diuinitus nomen dñi emanuel sculptum repperit. Et cum exercitus agarenorꝫ alexandrie fines inuasissent: & alexandrinorꝫ filias rapuissent: ipse collecta gente sua crucem illam deferens agarenos pene innumerabiles in fugam uertit: & eorum multitudinem cecidit & strauit: nullo de suis uel ad modicum uulnerato. Reuersus autem a matre que ipsum alexandriã secuta fuerat: inuitatur: ut diis pro triumpho habito immolaret. Qui templum ingressus idola argẽtea confregit: & pauperibus errogauit. De quo a theodosia matre maximiano delatus est: Qui ab antiochia per litteras ultioni presidi mandauit: ut neaniam tentũ immolare compelleret: aut diuersis supplicijs puniret. Vltio igitur ioannem cõprehensum: & idolis sacrificare abnuentem in equuleo suspendi fecit & a quattuordecim uiris uicissim diutius lacerari: sicq; quasi mortuum in carcerem trudi. Nocte uero a christo cum angelis & luce nimia sibi apparente confortatur: plagis omnibus sanus redditur: nomenq; suum primum quod erat neanias ioannis nomine cõmutatur: inde eductus & sacrificare suasus cum templum introisset trigitasex statuas idolorꝫ uertit. Qua propter multi de militibus in domino crediderunt: q a sancto leontio episcopo baptizati: ab ultione preside in christi confessione decollati sunt. Ioãnes uero ferro onustꝰ itemꝫ in custodia detinetur: ubi existens duodeci mulieres ad se uenientes cum matre theodosia conuertit ad christuꝫ. Quas ut christianas ꝑses cõperuit: ipsas oés equuleo suspensas & unguibꝰ laceratas ac lateribus adustas carceri tradidit una cũ theodosia matre ioãnis: que scãs illas martyres i carcere refouebat. Ipsasq; oés leõtiꝰ baptizauit. Sequẽti uero die inde oés cuꝫ theodosia educte: primo lapidibꝰ ora eaꝝ contusa sunt: deinde extense & uirgis cese: & post hec manicis ferreis candentibus adustę sunt. Nouissime decollate sũt.

¶ Post hec autem sanctus ioannes eductus instrumentis ferreis facie concisus ceruice plumbatis percussus. Iterum carceri mancipat: ubi multa miracula fecit: & demonia eiecit multosq; ad xpm conuertit.

Interea defuncto ultione: a flauiano ſucceſſore eius gladio necari iubetur. Sed dum illum ſpiculator pcutere uellet moritur ſubito: & ioannes ad preſidem reducitur. A quo iterum appenſus neruis ceditur: carbonibus incenditur plagiſq; ſale perfunditur. Dehinc ante ipſum depoſitum idolum ſiſtitur: thuſq; in manu eiꝰ imponitur: & ignis ſubtermittitur ut uel thuriſicaret uel manum exureret: qui cuꝫ per duas horas manum in igne immobiliter tenuiſſet. tertio intra carcerem appenditur lapidibus in pedibus alligatis. Sed ab angelo ſolutus & omnia eius uulnera ſolidata ſunt. Deinde in caminum ignis iniectus flamma diſperſa miniſtris aduſtis: ipſe illeſus permanſit. Nouiſſime iubente flauiano gladio in gutture pcuſſus & lancea in pectore tranſfixus martyrium conſumauit decimoquarto calendas iunii. Sepultuſq; eſt alexandrie circa annum domini ducenteſimum & octuageſimumquartum. Corpus uero eius inde conſtantinopolim tranſlatum. Inde a ioãne priore monaſterii ſancti danielis de uenetiis ſurreptum: & uenetias ad ipſum locum delatum eſt anno domini mileſimo ducenteſimo & decimoquinto quinto nonas iulii ubi & quieſcit miraculis crebris pollens.

¶ De ſanctis calocero & parthemio martyribus. XVII.

CAlocerus & parthemius rome paſſi ſunt ſub decio ceſare: qui cum eſſent eunuchi triphonie uxoris decii prior quidem prepoſitꝰ cubiculi: alter uero primicereus deprehenſi ab imperatore qꝫ eſſent chriſtiani: nolenteſq; ſacrificare idolis ab eodem gladio occiſi ſunt. Quoruꝫ corpora uia apia a fidelibus ſepulta ſunt decimoquarto calendas iunii.

¶ De ſancto celeſtino papa primo & confeſſore. XVIII.

CEleſtinus papa huius nominis primus natiõe romanus ex patre priſco. Bonifacio papa primo in epiſcopatu romano ſucceſſit. Seditq; annos octo mẽſes nouem. Hic conſtituit ut pſalmus: iudica me deus ꝛc. diceretur ante introitum miſſe: & pſalmi dauid ante ſacrificium cum introitu pſallerentur cantãdo ex omnibus antiphonatim: quod antea non ſiebat: ſed epiſtola pauli & euangelium dicebãtur. Et ex hoc inſtituto excepti ſunt introitus de pſalmis & gradualia: ſimiliter & offertoria ante ſacrificium. Hic miſit ſanctum brithyũ filium & ſucceſſoreꝫ ſancti martini turonẽſis in britãniã & conuertit omnes ad fidem. ¶ Huius etiam tẽpore tertia ſynodus uniuerſalis epheſina ducentorum patrum collecta eſt epheſi: iuſſu pape huius celeſtini & theodoſii iunioris. In qua damnatus eſt neſtorius duas perſonas in chriſto aſſerens & condemnatus anathemate: & confirmatum eſt in chriſto unam eſſe perſonam in duabus naturis. Et ut beata maria theothece ideſt mater domini appelletur. Qui etiam ſepultus eſt in cemiterio priſcille uia apia. Et ceſſauit epiſcopatus dies uigintinouẽ. ¶ Hic predicte epheſine ſynodi decretum dictauit: & in unum uolumẽ clauſit: atq; ad omnes eccleſias direxit.

¶ De ſancto celeſtino papa qnto. XIX.

CEleſtinus papa huius nominis quintus alio nomine dictus Petrus de murone nicolao papa quarto qui fuit de ordine minorum in epiſcopatu romano ſucceſſit anno domini mileſimo ducenteſimo & nonageſimoq̃rto ſeditq; in apoſtolica ſede menſibus ſex & diebus quattuor uidelicet a ſeptimo calendis iulii uſq; ad quarto calendas ianuarii. Cum eni ſedes apoſtolica per obitum dicti nicolai quarti annos duos & menſes tres uacaſſet ad ſuaſionem domini latini cardinalis oſtienſis ordinis predicatorum iſte in ſummum pontificem electus eſt. Qui uocatus petrus de murone ante papatum eremiticam uitam ducebat & multos bonos diſcipulos fecit: Fuit autem uir magne abſtinentie & orationis: ac regi carolo deuotus. Qui ubi electus eſt pontificatum renuebat: ſed ad magnam inſtantiam caroli & totius regionis recepit papatum. Fuit autem electus peruſii: & poſtq̃ creatus eſt de conſilio regis caroli noluit uenire ad locum cõmunẽ ubi electus fuerat ꝓut ei ſcripſerãt cardinales: ſed mandauit eis ut ad ſe uenirent: ipſe autem uenit aquilam: quo & cardinales ad eum uenerunt ibiq; coronatus eſt. Sed anteq̃ de peruſio cardinales recederent dominus latinus infirmatus peruſii deceſſit. Fueruntq; in coronatiõe ipi² pluſq̃ ducenta milia hominũ. Ad quẽ multitudo maxia ꝓueniebat:

tū propter pontificalem dignitatem: tum propter sanctitatis famam. Statimq; post eius creationem ad petitionem regis sex cardinales fecit: uidelicet dominum landulphum de neapoli: fratrem thomam de ordine suo: & archiepiscopum beneuentanum: dominū guilelmum de pgamo cancellarium regis caroli: dominum ioannē monachum archiepiscopum lugdunensē dominum beraldum archiepiscopum bituricensem. Hic i gratiis fuit largissim⁹: adeo q; etiam indiscrete faciebat: utpote quia iexpertus plerūq; decipiebatur: unde a cardinalibus inductus sub conscientie pretextu incitabatur ad renunciandū. Qui ad petitionem regis caroli neapolim uenit. Sed dum rex ipsius renunciationi omnimode obuiaret: hoc non obstante: uir sanctus bona conscientia motus: primo facta constitutione: in quibus casibus papa resignare potest: resignauit papatui in manibus collegii facto festo dominice natiuitatis: quam renunciationem ei⁹ successor bonifacius autenticauit: quam habes de renunciatione libro sexto. Cui fidem facit: quod fecit clemens papa prim⁹ huius nominis: ut in catalogo pontificum habetur. Post cessionem uero ad electionem processum est neapoli sub rege carolo. Et electus est dominus benedictus caietanus diaconus cardinalis: postea uocatus bonifacius octauus: quod fuit anno domini millesimo ducentesimo & nonagesimoquarto. Celestinus autem sedit a septimo calend. iulii usq; ad. 4. calen. ianuarii. Et cum post cessionem ad eremū redire uellet: a bonifacio successore detinetur: & in quodam castro dicto funiculus inhonesta custodia non tamen libera concluditur: ubi miraculis clarus postmodū moritur decimoq̄rto calē. iunii. Et i quodam sui ordinis monasterio quod dicitur sancti antonii retro altare sepelitur anno domini millesimo trecentesimo secundo Et a clemente papa quinto apud auinion postmodum canonizatur millesimo trecentesimo & tredecimo miraculis eius in orbe propalatis.

¶De sancto celestino confessore. XX

CElestinus confessor & monachus floruit tempore theodosii iunioris. Qui de monasterio suo ad parentes in modū libelli scripsit epistolaꝫ omnibus deū desiderātib⁹ necessariā: sanctitate conspicuam sermōne luculentam: Cuius exhortatione uite ipsius perfectio deprehendi potest: quia uir sanctus non potuit aliter docere q̄ uixerit. Hec uincentius in speculo.

¶De sancto hiuone presbytero. XXI

HIuo presbyter & nouus confessor apud trecheñ ciuitatem claruit in diebus nostris canonizatus per clementem papaꝫ sextum. Hic ex britannia patre haheloro matre azora secundū carnē nobilitate seculi pollentibus genitus i uico uille martini iuxta trechoreñ ciuitatē ꝓstituto & nutritus ab annis infantilibus deuote deo seruire cepit: Qui annorum quattuordeciꝫ parisius missus fuit: ibiq; in scientiis primitiuis optime fundatus ad studium aurelianensem se transtulit pro sacre theologie & canonum scientiis acquirendis: ubi tam studiorum gratia q̄ sanctitatis a uino & lautis ferculis ac delitiis cunctis abstinuit: & corpus macerans orationibus uacabat pudicitiam perpetuo seruans. Inde ab archidiacono redonense pro iudice curie sue postulatus gratis acceptans officium ipsum cum multa charitate & solicitudine exercebat: & nihilominus quotidie ad lectionem theologie intrabat: miserabilibus personis oppressis subueniens: iusticiam summopere fouens: iniquos persequens: & discordes ad pacem reducens: operibusq; miserirordie iugiter intendebat. De cuius fama postq̄ ad episcopum trechoreñ peruenit: ipsum in uniuersalem sue curie iudicem assumpsit. In quo officio postquam aliquo tempore uirtuose se gessit: ad meliorem uitā scilicet contemplatiuam transire cupiens officio resignauit: & ecclesie parecialis de lohenech cuius erat rector seruitio se prorsus mancipauit. Pannos delicatos quos primo iuxta statum suum uestierat omnino dimisit: & uestes rudes albas & modici precii induit: indeq; habitum ac si religiosum portauit: Cilicio carnem domuit: cunctis ieiuniis ab ecclesia indictis in pane tantum & aqua ieiunauit: ceteris diebus mira corpus abstinentia macerauit. orationi & contemplationi maiori tēporis parte uacabat. Aliquādo integra septimana sol⁹ i sua camera ꝓtēplationi intētus perseuerauit: nullo cibo corporeo substentatus: qui tamē exiens nullā i facie debilitatē ostēdit. Missā etiā dieb⁹ singu-

lis celebrabat. Cui aliquando dum corpus dominicum eleuaret: globus igneus super caput eius cunctis uidentibus & stupentibus apparuit. ¶ Pauperes in domo propria charitatiue suscipiens: eis largiter ministrabat: nec nunquam sine pauperibus hospitibus esse uolebat. Nam pauperem unum cum uxore & quatuor filiis per nouem menses in domo retinens eis de uictu & uestitu prouidit. Domum etiam quandam dispoſuerat iuxta suam cum lectis & aliis necessariis pro suscipiendis egenis: quibus ipsemet in uilibus ministeriis obsequens sepius cum eis in mensa comedebat: multis miraculorū signis effulsit. ¶ Cum aliquando in domo sua per eius uicariuꝫ unicus panis solummodo repertus esset: & beatus hiuo multis uenientibus pauperibus subuenire uellet: uicario murmuranti medietateꝫ panis dedit: aliam inter pauperes diuisit: medietasq; prima diuisa cunctis ad esum satisfecit. Cum autem in mensa cum uicario predicto sederet mulier alias inuisa tres panes maximos & candidos uiro dei presentauit: & ab eo inuitata dum recubuisset subito nusquā comparuit. ¶ Alias etiam de unico solo pane quem habebat: infinitos quasi pauperes ad se uenientes refecit. ¶ Alias quoq; pauperi elemosynaꝫ petenti cum nil aliud dandum haberet caputium suum prebuit: & discooperto capite transiens post iter medie leuce idem caputium in capite suo sibi repositum diuinitus inuenit. ¶ Cum maxima fames regioneꝫ occupasset: ipseq; famulis mandasset ut frumentuꝫ quod habebat in arca reposītum pauperibus distribuerent: illiq; triticum quasi totum ex arca furto sublatum inuenissent: sanctus confessor in oratione se dedit: & redeuntibus famulis arca frumento repleta inuenta fuit. ¶ Mulier quedam longa infirmitate detenta dū secum discumberet: & comedere non ualens uinum de calice in quo ipse bibebat sumpsisset continuo liberatur. ¶ Quendam etiam uirum triennio a spiritu maligno uexatum in lectulo suo una sola nocte ad quiescendum secum componēs mane a demone ereptum ad propria remisit. ¶ Cum quidam homines pro ponte edificando trabes plurimas congregassent ipaq; ligna nimis breuia ad opꝰ inuenta fuissent: oratione sancti trabes ad loci suffici entiam prolongate inuente sunt. ¶ A domo cuiusdam signo crucis edito sine ulla rerum amissione ignem penitus effugauit Cum tamen domus tota iam incendio cōflagraret. ¶ Matrem & filium dudum inter se discordes missam pro eis celebrans ad pacem reduxit. ¶ Pro ecclesia dei & pauperibꝰ contra magnates quosq; se opponebat: & in curiis iudicum pro eisdem aduocans intrepidus assistebat: urbes etiam & uicos circuiens uerbum domini solicitus predicabat: & multos ad penitentiam conuertebat. Qui dum semel ad predicandum accederet: & pontem quendam transire deberet: inuenit eum ab inundante flumine occupatum: sed signo crucis edito aque mox diuidunt: & post quam sanctus transiit subito ad statum pristinum reuertuntur. ¶ Cum pauperem quendam ulcerosum & despectum ac habitu uilem ad mensam inuitasset: & ambo in eadem scutella comederent: repente pauper ille pulcher & splendidus & niueis indutus apparuit: & post morulam ex oculis omnium euanuit. ¶ Alias etiam eidem ad mensam sedenti auis quedam candidi & uiridis coloris super eum resedit: que etiam a sancto manu se capi permittens dudum in mensa quieuit: nec nisi ab eo licentiata recessit. ¶ Die quadā dum in sacristia ecclesie sue pro defensione thesauri domus dei quem quidam ex clericis distrahere uolebant sederet: columba splendida superuolauit. Cuiꝰ fulgore tota ecclesia coruscauit. ¶ Hospitatus a quodaꝫ nobile & in camera sua ad dormiendum positus: media nocte ipse nobilis diuinitus excitatus & monitus ut ad cameram suam iret: illuc accessit: hiuonem abisse uidit. eumq; requirens in concaua rupe penitentiam agentem inuenit. ¶ Obitum suum sibi a domino reuelatum & presciuit & predixit: & dum infirmus decumberet nunquam abstinentiā consuetam dimisit. Ad extremaq; deueniens sumpto uiatico & sacra unctione: per totam noctem diei sabbati apertis oculis ad crucem intentus perstitit: & in silentio orans in aurora sequentis diei dominice que fuit infra octauam ascensionis decimonono mensis maii uidelicet decimoquarto calendas iunii spiritum deo feliciter emisit. Cuius corpus in ecclesia trechorensi sepultum quiescit: & in miraculis que per eum christus iugiter operatur gloriosus uiuit.

¶ De sanctis eustathio & sociis martyribus. XXII

QViricus puer & iulita ei⁹ mater apud tarsum cilicie passi sūt sub alexandro impatore. Fuit enī iulita illustris matrona de iconio ciuitate hisaurie:que ꝓsecutores declinare cupiens in tarsū cilicie cum puero suo quirico:q̄ trium erat annoꝝ uenit:ubi detenta alexandro p̄sentat filium gestans in ulnis:quā due famule sue uidentes fugerūt: & eam ꝓtin⁹ reliquerunt. Impator ergo puerum in ulnis cepit:& matrem sacrificare nolentē crudis neruis flagellari precepit. Puer autē matrem flagellari ꝓspiciens amare flebat. Alexander uero pueꝝ sup genua tenens oculis & blanditiis demulcebat. Infans aūt ad matrem respiciebat:& impatoris oscula abhorrebat:& caput cū indignatione auertens uultum eius ungulis laniabat:seq; xp̄ianum uoce qua poterat asserebat:tādem diu reluctans principem in scapulis momordit: tunc ille indignatus & dolore cruciat⁹:quiricum ab alto p grad⁹ precipitauit:ut etiam tribunali tenellum cerebꝝ adhereret. Iulita uero filium suū ad regnum p̄cessisse uidens: deo gr̄as egit:que postmodum ab impatore iussa est excoriari:& bulliente pice perfūdi: ac demū capite truncari. Quoꝝ ambor⁹ corpora alexander mēbratim cedi fecit:& membra dispergi mādauit:ne a xp̄ianis sepeliretur:sed tamē ab angelo sunt collecta:& nocte a xp̄ianis sepulta. Quoꝝ exemplo.44. gentiles ad xp̄m ꝙuersi:& ab alexandro detenti post mēses.x.martyrio coronati sunt: de q̄b⁹ supra dictū ē pridie noñ iunii. Hoꝝ autē martyrū uidelicet pueri & matris corpora cū pax ecclesie reddita eēt:tēpore constātini magni ab una ancilla eoꝝ:que adhuc superat:reuelantur:& deuotiōe magna a populo reuerent:qui passi sunt idib⁹ iulii circa annos domini.250.

¶De sancto iacobo sapiente episcopo & cōfessore. CII

IAcobus cognomēto sapiens nisibine ciuitatis:que nobilis ē urbs persaꝝ ep̄s unus fuit ex numero ꝓfessoꝝ sub maximiano:q̄ in nicena synodo arrianam peruersitatē homousion apparatione dānauerūt:de quo cassiodor⁹.5.libro historie ꝑtite ponit:q̄ sapor rex persaꝝ antiochiam persaꝝ:que alio noie nisib⁹ dr̄ cum innumero exercitu obsedit:quā cū diuersis modis obtinere perse nō possent:impetū flumis migdonii ꝑ ciuitate⁊ decurrentis a longe retinuerūt:& ripas excelsiores fecerunt:ut aqua fluuii in se collecta ꝓcresceret. Impletisq̄ ripis subito quos fecerant aggeres irrūpentes dimiserunt impetum flumis ꝓtra muꝝ:unde mur⁹ ciuitatis uehemēs aque pond⁹ ferre nō ualens:diruptus est. Cūq̄ sapor rex diem alteꝝ expectaret:ut alueo siccato sine bello ciuitatem intraret:orante iacobo uidit muꝝ de nouo cōstructū & ꝓpugnacula fabricata:uidit etia⁊ super muꝝ quendā impiali habitu decoratum:quē primo quide⁊ existimauit imperatorē romāoꝝ:suosq̄ exploratores affligebat: qa ei⁹ aduentum ei nūciare nō cognouerāt. Dum āt nō ip̄m esse didicit:illum sagittare uoluit:sed sagitta in aere fixa permansit. Et cū nec sic a ciuitatis obsidiōe discederet oratione sci ep̄i misit de⁹ scyniphes & culices innumerabiles in exercitū p̄saꝝ in modū q̄si nebulaꝝ:que hoies & aialia adeo infestarūt: q̄ exercitum inde recedere ꝓpulerūt. Quieuit in pace uir dñi idib⁹ iulii tēpore ꝓstantii augusti. ¶Hic scūs antistes a btō hieronymo in libro de uiris illustrib⁹ iccirco omissus fuit:q̄ illo tēpore syre lingue in qua is scripserat cōmentū nō hēbat. Scripsit aute⁊

libros plures : uidelicet de fide ꝓtra oēs hereſes. De charitate generali. De ieiunio. De oratiōe. De dilectione erga proximū ſpecialiter. De reſurrectiōe. De uita poſt mortem. De humilitate. De patiētia. De ſatiſfactione. De uirginitate. De ſenſu aie. De circūciſiōe. De azymo benedicēdo ꝑ quo in iſaia legit. Non exterminabit botrus. De xp̄o ꝙ filius dei ſit & ꝓſubſtātialis patri. De caſtitate aduerſus gētes. De ꝓſtructiōe tabernaculi. De gentiū ꝙuerſione. De regno perſaꝝ. De perſecutione xp̄ianoꝝ. Hec gennadius libro de illuſtribus.

¶ De ſcis catilīno & ſociis mr̄ib⁹. CIII

CAtilinus diacon⁹ ianuari⁹: & florētius: Iulia: atq; iuſta mr̄es apd̄ carthagīnē paſſi ſunt. Qui tpe ꝑſecutiōis xp̄ianoꝝ glorioſo martyrio pro xp̄i noie coronati: poſiti ſunt in baſilica fauſti in eadē ciuitate idibus iulii. Hec ado ponit.

¶ De ſcō euſtathio ep̄o & martyre. CIIII.

EVſtathi⁹ ep̄s & martyr ātiochie ſyrie claruit. Qui eiuſdē ciuitatis ep̄s ob fidē catholicā a ꝓſtantio impatore arriano in traianopoli thratie citatē exilio pulſus ibidē requeuit. i 7. cal. auguſti: ut i martylogio colligitur adonis.

¶ De ſcō hilariano martyre. CV.

HIlarianus monach⁹ & martyr ſub iuliano impatore i ciuitate oſtia paſſus é. Hic de ciuitate aretii oriūdus cum beato donato ep̄o & mr̄e dudū ꝙuerſatus eſt: & pluri ma una ſecū miracula ꝓfecit: ut de eo diceē in paſſione donati. 7. idus auguſti. Poſt hec in ciuitate oſtiēſi degēs: gallicanū mr̄em eo dem ueniētē ſuſcepit: & i xp̄i fide ꝓfortauit. Deniq; tētus a quadratiano p̄ſide in p̄ſato oppido: cū ſacrificare nollet fuſtib⁹ cēſus martyrium ſumpſit. i 7. cal. auguſti cuius corp⁹ ibidem tumulatū quieſcit.

¶ De ſcō leone papa quarto. CVI.

LEo papa huius nois quartus natiōe roman⁹ ex patre rodulpho ſergio pontifici in epiſcopatu romano ſucceſſit: & ſedit annos. 8. mēſes tres dies ſex. Hic primum a parētib⁹ ob ſtudia litteraꝝ in monaſterio ſci martini iuxta eccleſiam ſci petri apoſtoli poſit⁹ fuit: ubi ñ ſolū ſcia: ſed etiā ꝙuerſatione tanq; ꝓfectus monachus ꝓfecit. Hunc ſergius papa poſtmodū faciēs p̄ſbyterū: titulū ſcoꝝ q̄ttuor coronatoruꝫ eidem aſſignauit. Quo ſergio mortuo & necdū ſepulto oēs romani tā clerus q̄ populus una uoce leonem in ſūmū pontificē elegerūt. Qui mox factus pontifex baſilicas apoſtoloꝝ petri & pauli: & alias eccleſias quas pauloante ſaraceni deuaſtauerant: honorifice reſtaurauit. Eccleſiam quoq; de nouo edificauit: que dicit ſcā maria noua. Carolū ludouici filiū ip̄atorem coronauit. Hic etiā inuidioſe ſup quibuſdā criminib⁹ accuſat⁹: ſynodū ꝙgregauit: & ſe iuramēto inoxiū demōſtrauit. Cui⁹ etiā tpe alidulphus rex angloꝝ: q pri⁹ totius anglie obtinuit monarchiam: deuotiōis cā uenit romā: & corā leone papa obtulit tributuꝫ ſcō petro ꝺ unaquaq; domo: argēteū nūmū i anno: & hoc tributum uſq; hodie perſeuerat.

¶ Hic pontifex catholicus multe patientie: multeq; humilitatis diuinaꝝ ſcripturarum extitit feruētiſſim⁹ p̄ſcrutator uigiliis & orationib⁹ ſemp ītentus. Qui dū normanos a romanoꝝ finibus deturbare ſatagit: cum multis captus nunq; ꝓſenſit ſe ſine aliis relaxari. Hiç pro neapolitanis i mari ꝓtra ſaracenos pugnātibus orādo collectā fecit. Deus cui⁹ dextera beatū petrū ambulātē ⁊c. Et poſtq; muros ciuitatis leonine repando ꝓfecerat: apponēdo ſeras portis fecit & dixit illā collectā. Deus qui beato petro apoſtolo collatis clauibus ⁊c. Illi aūt ſaraceni q cū magna multitudine romā uenerant ſpoliatis eccleſiis dū i aprhicam redeunt in mari ſubmerſi ſunt. Leo uero papa moritur: & in eccleſia ſci petri ſepelitur. Cuius feſtum agitur. i 7. cal. auguſti. Et ceſſauit epiſcopatus dies. 6.

¶ De ſcō alexio ꝓfeſſore. CVII.

ALexius fili⁹ euphemiani nobiliſſimi romani: & in aula ip̄ialis palatii primi tpe archadii & honorii imatoꝝ i urbe claruit. Qui euphemianus. 700. ſeruos habebat: qui zonis aureis cingebant. Ipſe uero miſericordie op̄ib⁹ iſiſtebat & in domo ſua quotidie tres mēſas paupibus: pegrinis: orphanis & uiduis pabat: quib⁹ refectis ip̄e ad horā nonā cum uiris religioſis cibum ſumebat. Cum autem eidē multa p̄cum inſtantia dñs alexiū filium ꝙcepiſſet ex ꝙiuge aglaia noie: ip̄i ambo deinceps i caſtitate uiuere firmauerunt. Puer autē ſcūs liberalibus diſciplinis infra annos pubertatis plenius eruditus: ſcūs adoleſcēs puellam de impiali domo duxit uxorē. Cum autē iuuenis cū puella nocte intra cubiculū incluſus eēt: ſpōſaꝫ ſuam cepit in dei timore inſtruere: ac ip̄ſam ad uirginitatis obſeruātiā prouocare. Deinde anulū ſuū & caput baltei quo cingebatur ſibi ꝙuanda tradidit: & de ſubſtantia ſua multū aurum accipiēs: occulte ad mare diſceſſit: & aſcēdens nauē laodiciā uſq; peruenit. Indeq; in edeſſam ciuitatē ſyrie ꝓfectus eſt: ubi imago xp̄i diuinitus facta i tindone habebat. Quo peruenies oia que ſecum tulerat paupibus tribuit: & uilibus indut⁹ ip̄e

cū ceteris pauperibus in atrio scē dei genitricis mēdicare cepit: omia que sibi dabant ultra quotidianū victū egenis impendens. Pater uero de filii absentia admodū ꝓtristatus: missis pueris ad diuersas mundi partes eū ubiq; ꝑquirebat. Quoruꝫ aliqui dum ad edessam ciuitatē uenissent ab eo cogniti: sed ipm minime cognoscentes: eidem cū ceteris pauperibꝰ elemosynas tribuerūt: qui gratias deo egit: q; a seruis suis elemosynā percepisset. Reuersiq; pueri nunciauerūt: q; ipm necubi inuenire potuissent. Quapꝑ tā parentes q̄ oēs cognati & affines inconsolabiliter tristabant. Sponsa uero cū socera se perpetuo māsuram in castitate ꝓmisit: donec de sponso suo noua ꝑcipere posset. ¶ Cū ergo alexius per ānos .16. in atrio ꝑdicto cōmoratus esset: imago tādem dei genitricis: que ibidem erat: custodi ecclesie iussit: ut uirū dei alexium in ecclesiā intromitteret: quoniā dignus erat: eūq; ei ad oculum ostendit: quem custos festinus i basilicā introduxit. Quod factū dū cunctis innotesceret: & ab oibꝰ uenerari cepisset: humanā gloriā uir dei fugiens inde recessit: & laodiciam uenit: ibiq; nauem ascendens: cū i tarsum cilicie ire disponeret: dispensante deo nauis a uentis ipulsa i romanū portum applicuit: quod cernēs alexius disposuit in animo suo nulli extraneo onerosus esse: sed in domo paterna incognitus habitare: patrē ergo a palatio redeuntē multitudine obsequentiū circūdatum obuiū habuit: ac post eū clamauit: ut se pegrinum in domo suscipet: & de micis mense sue nutriri faceret: ut sui quoq; filii ꝑgrini deꝰ misereri posset. Quod pater audiēs ob amorē filii ipm suscepit: & cibū de mēsa sua ei ꝓstituit: ac locū in domo sua ꝑprium tribuit: & ministꝝ ꝑprium delegauit. Ipse aūt in oratoribꝰ pseuerabat: & ieiuniis ac uigiliis iisistebat. Famuli aūt domꝰ ipm multipliciter deridebant: & aqnā utensilium sup caput eius frequēter fundebāt: & multas ei iniurias faciebāt: ipse aūt patienter oia sustinebat. Sicq; 17. annis in domo patris incognitus mansit: Videns quoq; per spiritum: q; eius obitꝰ appropinquaret: chartā cum atramēto petiit: & totum ordinē uite sue ꝓscripsit. ¶ Dñica igitur die post missaꝝ solēnia in ecclesia sci petri: uox de sācturio sonuit dicens: Venite ad me oēs: qui laboratis ⁊c. quod audientes oēs i facies suas ceciderūt. Et ecce uox scdo dicens: Querite uiꝝ dei: ut oret ꝓ roma: querentibus illis & nō inuenientibꝰ: iteꝝ dictuꝫ est. In domo euphemiani querite. Ille requisitus se de hoc nihil scire dicebat. Tūc impatores archadius & honoriꝰ una cū pontifice innocentio ad domū ꝑdicti uiri puenerunt. Et ecce minister alexii ad dām suum uenit: eumq; obisse nūciauit. Intrās euphemianus ipm defunctū repperit: & uultum eius tanq̄ angeli rutilantē uidit: uoluitq; chartam quā tenebat in manu accipere: sed nequiuit. Exiens igitur cū hoc impatoribꝰ & pontifici nūciasset: & illi ad eum intrassent: corpusq; ex parte dei: ut sibi schedulā dimitteret: adiurassent: accedens pontifex manu chartam accepit: & ille statiꝫ ei eam dimisit: qua de mā dato pape coram omni multitudine lecta. Euphemianus hec audiens obstupuit: & fact exanimis i terrā decidit. Cū uero ad se redisset: uestes scidit: canos capitis euellere cepit: & semetipm discerpens: ac super corpus filii corruens amarissime fleuit. Mater eius hec audiēs: quasi leena rumpēs rete: sciissisq; uestibus tota dissoluta exiit: & lamētabiles uoces emittens: inter populi frequentiam se sup defunctū filium precipitauit: ac ibidem quasi mortua permansit: deinde reuiuiscens planctū doloroſum emisit. Sponsa etiā ipsiꝰ induta lugubri ueste cucurrit: & lachrymas incōsolabilis supra corpꝰ effudit. Tunc pontifex & impatores corpꝰ in honorato pheretro ponentes duxerunt in mediā ciuitatē: & nunciatū est inuentum esse hominē: quē querebant. & omnes ad sanctū corpꝰ concurrebant. Siquis aūt infirmus illud tangebat: ꝓtinus curabatur. Nam & ceci illuminabant: & leprosi mundabant: & demones fugabāt. Cuius pheretꝝ ipse pōtifex & impatores ex deuotiōe portare ceperunt: sicq; oi populo comitāte corpꝰ ad ecclesiā sci bonifacii martyris ꝓduxerūt: & illic ei p. 7. dies sepulchrū ex auro & gēmis pari fecerūt: in quo corpꝰ sci ꝓfessoris ꝓdiderūt: de quo odor maximꝰ refragrabat: qui cuncta aromata superabat. Quieuit autem in christo .16. calen. augusti circa annum domini .388.

¶ De sancta marina uirgine. CVIII

MArina uirgo i partibꝰ grecie claruit. Hec cū pri suo unica foret: & pater relicto seculo monasterium itroisset: eā cuidā ꝓpinquo cōmendauit: & in cenobio sūma obedientia deo ſuire cepit. Cum aūt ꝑ filia affligeret: interrogauit eū abbas: cur magis solito tristaret: qui dixit se filium unicū i seculo reliqsse: noluitq; q; esset filia ꝑpalare. Abbas uero qa diligebat uiꝝ: eidē ꝓcessit: ut filius suꝰ in monasterio reciperet. Pater ergo habitu uirili eā induit: & mutato noie marinū ipsā uocauit. Virgo igit sca in monachū recipit: & masculus ab oibꝰ putatur: ac frater marinꝰ uocatur. Cepit aūt ualde religiose uiuere: & oibus obediētiā exhibere. Cū autē esset ānoꝝ .17. & pr eius morti appropinq̄ret: filiā suā uocauit: & eā in scō ꝑposito ꝓfirmauit: ꝑcipiens ne cuiq̄ aliquādo

reuelaret ꝙ mulier esset. Mortuo ergo patre tenebat doctrinā eius: & erat obediēs oīb⁹. Ibant igit fres cū curru & bob⁹: & monasterii necessaria deferebant. Veꝝ iussu abbatis frater marinus aliqñ cū plaustro cepit accedere: & fratres ad portandum ligna iuuare: Consueuerant aūt sepius hospitari in domo cuiusdā nobilis pandochii noīe si quādo eos hora tardior redeundi prepediret. Cuius filia uirgo cū de quodā milite ꝓcepisset interrogata a pentib⁹ fres marinū se uiolasse asseruit. Quod cū pandochi⁹ abbati nūciass; interrogasset q; marin⁹ cur tantū flagitiū cō misisset: se peccasse ꝓfitetur: & ueniā humiliter ꝑcatur. Statimq; abbas illum uerberib⁹ cedi iussit: deinde de monasterio eiecit. Ipsa uero oia patiētissime ferēs: tribus annis ante hostium monasterii māsit nec inde aliqñ discessit. Sicq; bucella pāis unica quotidie sustentata: ac si peccatū ꝓmisisset in penitentia perseuerauit. ¶ Post triēnium uero īfans ablactatur: & abbati mittitur: ac fratri marino traditur educandus: quē uirgo dum per bienium ac si proprium aluit: & cum eo ibidem permansit. Tandem eius patientie & humilitatis fres miserti abbati pro marino intercedunt: iꝑmq; de eius licentia in monasteriūm cū puulo intromittūt. Cui abbas propnia imposuit: ut oēs imunditias loci extra deferret: & aquā necessariam baiularet. Ipa aūt hilariter oia patiēter pficiebat: & i cunctis gras agebat. Sed post paucos dies in domino feliciter obdormiuit. Cuius corp⁹ abbas longe a monasterio mandauit sepeliri: eo ꝙ absq; pnia obisset. Cum aūt fratres corpus lauarent: & mulierē eē conspicerēt: stupefacti & territi se in dei famulam grauiter deliquisse fatentur. Quod cū abbas cognouisset eam intra mōasteriū honorifice tumulari iussit: & cū lachrymis pro se & fratrib⁹ ab ea ueniā postulauit: eo ꝙ ipam ignorans inocenter afflixit. Corpus ergo scē uirginis i ecclesia recōditū miraculis clarē cepit. illa aūtē que dei famulā isamauerat a demone arripit & ad sepulchrū adducta scelus ꝓfitetur: & post dies .7. eius meritis liberatur Quieuit aūt scā uirgo in dño. i6. cal. augu.

¶ Anno aūt dñi. iiij. tpe iacobi teopoli ducis uenetoꝝ. Quidā iacob⁹ de bora pecialis ecclesie scē marine d uenetiis deuot⁹ scē uirginis: corp⁹ ipius de ptib⁹ romanie sublatus ꝑ nauem uenetias direxit: & in ecclesia sua collocādum ordinauit. Cuius meritis naute a maris tempestate liberati sunt. Sicque corpus sancte uirginis uenetias delatum in eadem ecclesia sepultum est calendis septembris.

¶ De scā theodora monacha. CIX.

THeodora monacha apud alexandriā claruit tempore zenonis imperatoris. Hec nobilis & speciosa uirum habuit & diuitē & deū timentem. Cui⁹ scitati diabolus inuidens: uirū quendā diuitem i illius cōcupiscentiā icitauit: q eam crebris nūciis & muneribus molestauit. Sed cū ipm oino cōtemneret & peccatū abhorreret: tandē per quādaz mulierem ei missam illā decepit: que puellesuasit: ꝙ deus quicqd occidēte sole ꝓmittit minime intuet. Cuius suasiōi puella prebēs assensum uirū ad se nocte introire pmisit: & uoluntatē eius ꝓpleuit. Statimq; ad se rediens amarissime flebat: eo ꝙ ipam conscientia remordebat. Quā uir eius nimiū flentem cō solari studebat: sed illa nullam ꝓsolationez recipere curabat: cām autē fletus eidē nulla tenus idicare uolebat. Mane aūt facto quod dā monasteriū mōialiū adiit: & abbatissam interrogauit: an deus quoddā graue delictuz qd die ad uespascēte ꝓmiserat scire posset. Cui illa respōdet: qd deo nihil abscondit: & quia deus uidet qcqd quacūq; hora ꝓmittitur. Rediēs ergo domū quadā die cum uir suus abesset: comā suam ꝑcidit: & uestimēta uiri sui assumēs ad monasteriū monachoꝝ: qd per. xviii. miliaria a ciuitate distabat accessit: & ut ibidē i monachū reciperetur obtinuit. Interrogataq; de noie dixit se theodorum nūcupari. Ibi ergo officia oia hūiliter faciebat: & eius ministeriū oīb⁹ gratū erat.

¶ Post aliquot ānos abbas theodoro iussit: ut boues iungeret & oleū de ciuitate deferret: uir aūt eius plurimū flebat: timēs ne cū uiro aliquo recēsisset. Et ecce angelus dñi ipsi dixit: ut mane surgeret: & i uia que dicitur sci petri staret: & ꝓiugē obuiā haberet. Quod cū fecisset: theodora cū camelis uenit & uirū recognoscēs: sed ab ipso incognita illum salutauit. Cum aūt ille diuti⁹ expectasset: & se deceptū clamaret: facta ē uox ad eū ꝙ ille qui ipm pridie salutauerat uxor sua fuerat. ¶ Tante autē scitatis theodora fuit: ut multa miracula faceret. Nā & hominē a bestia laceratū eripuit: & suis precibus suscitauit. Ipamq; bestiā maledixit: que subito mortua corruit. Diabobus ār scitatē eius non ferēs eidē appuit & eā de cōmisso adulterio duriter increpauit. ut illā ad desperatiōnē prouocaret. Que signū crucis edidit. & mox demon euanuit. Quadā uice dum de ciuitate cum camelis rediret & in quodā loco hospitata fuisz puella ad eā uenit ut secum ꝓcūberet illā putās eē uirum. Que cum resp̄ueret iuit ad alterum in ipo hospitio iacētē & cum eo dormiuit. & de illo concepit. Cum ār uēter eius intumuisset. Interrogata dixit. se de theodoro monacho concepisse.

Natū igit̄ pueꝝ ad abbatē trāſmiſerūt: qui cū theodoꝝ increparet. & ille ſibi indulgeri peteret: ſcapulis ſcē puer ip̄onit̄: & de monaſterio eiicit̄: que p. 7. ānos extra monaſteriū māſit: & de lacte pecoꝝ infantē nutriuit. Diabol⁹ aūt in ſpecie uiri ſui eidē appuit: & ut ad ſe rediret: multis blāditiis p̄ſuaſit: que cū oraſſet: demō ſtatim euanuit. ¶ Alia quoq; uice demones ad eā i ſpecie multaꝝ feraꝝ uenerūt: & eā diris clamorib⁹ & inſultibus terrere uoluerūt: ſed oꝝone fuſa p̄ſtim ab ea diſceſſerūt. ¶ Altera uice multitudo militum ueniebat: quos princeps p̄cedebat: & eū ceteri adorabāt: que cū ſimiliter ab illis iuitaret: ut eoꝝ dn̄z adoraret: illaq; deū ſe adorare uelle diceret: ipſa āte principē adducit̄ & flagellis uſq; ad mortē cedit̄. Sed dū p̄ſtāter p̄ſeueraſſet: ois illa turba demonū ab ea depellit̄. ¶ Alia quoq; uice auꝝ multū reperit: deide caniſtꝝ oī ciboꝝ genere refectū iuenit: ſed ſigno crucis edito utrūq; euauuit ¶ Poſt ānos. 7. abbas ei⁹ patientiā p̄ſiderās ipſam cū puero i monaſteriū itroduxit: ubi cū duos ānos laudabiliter pegiſſet: una cum puero ſe in cella recluſit: quē poſtq̄ omib⁹ ſcis mōitis erudiuit: ſpiritū tradidit: puerq; plurimū flere cepit. ¶ Eadē nocte abbas p uiſionē aſpexit: q̄ nuptie maxime pabant̄: & mulier gloria & imēſo lumie circūdata i medio ſcōꝝ omniū portabat̄: & i lectulo iocūdiſſimo ponebat̄. Audiuitq; uocē: q̄ mulier illa theodor⁹ erat: q falſo de puero accuſat⁹ fuerat. Excitatus abbas cū fratrib⁹ ad cellā iuit: & iā illā defunctā inuenit: quā diſcoop̄tam feminā inuenit. Miſitq; abbas p̄ pūelle: que ipſā infamauerat: & illā ei mulierē eſſe dixit: & ad oculū indicauit: illeq; de falſo crimine cū filia penitentiā egit. Angelus dn̄i etiā abbati dixit: ut equū p̄ſcenderet: & quecūq; ſibi obuiū ad monaſterium ſecū adduceret: qui dū p̄geret: eidem uir theodore occurrit: & abbati p̄iugem ſuam obiſſe aſſeruit: cuius tranſitum dn̄o reuelante didicerat: & eam ad uidendam pergebat: quem abbas in ſuo equo aſſumpſit: & ad monaſteriū ſuum deduxit. Venientes quoq; ambo plurimū fleuerūt: & theodorā ſepulture tradiderunt. 16. calē. auguſti. Vir aūt eius cellā theodore accepit: & ibidem in ſanctitate uite p̄manſit. Puer quoq; theodore nutricem imitatus omni morum honeſtate claruit: ita q̄ abbati defuncto in monaſterii regimine ſucceſſit.

¶ De ſanctis ſcyllitanis mr̄ibus. CX

SCyllitani martyres apud chartaginem paſſi ſunt: quoꝝ noia ſunt hec ſperatus: natalius: cyrin⁹: beturius: felix: aquilinus: letarius: ianuarius. generoſa: beſſia: donata: ſecūda. Hi oēs a ſaturnino p̄fecto detēti: poſt primā xp̄i fidei p̄feſſionē in carcerē miſſi ſunt: & in ligno p̄fixi: deinde gladio decollati ſūt. 16. calē. auguſti. Et dicunt̄ ſcyllitani a ſcyllitana inſula: ex qua oriūdi fuerūt.

¶ De ſanctis ſymphoroſa & ſeptē filiis eius martyribus. CXI

SYmphoroſa cum ſeptē filiis ſuis apud tyburtinā ciuitatē ſub hadriano principe paſſa ē. Hec fuit coniunx bti getulii martyris: de quo ſupra dictū eſt. 4. idus iunii Ex quo ſeptē liberos p̄creauit: quoꝝ nomia hec ſunt: creſcentius: iulianus: nemeſi⁹: primitiuus: iuſtin⁹: ſtacte⁹: eugenius: quos oēs hadrianus una cum matre detineri fecit: & ipſam ſymphoroſam iuſſit palmis cedi: dehinc crinibus ſuſpendi: ſed cum eam ſuperare nullaten⁹ poſſet: iuſſit eam alligato ſaxo in fluuium precipitari. Cuius frater eugeni⁹ curie principalis tyburtine corpus eius colligens ſepeliuit. Mane autem facto iuſſit imperator ſeptē figi ſtipites: ibiq; filios ei⁹ ad trocleas extendi: & creſcentē in gutture trāſfigi: iulianū in pectore: nemeſium in corde: primitiuum per umblicum: iuſtinum p mēbra diſtinctum ſcindi per ſingulos corporis nodos atq; iuncturas: ſtacteū lanceis multis donec moreretur in terra configi: eugenium ſcindi a pectore uſq; ad iferiores ptes. Quorum corpora precepit auferri & proiici i foueam altam. Et poſuerunt pontifices ſacrorum nomen loci ipſius ad ſeptem biothanatos quorum corpora requieſcunt uia tyburtina miliario nono. Paſſi ſunt autem. iſ. cal. auguſti.

¶ De ſancta gugdene martyre. CXII

GVgdenes martyr apud carthaginem paſſa eſt: que plutiano & zete conſulibus preſentata iuſſu rufini proconſulis: quater diuerſis temporibus equulei ſuſpenſione uexata: & ungularum horrenda laceratione cruciata carceris etiam ſqualore diutius afflicta: cum hec omnia pro chriſti nomine ſuperaſſet: nouiſſime gladio ceſa eſt. iſ. calen. auguſti.

¶ De ſancto arnulpho epō. CXIII

ARnulphus epiſcopus turonen⁹: ut ait ſigibert⁹ claruit i gallia tēpore anaſtaſii imperatoris: qui ſancti remigii remenſis epiſcopi in baptiſmate filius fuit: cui⁹ etiā parentes primo gentiles tamē poſtmodum a ſancto remigio conuerſi & baptizati: ille rogatianus illa autem euphroſyna nominati fuerunt: qui omnia ſua pauperibus diſpenſanda ſancto remigio tradiderunt. Remigi⁹ uero regi clodoueo iā chriſtiano arnulphū

eius ſpiritualē filiū ꝓmendauit. Cui rex uti nobiliſſimo: ſtambergaꝫ neptē ſuā in uxorē tradidit. Iſpos tamē ambos ꝓiuges ſcūs remigius ad uirginitatis obſeruātiā iduxit. ¶ Poſt hec arnulphꝰ reuelatione dīna oia ſua p teſtamentū uxori relinquens: eā remigio commendans iu habitu laicali p annos. 27. peregrinatus ē. ¶ Quodā die dñico dū poſt matutinū oraret in eccleſia rauēnate: uidit aiaꝫ cuiuſdā peccatoris nup defuncti: que ad iferna a demonibꝰ trahebaſ: que cūctis aſtantibus audientibꝰ ſci arnulphi auxiliū implorabat. Pro qua uir dñi orauit: & ſtati aia ad corpus rediit: ipſeq; peccator ſurrexit: & q̄ ille uir dei eēt: eiuſq; p̄cibꝰ ipſe ſaluatꝰ fuiſſet: oibus patefecit. Et ꝓcurrentibꝰ ad eū turbis populoꝫ ipſe ad uitandā famā ꝓfeſtim ide diſceſſit. Deide apud ſequanā fluuiū aliū mortuum e pheretro ſuſcitauit: quē ſecū ad ſanctū remigiū informādū adduxit. ¶ Iteꝫ quoq; rhemenſē populū ad ſe ꝓfluentē fugiens: iteꝫq; pegrinās: cū eēt turonis & epatꝰ uacaret: angelo reuelante eps turonen factꝰ eſt: qui laudabilē uitaꝫ ducens: & miraculis clarens in dño quieuit. i5. calē. auguſti.

¶ De ſancto rophilo epo. CXIIII

ROphilus eps popilien fuit: qui uerbū dñi inſtāter p̄dicans: & q̄ docebat exemplo opeꝫ ꝓfirmās miraculoꝫ gloria inſignis fuit. Dum aūt in media uia poſita inter popilien & luilen oppidū draco imanis apparuiſſet: q̄ hoies & aialia deuorabat: & flatu uenefico plurios morbidabat. Sanctus rophilus populo ſuo triduanū ieiunium & orationē idixit: ſcōq; mercuriali epo luilen: ut hec eadem cuꝫ ſua plebe faceret: p̄ſuaſit: & deinde ambo ipſi epi una cum clero & populo utriuſq; ciuitatis ad locū accedūt: oratione q; p̄miſſa ſancti preſules draconem de antro producunt: ſtolis quoq; ſuis ipſum uti agnum manſuetiſſimum collo nectentes pertraxerunt: & in puteo profundiſſimo incluſerunt: memoriale quoq; ſupra puteum in teſtimonium miraculi ſignauerunt: quod ibi manet uſq; in preſens. Rophilus autē ad eccleſiam ſuā rediens: obituſq; ſui diem longe ante predicens: i5. calen. auguſti quieuit in chriſto. Sepultuſq; eſt in eccleſia ſua miraculis clarus.

¶ De ſancto filiaſtro confeſſore. CXV

FIliaſter confeſſor ſanctus dei ſacerdos: credens deo fide pleniſſima exiens de terra ſua relicto ſeculo preſbyter factus eſt: & pauli apoſtoli mente & opere imitator: omnem pene romanum orbem ſua predicatione luſtrauit: multoſq; xp̄o populos acquiſiuit. Non ſolum enim gentilibus reſtitit & iudeis: ſed etiam arriane perfidie tunc uigenti: nam & mediolani gregem dominicum ab auxentio epiſcopo arriano ſactiam broſii predeceſſore uiriliter defenſauit: & brixiam ciuitatem in fide adhuc rudem ſua predicatione ad uiā ueritatis plene reduxit. Et poſtquam plurimis miraculis effulſit apud eandem urbem brixienſem in pace quieuit. xv. cal. auguſti.

¶ De ſancto epaphra diſcipulo. CXVI

EPaphras diſcipulus de. 72. unus ut ait hieronymus: de quo apoſtolus ad coloſcen prio mētionē facit. Hic enī iubente paulo uerbum dñi coloſcenſibꝰ p̄dicauit: & ab eodē coloſcen eps ordinatꝰ: clarus uirtutibꝰ palmā martyrii pro ſibi ꝓmendatis ouibus uirili agone pcepit. Sepultuſq; é apd eā dem urbem. i4. cal. auguſti.

¶ De ſcis iuſta & ruſina martyrib. CXVII.

IVſta & ruſina mres in hiſpania ciuitate hiſpali: ſub diogeniano p̄ſide martyriū paſſe ſunt. He matrone xp̄ianiſſime pauptate detēte uaſa fictilia mercabantur. Ex quo queſtu neceſſariis ſibi ad uictum reſuatiſ: idigētiū iopiā ſubſtētabāt. Cū āt i platea ciuitatis uaſa diſtraherēt: matrone ipius oppidi idolū lapideū noie ſalaboué circūferētes: iuxta morē ſuum gentilē poſtulabant a ſcis feminis uas aliquod ad uſum dei ſui ſibi offerri. Quod cum ille uti xp̄iane facere denegaſſent: indignate matrone idolum ſuper earū uaſa fictilia iactauerunt: eaq; omnia cō triuerūt. Iuſta uero & ruſina idolū econtra longius abiiciētes ꝓfregerunt: ꝓpter qd a p̄ſide diogeniano detente prio equulei extenſione: & ungulaꝫ laniatione uexate ſunt: pmodū in carcere inedia & uariis doloribus aflicte. Inde quoq; educte cū preſes ad ptes alias iter arriperet per loca aſpa & ꝓfragoſa nudis pedibꝰ poſt eū trahunt. Tandeꝫ iuſta ſp̄m in carcere exhalauit. Corpuſq; eius in puteū proiectum: inde a ſabino epo leuatum atq; ſepultū eſt. Ruſine uero ceruix in confeſſione confracta eſt. Cuius eſt cadauer cōbuſtum. Oſſa autem illius ab eodem epiſcopo collecta una cū corpore iuſte in ciuitate hiſpaleñ. tumulata ſunt. Harum paſſio celebratur. i4. cal. auguſti.

¶ De ſcō arſenio abbate. CXVIII

ARſenius abbas cum adhuc in palatio imperatoꝫ archadii & honorii conſiſteret: & ut ad ſalutē dirigeretur oraret audiuit a domino ut homies fugeret & ſaluaretur. Accedens igitur ad monachalem uitā & ibidem orās audiuit: arſeni fuge: tace: quieſce. ¶ Matrona quedam nobilis & ſenex ue

nit:ut abbatē arſeniū ex deuōtiōe uideret:q̄ rogat⁹ a teophilo archiep̄o:ut ſe uideri permitteret:nullat⁹ acq̄euit.Tū illa ad cellaz ꝓperās:ip̄m foris ante hoſtiū iuenit:& ſe ad pedes ei⁹ ꝓſtrauit.Ille aūt cū indignatiōe nimia eā eleuauit:eāq̄ dure increpauit:qa cū mulier eēt:tantā uagationē facere p̄ſumpſiſſet.Nam cū alie mulieres ab ea redeunte audirent:q̄ abbatē arſeniū uidiſſet:ipſe ſimiliter ad eū uidendū ꝓfluerent. Illa aūt ſe nūq̄ alicui dicturam ꝓmiſit:q̄ eū uidiſſet:ſupplicans ut tantum p ipſa oraret.Abbas uero ſe deum oratuꝝ dicebat:ut memoriam eius de corde ſuo deleret. Hec illa audiens turbata nimiū ad ciuitatē uenit:& pre triſtitia egrotare cepit:quod archiep̄s audiens ad eā ꝓſolandam acceſſit:eiq̄ inter cetera dixit: ne de uerbis ſenis miraret:quia inimicus per mulieres uiros ſcōs impugnat.Nam credere debebat:q̄ uir ſcūs pro ei⁹ aia ſemp exorabat: & ſic ꝓſolata conualuit : & ad ꝓpria remeauit. ¶ Arſenius autē per totum uite ſue tempus ſedens ad opus manuū pannū habebat in ſinu ꝓpter lachrymas:que iugiter de oculis eius fluebant:& totam noctem inſomnez ducebat.Mane aūt cū ꝓpter nature laſſitudinem dormire uellet:ſomnū tanq̄ malū ſeruum uocabat:& ſedens paꝝ ſomni ſurripiebat:ſtatimq̄ ſurgebat:dicebat eni ſufficere monacho:ſi dormierit una hora:ſi tamē pugnator eſt. ¶ Cum pater ſancti arſenii nobiliſſimus ſenator uitam finiens:& teſtamentū faciēs:magnam hereditatem filio dimiſiſſet: tabellio teſtamentum ad eum detulit: quod abbas accipiens ſcindere uoluit . Tabellio uero eius pedibus prouolutus rogabat : ne hoc faceret:quia caput eius precideretur . Cui arſenius reſpondit:q̄ prius mortuus fuerat q̄ pater eius:q̄ ip̄m heredem fecerat:& ideo ipſum inſtituere nō poterat : & remiſit teſtamentum nihil recipere uolens. ¶ Quadam uice facta eſt uox ad arſeniū:ut exiret: & opa hoium uideret:& egreſſus uidit ethiopē ligna icidentē:& ſarcinā ſibi iportabilē facientē:cūq̄ ipſā ferre nō poſſet:iteꝝ ligna cedebat:& ad ſarcinā diuti⁹ addebat. Vidit q̄ rurſū hoieꝝ haurientē aquā de lacu:& eā fundentē in ciſternā ptuſam:quam aquā per fundebat in lacū:& ipſam nihilomin⁹ ciſternam implere uolebat. Iteꝝ uidit templū & duos hoies in equis portātes lignū trāſuerſū:uolētes aūt tēplū introire nō poterāt:qa lignū in trāſuerſo portabāt . Et expoſuit ei uox uiſa dicēs:q̄ ultimi ſūt:q̄ portāt lignū iuſtitie cū ſupbia:nec humiliant:pp qđ a regno dei excludūt . Qui ligna icidit: hō ē in peccatis multis:& p eo ut agat penitētiā nō ſubtrahit de peccatis:ſed iniquitates addit. Qui aūt aquā haurit:hō eſt bona opa faciēs ſed quia cū eis ſunt ꝑmixta mala perdit opera ſua. ¶ Veſpe ſabbati ueniente die dñico: relinquebat poſt ſe ſolē : & extēdebat man⁹ ad celū:donec mane ſol aſcendens faciē eius illuſtrabat:& ſic reſidebat.Quieuit aūt i pace uir dñi.i4.cal.aug.Hec in uitis patrū.

¶ De ſcō ioſeph iuſto diſcipulo. CXIX.

IOſeph qui uocabatur barſabas qui cognominatus ē iuſtus:unus ex.72.xp̄i diſcipulis nō fuit barnabas ut rabanus & quidā putauerunt : ſed frater iacobi alphei ac ſimonis & iude:filiuſq̄ marie ſalome ſecundogenite ſcē anne & ſororis uterine genitricis dñi:ut infra dicet in geſtis ſcē anne 7.cal.auguſti. Hic eni cum matthia ſtatu⁹ eſt ab apoſtolis ad ſortiendū in locum iude ut habetur act.prio.ca.Qui predicatiōis & ſcitatis officio ſeruiens ac fideliter ꝓplēs mīltaſq̄ perſecutiones a iudeis pro xp̄o ſubſtinens:uictorioſiſſimo fine apud iudeam quieuit.i3.cal.auguſti.De quo refertur q̄ uenenum biberit : & nihil ex hoc triſte pertulit propter dñi fidem.

¶ De ſcā margarita uirgie & mr̄e. CXX.

MArgarita uirgo apud antiochiaz ſub olibryo preſecto paſſa eſt. Hec fuit filia theodoſii gentiliuz patriarche: que nutrici traditur & ad adultam etatē ueniens baptizatur.& propter hoc exoſa patri plurimū habebatur . Cum autē annos.xv.attigiſſet: & cum aliis uirginib⁹ oues nutricis ſue cuſtodiret:prefectus olibryus illac tranſitum faciens in eius amorē exarſit: & cōcitos pueros ut ad ſe illam ducerent deſtinauit: quatenus ſi libera eſſet:eam in uxorē acciperet: ſi autē ancilla in concubinā teneret. Quam ſibi p̄tatam de nomine & genere ſuo ac religione requiſiuit . Illa autem reſpondit ſe genere nobilem & nomine margaritam ac religione xp̄ianam. Quam prefectus redarguens quia crucifixum coleret:eam in carcerem tradi fecit:& ad deorum ſacrificia properauit.Sequēti uero die eam ſibi preſentari fecit:& ad deoꝝ ſacrificia inuitauit.Quaz diis immolare recuſantem in equuleo iuſſit ſuſpendi:& uirgis tam crudeliter cedi:q̄ ſāguis de eius corpore uti de fonte manaret . Ita ut omnes aſtantes ſuper eam deflerent : & ad conſentiendum prefecto ipſam conſortarent.Quos uirgo cum indignatione repellebat:maloſq̄ conſiliarios eſſe dicebat. Iterum prefectus iuſſit eaz ungulis lacerari adeo ut ipſemet faciem operiret:quia ſanguinē ei⁹ fluentē uidere non poſſet. Et deide de poſitā i tenebroſo carcere recludi mādauit. Orauit autem uirgo ad dominū:ut inimicū q̄ ſecū pugnabat ipſi uiſibiliter đmōſtraret

Et ecce draco imanissimus ibidē apparuit: qui os super caput eius ponēs & linguā sub ter calcaneum extēdens ipaz ptinus trāsglutiuit. Sed dum se absorbēdam uirgo cōspexisset: signo crucis se muniuit: & statim draco per mediū crepuit: & uirgo illesa exiuit: Diabolus itez ut eam decipet in spem hominis se mutauit. Quē uidēs in oratiōem se dedit: & cum surrexisset demō ad eā accessit: & manum eius tenuit. Quem illa per capillos apprehēdit: & sub se ad terrā deiecit: ac supceruicē eius dextrū pedem posuit. Demō autem clamabat: & se a muliere superatū deflebat. Illa uero coegit: ut ipsi diceret: cur xp̄ianos taz multipliciter tentaret. Qui respōdit naturale sibi odiū esse contra uiros uirtuosos: & q̄is ab eis sepius repellat: tamē desiderio seducēdi infest⁹ existit: quia iuidet homini de felicitate quā amisit: q̄is eam recuperare non possit. Addidit q; p salomon isinitam demonū multitudinē in quodam uase iclusit: post cui⁹ mortē cum de ipso uase demones ignē emitterēt & homines ibidez thesaurum eē putarēt: uas confregerūt: & demones exeuntes aerē impleuerūt. His dictis uirgo pedem subleuauit & demō stati euanuit. Mox q; colūba de celo ueniēs cū luce nimia uirginē pfortauit. Theotim⁹ aūt qdā uerba uirginis auscultās scribebat: nutrix q; illius ipaz i carcere refouebat. ¶ Post dies plures ꝓuenientib⁹ populis iudici pñtatur: & sacrificare ꝓtēnēs itez i equuleo leuat: corpus q; eius facib⁹ exurit: mirātib⁹ cunctis fortitudinē tenerrime puelle: deinde i magno uase aque uicta mittit: ut ex penaz cōmutatione cresceret uis doloris. Sed subito terra ꝓcutitur & uirginis uincula soluūtur: ipsaq; illesa pauētib⁹ cūctis egredit. colūba quoq; celica cū ingēti lumine de celo aduolauit: & i capite margarite aureolā posuit. Quo miraculo ✠ quattuor milia gētiliū exceptis paruulis & mulierib⁹ xp̄o crediderūt: & capitalem sniam accepūt: prefect⁹ aūt timēs ne alii ꝓterterentur: ꝓcitus beatā margaritā decollari mandauit. Illa aūt pro se & suis persecutoribus: necnō & sui memoriā agētibus orauit ad xp̄m: addēs ut quecūq; i ptu piclitans se inuocaret illesam prolem emitteret. Fcā q; est uox de celo q; i suis se nouerit petitiōibus exauditam. Et sic gladio pcussa martyrii coronā pcepit. Cuius corp⁹ a xp̄ianis antiochie sepultū ē. 13. cal. augusti. Alibi autē legit q; passa est. 3. idus iulii.

¶ De scā praxede uirgine. CXXI.

PRaxedis uirgo filia fuit beati pudētis & soror potentiane nobilissima romanoz de quib⁹ supra dictum est. 14. calē. iunii. Hec post mortē parentū cum sorore potētiana omnes facultates diuisit: & ceperūt ambe ditissimū patrimoniū uendere: & pecunias paupib⁹ erogare. Mortua uero potentiana in scō uirginitatis ꝓposito. Praxedis uirgo cū beato pio papa ipam sepeliuit: & exide pauperes xp̄ianos i domo ꝓpria suscipiens: eis ministrare cepit. Defūcto quoq; scō nouato ipius uirginis germano: beata praxedis thermas illius in uico lateritii p man⁹ sci pii epi eccleśiā ꝓsecrari fecit: in qua & baptisteriū ordiauit. Martyrū quoq; symmetrii ꝓsbyteri & socioz: sub persecutiōe antonini imperatoris p xp̄o passoz corpora tumulauit: de quib⁹ supra dictū ē. 7. cal. iunii. Cūq; persecutio quotidie ingraueśceret: beata praxedis orauit ad dn̄m: ut eam ex hac uita susciperet. Que a dn̄o exaudita: post dies modicos egrotāre cepit. Et postq̄ omnē substātiam suā pauperib⁹ & eccleśie dispensauit: & & ipa in scō uirginitatis proposito ꝓseuerās ad xp̄m ex hac luce migrauit. i2. calē. augu. Sepulta a scō pastore presbytero: iuxta patrem & sororem uia salaria in cemiterio priscille.

¶ De scis uictore & sociis mrib⁹. CXXII

VIctor martyr cuz sociis suis sub maximiano impatore in ciuitate massilia passus ē. Qui maximianus pfecta cede martyz thebeorum i ciuitate seduñ massiliā deuenit: uictorē q; militem eidē de xp̄ianitate delatum ꝓprehēdit. Quem sacrificare nolentem funibus per totā urbem distractū: astorio pfecto puniendum tradidit. Qui ipsum dudum in patibulo afflictum in carcerē trudi iussit: ubi sanctus uictor celesti lumine & angelica uisitatione confortatus est. Que cū uidissent tres milites eum custodientes idest ✠ Alexander ✠ Longinus & ✠ Felicianus conuersi sūt ad christum. Quos in confessione fidei imperator decollari mandauit. Prefectus uero uictorem equuleo suspensum & fustibus ac neruis cesum: iterum in custodia reposuit. Sed post triduum inde eductus statuam iouis sibi oblatam: ut ei thura incenderet pede euertit. Cui pes ille statim preciditur. Deinde mole molendini suppositus crudeliter conteritur: uerum post paululum machina ipsa diuinitus dissipata: dum adhuc martyr domini aliquantulum palpitaret: gladio cedente uere uictor ac triumphator efficitur. Nam & eodem instanti uox de celo audita est: uicisti uictor beate. Corpora uero sanctorū martyrum iussu cesaris in pelago proiecta angelis ministrantibus ad oppositum littus enatantia deuecta sunt: & a christianis sepulta. Ad quorum tumulum dum puer eleutherius nomine christianus persecutionem

fugiēs declinasset. orās emisit spiritum. eis/
dē scis sepultura sociatus. Qui passi sunt. i2
calē. augusti.

¶ De scō daniele abbate. CXXIII

DAniel abbas & pbyter egyptius
fuit: qui dū maneret in scythi cū
fratrib⁹ suis ieiuniis & oronibus
semp intētus: uenit ad uillā que
hemēti dr: ut opa manuū suarū
uenderet: de qbus iopib⁹ subueniret. Roga/
tus aūt a iuuene in domū suā descendit: & p
uxōre ipsi⁹: que sterilis erat: orauit: ut deus
ei sobolem largiret. Cūq; mulier post dies
modicos ꝓcepisset: murmurabant emuli: q
de abbate: q in domo illa fuerat: puella pre
gnās eēt: eo q a uiro nūq potuerat grauida/
ri. Quod audiēs abbas misit ad iuuenem: ut
cū uxor ei⁹ pepisset: ipsi nunciare curaret.
Nato itaq; puero uenit daniel ad domū iuue
nis: fecitq; illum oibus ꝓpinquis & notis cō
uiuium pparare. Quibus psentibus pueruꝫ
25. dieꝫ adductū per deum adiurauit: ut ex
primeret patrem suū. Infans aūt clara ligua
iuuenē illum noiauit: eūq; digito ostēdit: &
sic emuli ꝓfusi sūt. ¶ In alia uilla erat homo
latomus noie eulogi⁹: q arte sua fideliter la
borans: pegrinos quosq; hospitio suscipie/
bat: qui dū abbatē danielē suscepisset: & ei/
dē fideliter ministrasset: orauit p eo ad dñm
ut augerētur sibi bona tēporalia: ad hoc ut
ille latiora impendere posset. Cui oranti se/
nex uenerād⁹ apparuit: & abbatē interroga
uit: an latomū in fide sua uellet suscipere: si
forte a bonis operib⁹ deficeret. Qui mox p
eo fideiussit: & pro aia sua se deo rōnem red
dituꝫ promisit. Post dies modicos dum ho/
mo ille lapidem excideret: audiens sonū cō
caui percusso lapide foramen iuenit: in quo
thesauꝫ multum latentē repperit. Timēs au
tem ne inuenta sibi ab urbis principe tolle/
rent: ꝓstantinopolim abiit: & sub iustino im
peratore collatis munerib⁹ fact⁹ est prefect⁹
ptorii: ꝓstructoq; palatio pauperes tradidit
obliuioni. Quod cū daniel ꝓperuit: ꝓsterna
tus animo ꝓstantinopolim perrexit: ut homi
ni loquerē: sed ab eius familia cesus cū in/
iuria expellit: unde & ante crucifixū orare
cepit: ut a fideiussione eriperet. Cui beata
uirgo apparuit: & se p eo interfessuram p/
misit. Confortatus abbas alexandriā rediit:
cui postea xps apparens dixit: q a uadimo/
nio absolutus eēt: sed de cetero ab huiusmo
di caueret. Cum aūt ad eremū reuersus eēt:
post menses tres iustinus impator moritur:
& iustinianus eius filius coronatur: & offici
ales imperii mutant: Eulogius a prefectura
deponitur: & de mala administratione requi
situs omni substantia spoliatur. Reuersusq;
ad uillam suam artē primam repetiit: & ho/
spitalis ut prius esse cepit. Ad quem ueniens
abbas: omnia put ꝓtigerāt: enarrauit: illeq;
in melius uitā mutauit. ¶ Ascēdit aliquādo
daniel cum discipulo in superiorem thebai/
dam: & uisitatis fratribus: & ab eis reueren/
ter exceptus: adeo ut ipsi uestimenta ꝓster/
nerēt: uenit ad cenobium monialium: quod
dicitur sācti hieremie. Et dū hospitium que
reret: & uirgines denegarent: eo q uir clau/
strum illud nunq intrasset: audito q abbas
daniel esset: abbatissa illum gratanter susce
pit: & ad refectionem uocauit: ubi cum iter
alias uidisset unam iuxta uiam laternarū in
terra iacentem: & que illa eēt quesiuisset: au
diuit: q ebria & insana erat: & q quasi semp
sic permanebat: sed pietate dei eam eiicere
nolebant: uiliaq; ei officia imponebant. Cuꝫ
ergo sero omnes ad cellas suas iussent: ab/
bas in oratione pernoctans uidit illam sur/
gere: & cū lachrymis instanter orare: quod
abbatisse ac discipulo ostendit: eisq; dixit:
quia per spiritum illam semper talem fuisse
cognouerat: & ꝓpter eam solam ad monaste
riū ipm uenerat: que humilitatis causa se a/
mētē ac ebriam fingebat: ut omnib⁹ ꝓfectui
haberet. Dum ergo abbatissa ex hoc nimiū
cōpuncta eēt: & mane oia sororib⁹ rettulis/
set: dū uellēt ab ea ueniā petere: ipsaꝫ necu/
bi inuenerunt: sed ianuas cenobii aptas con
spexerunt: schedulāq; foribus affixā in qua
scriptum erat: quicquid in uos peccaui par/
cite: & in xpō ualete. Sicq; oēs abbati danie/
li de cōmissis in sanctā uirginem ueniaꝫ po/
stularunt. Ipse quoq; ad cellam suā rediit: &
sāctitate pfect⁹ in pace quieuit. i2. calen. au
gusti. Hec in uitis patrum.

¶ De scā maria magdalena. CXXIIII

MAria magdalena a magdalo ca/
stro cognominata clarissimis na
talibus exorta patre syro matre
eucharia cum fratre suo lazaro
& sorore martha magdalum ca/
stellum: quod est secundo miliario a gene/
sareth: & bethaniam: que est iuxta hierusalē
& magnam hierolymorum partem posside/
bat: ita ut maria magdalum a quo nuncupa
ta est magdalena: & lazarus partem urbis
hierusalem: & martha bethaniam inter se di
uisissent. Cum autem hec diuitiis abunda/
ret: quia rerum abundantiam uoluptas co/
mes sequitur: quanto magis pulchritudine
splenduit tāto corpus suum uoluptati sub/
strauit: unde iam nomine proprio perdito
peccatrix dicebatur. Cumq; christum in do
mo simonis leprosi recūbere cognouit: ad
eū accessit: lachrymisq; pedes eius rigauit:
& capillis extersit: ac unguēto punxit: & in
tpe gre pria solēnē pniam ꝓfecit. uñ & dñs
oia ei peccata dimisit. Hec est illa cui xpus

tanta beneficia contulit & tam maxia ſigna dilectionis oñdit. Nam ab ea. 7. demonia. i. uniuerſa uitia expulit: in ſuo eā amore totaliter accendit: familiariſſimā ſibi ꝑſtituit: eā ſemp duleiter excuſauit: uidelicet apd phariſeum: qui dicebat eā immundā: apud ſororem: que dicebat eā ocioſam: & apud iudā qui dicebat eā ꝑdigam. Cuius dilectiōe quatriduanū ſrem ſuſcitauit: cui⁹ amore marthā a fluxu ſanguinis liberauit. Hec ad pedes domini ſedēs eius uerba audiuit: dñi caput pūxit: iuxta crucē in paſſione xp̄i ſtetit: unguenta parās eius corpus inungere uoluit; a monumēto quoq; diſcipulis recedētib⁹ non receſſit: cui xp̄s reſurgēs primo apparuit: & a poſtolor⁹ ap̄lam fecit. ¶ Poſt aſcēſionē igit dñi anno .xiiii. poſt ſtephani lapidationē & diſcipulor⁹ diſperſionē de qua habetur act. vii. iudei magdalenā cū plurib⁹ xp̄ianis rapiētes. Inter quos erāt beatus maximin⁹ unus ex. 72. diſcipulis: cui a beato petro ip̄a magdalena fuerat ſpecialiter ꝑmendata: lazarus frater eius: & martha ſoror eius: atq; marcilla marthe pediſſequa: necnō beat⁹ cedonius qui fuerat cecus a natiuitate quē dñs illumi nauerat: & alii plures: oēs iſtos naui impoſitos & pelago ſine remo uel remige expoſitos ut in ponto necarent a iudee finibus propulerūt. Qui deo duce maſſiliā appulerūt: ubi cuz nemo illos recipet ſub porticu cui⁹ dam tēpli morabantur. Cū autē populus ad phanum ꝑflueret: ut idolis imolaret: maria magdalena uultu iocundo linguaq; diſerta cepit xp̄m ꝑſtantiſſime predicare: & plebem a cultura demonū reuocare: unde multi admirantes corporis ſp̄em & lingue facundiā ꝑuerſi ſunt. Principi etiā prouincie cū uxore ad ſacrificia accedēti: ut prolē a diis ip̄etraret magdalena deor⁹ imolationes diſſuaſit: & xp̄m illis ánunciauit. ¶ Interea apparuit magdalena per uiſum ꝑiugi principis: eāq; de crudelitate redarguit: eo ꝙ abundāſ delitiis ſeruos dei fame & frigor⁹ mori ꝑmitteret: addens & minas niſi uirū induceret: ut eor⁹ inopiā ſub leuaret. Quod cū bis admonita facere neglexiſſet: tertia uice magdalena per uiſionē utriq; ꝑiugi appuit: & ultu igneo terribiles minas inuexit: niſi feſtinā ter ſcis uiris de uictu & hoſpitio ꝓuideret. Cūq; ambo euigilantes mutuo ſomnia rettuliſſent: exterriti cōtinuo ſcōs diſcipulos hoſpitio receperūt: eiſq; de neceſſariis prouiderunt. ¶ Poſt hec cum princeps prole careret: mariam rogauit: ut ſibi filium a deo ſuo impetraret: promittēs in xp̄m cum coniuge credere: ſi hoc ei obtinere poſſet. Tunc magdalena pro eis orauit: & poſt dies modicos matrona illa cōcepit. Cūq; princeps ad beatum petrū uidendum romā proficiſci diſponeret: nauiq; parata eum mulier iam tumente utero ſequi uellet: uir eius q̄is dudum renitens inſtantia coniugis deuictus aſſenſum prebuit: & nauem cum familia & uxore aſcendit: quorum humeris maria ad eorum tutelam ſignum crucis impoſuit. Cui princeps ciuitatis & domus cuſtodiam commendauit. Poſtq̄ autem flante uento proſpero die integro nauigaſſent: ſubito tempeſtas in mari exoritur: & intumeſcente procella dolore parturiendi mulier anguſtiat. Que inter preſſuras pelagi filiū peperit & cōtinuo expirauit. Cum igitur infans uagiens māmillarum ſolatia quereret & pater nec ubi matrem ſepeliret locum haberet: nec unde infātulum aleret prouidere poſſet: lachrymabiliter lamentabatur: & de magdalena plurimum conquerebatur: eo ꝙ ipſius cauſa tanta icurriſſe mala uidebatur. Naute autez clamabant: ut corpus in mare proiiceret. Cūq; peregrinus inſtanter exoraret: ut aliquantulum ſubſtinerēt: ſi forte mulier aliqua detenta extaſi reſpiraret: ut ſaltez nato puero ubera preberet: ecce nō procul a naue collis apparuit: uixq; princeps a nautis precibus & precio: ut illuc applicarēt exegit. In cuius antro ſecretiori corpus coniugis collocauit & puerum māmis apponēs chlamyde operuit: & deo ac beate marie magdalene aiam defuncte necnon curam pueri cuz fletu amariſſimo cōmendauit: & poſtmodum nauem conſcēdit: nec propter ea accepto itinere deſiſtere uoluit. Cūq; romam ad petrum neniſſet: & cauſam itineris expoſuiſſet: petrus principez ſuper caſu qui ei de uxore & filio contigerat confortauit: & in fidei ueritate firmauit. Deinde una ſecum hieroſolymam perrexit: & omnia loca ſacra cum eo perluſtrauit ac demum ad urbem repatriauit. Princeps igitur elapſo biennio a petro conſolatus diſceſſit: & nauem aſcendens ad patriam redire diſpoſuit. Perueniens autem ad collem ubi corpus coniugis cum paruulo dimiſerat applicuit: & puerum a maria magdalena cō ſeruatum ac educatum inuenit: q more puerorum in littore cum lapillis & glareis ludebat: uidenſq; nautas applicantes quos nū quā uiderat: expauens ad matris ubera ſolita recurrebat: & ſub chlamyde latitabat. Quem poſtq̄ pater matris mammas ſuggentem aſpexit admirans pre gaudio ineffabili flere cepit. Et ecce mulier a mortuis reſpirauit: & q̄ſi d ſōno euigilās magdalene gr̄as egit: q̄ ſibi i puerpio obſtetricis ipleuerat officiū: & ſe ac ſuū ꝑſuauerat paruulū: addēs ꝙ de eadem ꝑegrinatione qua uir ſuus uenerat: & ipſa ueniebat: & oia loca in quibus fuerat: ſerioſius referebat. Nam ſicut petrus uirum ſuū ad ipſa loca perduxerat: ſic & il-

caium adduxit:qui eos oēs baptizauit. ¶ In terea seuiente psecutione torquat⁹ quidem xp̄ian⁹ q apostatauerat: scō caio pape se cal lide sociauit:& simulata xp̄ianitate arte egit ut ipse una cū scō tyburtio orātes ab infide libus comp̄henderēt : qui & fabiano p̄fecto p̄sentati sunt. Et dū p̄festim torquatus xp̄m negasset:& hoc idē tyburtio suaderet:ipseq; magis xp̄m p̄fiterē. Iussit fabian⁹ carbones accēdi:& ut tyburtius aut thura super eos diis imponeret:aut nudis pedib⁹ desup ambularet. Qui inuocato xp̄i noie nuda plāta sup carbones incedens illesus pmānsit:quem fabianus uia lauicana extra urbē eductū de collari p̄cepit:ubi & sepult⁹ est.3.id⁹ augu. ¶ De scō chromatio & sociis mrib⁹. XLVII

CHromati⁹ martyr cū sociis suis martyriū passi sunt apud campa niam tēporib⁹ diocletiani & ma ximiani impatorū:q chromatius pri⁹ fuit urbis prefect⁹:& pater sancti tyburtii supradicti:qui graui lāgore dudū p̄ssus a scis sebastiano mr̄e & policar po p̄sbytero sanat⁹:& ad xp̄m conuersus at q; baptizatus est:ut supra p̄xime actū est in passione tyburtii. Cū autem xp̄ianorū per se cutio sub p̄fatis impatorib⁹ ebulliret. Chro matius de p̄silio pape caii cum multitudine xp̄ianorū & cū omni familia.i400.numero p̄ miscui sex⁹:ut psecutionē declinarent i cam paniam prexerūt:ibiq; degentes a diocletia no p̄scripti sunt in exilium:& multa inopia afflicti in p̄fessione xp̄i post longū tēpus in pace quieuerunt martyrio coronati. Quorū dies dormitionis ignoti sunt : unde & sancti tyburtii passiōi subdunt : quorū principali or chromatius pater ipsius tyburtii fuit.

¶ De scō chromatio epō. XLVIII

CHromatius episcopus aquileiē fuit & claruit tempore theodosii imperatoris:& damasi pape sub cuius metropoli floruit heliodo rus episcopus altinēn : de quo supra actum est i eius gestis quinto idus iu lii. Ipse enīm heliodor⁹ hunc sanctum chro matium uisitauit:& ab eodem ordinatus al tinensis episcopus diu secum permansit: sa crarum litterarum studiis intendentes . Hi duo episcopi beato hieronymo p̄sbytero familiari dilectione coniuncti : plures eidē epistolas direxerunt : & ab eodem recepe runt. Ad quorum instantiam libros pluri mos sacre pagine idem hieronymus in lati num transtulit:& martylogium sanctorum compilauit. Chromati⁹ uero episcop⁹ post laudabilem uitam & multarū uirtutum ope ra quibus gregem dominicum uerbo & ex emplo pauit:plenus sanctitate aquileie i pa ce quieuit:ibidem tumulatus.

¶ De scā susanna uirgine & mr̄e. XLIX

SVsanna uirgo rome passa ē sub diocletiano impatore:que fuit fi lia gabini p̄sbr̄i fratris caii pa pe:de quo supra dictū est in pas sione gabini.xi.calē.martii. Hec patri suo unica & dilecta a cunabulis xp̄ia na sacris litteris erudita est. Quia uero erat de genere diocletiani imperatoris:idem im perator misso ad patrem eius claudio ip̄si⁹ p̄sanguineo & susanne auunculo puellam fi lio suo in p̄iugem requisiuit. Pater aūt gabi nus inducias petiit:ut filie uoluntatē requi reret:quam cū requisisset:illa se xp̄o desp̄ satam respōdit:denegans oīno p̄iugium: po tissime quia xp̄ianam nō decebat cultori de monū copulari. Post dies tres ꝟuersus clau dius:ut eius respōsionē audiret:a susanna cōuersus est ad xp̄m. Reuersusq; domū cuj omnia p̄pedigne uxori sue rettulisset : ipsa etiā ad xp̄m conuertit̄ . Et sic ipse claudius cū coniuge & filio alexandro atq; filia cutia nocte a sancto caio papa baptizantur:& sa cra eucharistia cōmunicant. Claudius igit̄ omnibus suis uenditis ministrare cepit egen tibus xp̄ianis. ¶ Post dies aūt.xlvi. susanna itez requirit̄ in cōiugium filii imperatoris per maximū comitē rei priuate:eo q; ipsam uti sponsam iuuenis nimium adamaret:ueni ensq; comes ad claudium:ut secū de matri monio tractaret:ab eodem ad fidem conuer sus est: & post dies qnq; a caio papa bapti zat⁹:q & ipse cepit xp̄ianis mistrare. Quod audiens diocletianus serene auguste uxori sue suasit:ut susannam accersitā de cōiugio filii horraret̄ . Augusta uero cum eēt occul te xp̄iana:puellaj ad se uocauit: & una secū p dies plures oīoni uacauit. Hoc aūt impa tor p̄periens claudiū cum uxore & filiis: & maximo fratre suo iussit apud ostiam in ma re iactari:de quib⁹ supra in eorum passione dictum est.12.calē.martii . Gabinū uero in carcere detineri fecit . Susannā uero remisit ad ip̄si⁹ domū :ut eam ibidem filius su⁹ uel uiolenter pollueret: nolēs palatium suū cō taminari. Ingressus aūt iuuenis ad eā noctu uidensq; angelum splendidum iuxta eam ti muit:& fugit:assumptoq; curtio itez ad eā rediit: qui ambo angelica uisione exterriti fugerunt. Quod imperator audiens & male ficiis deputans:misit susanne statuūculā io uis:ut eam aut adoraret:aut gladio periret. Quam insufflās in puluerem redegit. Tunc imperator misso macedonio tribuno : iussit eam primo fustibus cesam intra domū ipsi us decollari:cuius corpus a serena impera trice in crypta sepultum est:& sanguis i lin teo collectus.5.idus augusti.

¶ De sancto taurino epō. L

TAurinus epʒs fuit filius tarquinii nobilissimi romani: & matris eu tychie grece i ciuitate aurelian. Ad quē uenientes duo magi: cambyses & zari: qui fuerāt sacerdotes diane cū. xx. discipulis suis ut eū occiderent: oppositō sibi signo crucis substiterūt: nec ultra procedere ualuerūt. Quod uidētes magi seipos pre dolore ceciderūt. Illi autez xx. a scō sunt ꝙuersi: & baptizati. Hoc audiens licinius prefectʒ ipm ꝙprehēdit: & sacrificare nolentem uirgis cedi iussit. Statimʒ carnificū aruerūt: & leonilla uxor licinii cō uersa est tanto miraculo ꝙspecto. Inter hec nunciatur licinio filiū eius marinū cum paschasio armigero: q uenatiōi isistebant ex equis precipites interisse. Cūq; illos scūs taurinus suscitasset: & illi que i eternis penis uiderant enarrassent. Conuersus est licinʒ cuz filio & armigero & aliis .i200. ¶ Post hec dum zabulus princeps cū exercitu orientalium gallos inuaderet: reuelatur taurino animas suoz ciuium ab hostibʒ saluandas: locum uero penitus desolādū: ipm uero ad dominū die .8. migraturū. Qui hec oia populo nūciauit: & ipos in xpo ꝙfortauit. Igitur dñica die subsequēte celebrata missa: & scō sermone populo: apparuit multitudo cādidatorum circa altare eum ad celos inuitantium: nubesq; odore fragrās ecclesiam impleuit. Qua post horā recedēte: inuentus ē i sede sua manibus expānsis & oculis i celū erectis ad dñm ꝙolasse. Dubitantibʒ autē ciuibus ne corpus sanctū ab hostibʒ raperetur sepultū: appuit senior quidā: eosq; ut se sequerentur admonuit. Qui corpʒ ide tollētes q̄si tertia miliarii pte extra urbē seniorē sequūtur. Qui ibidē substitit: & ipm ibi sepeliri mandauit. Quibʒ adhuc hesitantibʒ corpus se erexit & ut ibidē ꝙderet uiua uoce ꝙmonuit. Quod & factū est: post hec a seniore ut inde uelociter fugerēt admonent. Ipso post nusq̄ ulteriʒ ꝙpente. Illisq; abscedētibʒ hostes subito in ciuitatem irruerunt: & eam ut sanctus predixerat euerterunt. Quieuit aūt in dño. 3. idus augusti.

¶ De scis septē dormiētibʒ martyribʒ. LI.

SEptem dormiētes i ciuitate ephesi orti sunt. Quoz nomina sunt hec: maximianus: malchus: martinianʒ: dionysius: ioannes: serapion: & cōstātinus: & apud ipam ciuitatem i monte celio dormientes requiescunt sine ulla corpoz aut uestiū corruptione. Cum eni decius impator persequēs xpianos uenisset ephesum: & cunctos ad idolorū sacrificia cōpelleret: prefati septez xpiani in ipsa urbe nobilissimi: in domo sua secreto se cellantes: accusati apud deciū ꝙ xpm colerent: ante ipm statuunt: & dato eis spatio resipiscendi usq; ad reditum decii: q alio pgebat dimittuntur. At illi interim patrimonia sua paupibus erogantes: inito consilio i mōte celio secesserūt: & ibidē secretius esse decreuerunt. Quibus malchus ꝙtinue mistrabat: & quotiēs urbē itrabat ut cibos emeret se medici habitu uestiebat. Cum ergo deciʒ ephesum redisset: & eos ad sacrificandū perquiri iussisset. Malchus minister eoz ad socios territus rediit: & eis furorē cesaris indicauit. Eis tñ panes allatos apposuit: & i dño confortauit. Qui nimio timore pauefacti cū lachrymis sero comederunt: & se mutuis exhortationibʒ ꝙfortantes sicut deus uoluit obdormierūt. Taliq; somno diuina dispensatione soporati in eodem loco iacuerunt usq; ad annū trigesimum theodosii iunioris per annos uidelicet. 196. Mane aūt facto cū quesiti inueniri nō possent: & decius tales se uiros ꝙ didisse doleret: accusati sunt ꝙ oia sua pauperibʒ dispensassent: & hucusq; in mōte celio latuissent i xpianitatis proposito permanentes. Iussit ergo decius pētes suos adesse: & minis ac terroribus ab eis extorsit: ꝙ in ipso monte laterent sicut ei fuerat per alios suggestū. Tunc cogitās qd de ipsis faceret: nutu dei iussit os spelūce lapidibus obstrui ut ibi deficerent fame & inopia circūcluſi. Quod cū fieret duo ex ministris xpiāi: theodorus & rufinus eoz mrium describētes in tabulis: & sigillantes caute inter lapides posuerunt. ¶ Mortuo igit decio & tota illa generatione: post ānos. 196. anno uidelicet. 30 impii theodosii iunioris pullulauit heresis eoz qui negabant resurrectionē mortuorū: unde ꝙtristatus xpianissimus impator: quia fidem tam impie agitari uidebat: i cinere & cilicio cū lachrymis in oratione quotidie psistebat. Quod uidens misericors deus confirmare spem de resurrectiōe mortuoz uoluit: & ita predictos mres suscitauit. Misit siquidem in cor cuiusdā burgensis ephesi: ut i illo loco edificaret stabula pastoribus suis. Cementariis ergo spelunca apientibus surrexerunt sci: & se inuicē salutantes putabant se una tantum nocte dormisse & pridianam tristitiam recordantes: se mutuo ad martyrium exhortabantur. Iusseruntq; malcho ut ad urbem descenderet: & plures panes q̄ heri afferret: atq; quid iussisset decius nunciaret. Qui assumpto medici habitu iuxta morem .v. solidos accepit: & de spelūca exiuit: uidēsq; lapides admiratʒ ē: sed aliud cogitās de lapidibus paz curauit: uenies ergo timidus ad portā ciuitatis: ultra modum stupefactus ē: uidens signum crucis superpositū & mutatā in omnibus ciuitatē. Et ad singulas accedens portas: ita per omnia reperit:

signãsq; se ad primã portam rediit: se existi mans somniare. Ingressus tandem cum tre more nimio homines de xpo loquentes audi uit: & maiorem stuporem incurrit: nec puta bat illam esse ephesiorum ciuitatẽ: & cũ in terrogans ipsam esse ephesum intellexisset: uere se errasse putauit: & ad socios redire co gitauit. Accessit tamẽ ad eos: qui panem uẽ debant: & cum argenteos ꝓtulisset: mirati uẽ ditores monetam incognitam: dicebant ad i uicem: ꝙ ille iuuenis thesauꝝ antiquuꝫ inue nisset. ille uero eos ad inuicẽ colloquẽtes ui dens putabat: ꝙ ipm ad imperatorem trahe re uellent: & territꝰ rogabat: ut panes & nũ mos retinerent: & se dimitterẽt. Qui eum te nentes interrogabant: ubi thesauros impera torum antiquoꝝ inueuisset: q nõ inueniebat quid eis diceret pre timore. Misso igitur fu ne in collo eius per uicos ad medium ciui tatis trahitur: & exiit rumor: ꝙ iuuenis the sauros inuenisset. Cõgregatisq; omnibus ad eum: ipse a nemine cognosci poterat: sed nec ipse circũspiciens aliquem de sua cognatio ne uidebat: quos ueraciter uiuere putabat: & nullum inueniẽs quasi insanus stabat i me dio populi. Quod audientes marinus epꝰ & antipater procõsul: eũ ad se duci iusserunt: & cum ad ecclesiam duceretur: ad decium se trahi existimabat. Episcopus igitur & ꝓ consul mirantes eũ interrogant: ubi thesau ros antiquos inuenisset. Qui respondit se ni hil inuenisse. sed de sacculo parentum suoꝝ nũmos illos habuisse. Et interrogatus cuius ciuitatis esset: respondit: ꝙ erat ipsius ciui tatis: si tamẽ illa esset ciuitas ephesina. Et in terrogatus de nomine parentum suorum: ut pro ipso testarent: cum ipsos nominasset: & nullus eos cognosceret: dicebant eum finge re: ut aliquo modo euadere posset. Dicente ꝙ procõsule: ꝙ pecunia illa parentum suo rum esse non poterat: eo ꝙ superscriptio fe re ducentorum ãnorum erat: quo tempore parentes sui fuisse non poterãt: & ꝙ tali mõ sapientes & senes ephesi uolebat deludere. Iussitq; eum tormentis tradi: donec ueritatẽ consiteretur. Tunc malchus procidẽs eos ꝓ deo adiurauit: ut ei dicerent: ubi decius im perator esset. Episcopus uero rñdit: ꝙ tunc non erat in terra: qui decius nominaretur: ꝫ ante longum tẽpus fuerat imperator. Mal chus uero stupefactus stabat. narrauitq; eis ꝙ furorem decii i monte celio cum sociis au fugerat: & quomodo in sero precedenti deci us ipsam ciuitatem intrauerat. ut xpianos p sequeretur: si tamẽ ipsa eẽt ciuitas ephesioꝝ in cuius testimonium rogabat: ut secũ irẽt: & socios suos eis ostenderet. ¶ Tunc epꝰ co gitans: ꝙ hec esset diuina uisio: cum procon sule & uniuerso populo ducente eos mal cho perrexit ad montem celium: & ingre diẽte prius malcho ad socios inuenit episco pus inter lapides litteras sigillatas duobus sigillis argenteis sanctorum passionem con tinentes: quas coram omni populo legit: & mirantibus cunctis uiderunt sanctos in spẽ cu sedentes: & facies eorum quasi rosas flo rentes: omnesq; glorificabant deum cernen tes corpora ipsorum & uestes incorruptas ac si sola una nocte dormissẽt. Statimq; hec omia theodosio imperatori p litteras signi ficare curarunt. Qui surgens de loco in quo orabat glorificans deum cõcitus uenit ephe sum: ueniẽs quoq; ad speluncam: uidit sãcto rum facies sicut sol resulgentes: & procidẽs ante ipsos: ac singulos eorum amplexans fle uit cum gaudio dicens: ꝙ sic eos uidebat: quasi si uideret christum lazarũ de monu mento uocantem. Qui respondebant: ꝙ ad hoc deus ipsos suscitauerat: ut crederetur i dubitãter resurrectio mortuoꝝ. Sicut enim infans est in matris utero non sentiens lesio nem & uiuit: sic fuerant uiuentes & dormiẽ tes & nihil sẽtiẽtes: & his dictis inclinãtes ca pita sua iterum obdormierunt: quos impe rator deosculans super eos fleuit. Et cũ iuꝰ sisset fieri loculos aureos: in quibus mitterẽ tur: in ipsa nocte apparuerunt impatori di centes: ut sicut hactenus in terra iacuerant: sic eos dimitteret: donec eos dñs iteꝝ i ultia resurrectiõe suscitaret. Iussit ergo impator locum illum inauratis lapidibꝰ adornari: & oẽs epos negantes resurrectionem ab epi scopatu deponi. Dormierũt ergo sancti mar tyres prima dormitione. 6. calẽdas augusti. Surrexerunt uero. 3. idus ipsius mẽsis: quo die festum ipsorum solẽniꝰ recolitur: anno domini. 448.

¶ De sancta clara uirgine. LII



Clara uirgo ordinis dominarum pauperum sancti damiani de ci uitate assisii nobilibꝰ orta parẽ tibus ab annis puerilibus chri sti seruitio mancipata uirginita tem suam domino dedicauit: que a btõ fran cisco ordinis minorum fundatore edocta: monitis ipsius relicto seculo: die dominico palmarum adhuc iuuẽcula ad ecclesiam in omni uestium suarum ornatu procedens: a summo pontifice innocẽtio tertio palme ra mum accepit. die quoq; sequẽti ad beatum franciscum accessit: & apud sanctam mariaꝫ de portiuncula ab ipo habitum monachalẽ cum humilitate petiit & assumpsit. Deducta ergo ad ecclesiam sancti pauli graui perse cutione consanguineorum sibi excitata: ipa in sancto proposito pseuerans bella omnia triumphauit: deinde a sancto francisco apud ecclesiam sancti damiani inclusa sororum

puuperum ordinem incohauit: & .42. annis i sanctitate & perfectiõe uite perseuerauit. Ieiuniis quoq; & orationibus semp intenta paternam omnem hereditatẽ mõasteriis ecclesiis & pauperib⁹ dispensauit. Cuiusq; regulam prefatus papa innocentius cõfirmauit. Miraculis etiam pluribus & insignibus claruit. ¶ Nam semel panem unicum in domo repertum: cum fratribus elemosynã petentibus dimidiauit: reliquãq; medietatem inter 40. sorores diuidi fecit: omnibusq; saturatis plenius abũdauit. ¶ Alias etiaꝫ uas olei uacuum eius oratione repletum inuentum est. ¶ Cũ tempore federici impatoris italiaꝫ deuastantis: saraceni ab eo ꝓducti uallem spoletanã depopulati eẽnt: hi quoq; assisiũ iuassissent: cum ipsa langueret: se in ianua clausstri hostibus irruentib⁹ opponi fecit: xp̃oq; puerulo sibi appente: & liberationẽ loci ac ciuitatis promittẽte: orans infideles illos diuinitus non solum a monasterio effugauit: sed etiam ciuitatem ab eoꝝ euersione saracenis mox per aliam portã quasi in fugã exeũtibus liberauit. ¶ Alias etiã uitalẽ quẽdam de aduersa ciuitatẽ eandem obsidentẽ sua oratione adeo perturbauit: ut dissoluto exercitu: mane sequenti recederet qui p⁹ dies modicos iugulatus est. ¶ Sancta autem uirgo in principio sue conuersionis agnetem germanam postulauit a deo sibi in eodem proposito sociandam: quod & obtinuit. Nam & ipsa post dies .xvi. relinquens mundum religionis habitum suscepit: & in eodem monasterio una secũm uirgo permansit: totidẽq; diebus post eius transitũ claram ad celestia secuta est. ¶ Cum aliquando in natale domini infirma lecto decũberet: matutinali officio in spiritu rapta pñs fuit: xp̃mq; pueꝝ aspexit oiaq; diuina corporaliter audiuit: & que gesta fuerant rettulit: cũ tñ tanto longe posita esset q̃ uoces cantantium humanitus audire non potuisset. A sero quoq; cene dominice usq; in sabbato scõ de mane in extasi assumpta: passionem dominicam in spũ contẽplata: & ad se rediẽs unius fere hore spatio putauerat se dormisse: Sicq; signis & uirtutib⁹ claręs p annos .28. longo castigata lãgore assistente sibi dño gregorio papa .9. sibi deuotissimo cũ cardinaliũ cetu uirtutib⁹ p̃dita feliciter migrauit ad xp̃m pridie id⁹ austi. Ab eodem pontifice i ecclesia sancti gregorii tumulata: ubi & quiescit miraculis clarens.

¶ De scõ euplo martyre. LIII.

EVplus martyr i ciuitate catanẽsium temporibus diocletiani & maximiani imperatorum passus est sub caluisiano consulari. Dũ nim idem caluisianus i templo idolorum sacrificaret: & euplus se christianum publice proclamaret tentus est: & quesitus quem deum coleret. Qui cum q̃ttuor euangeliorum codicem quem secum habebat apuisset: & coram eo legisset xp̃m confitendo ab eodem iudice diutius tortus: deinde cõtra eum dictata sententia decollatus ẽ pridie idus augusti. Sepultusq; est in ipsa ciuitate.

¶ De scã hilaria & sociab⁹ mrib⁹. LIIII

HIlaria martyr mater scẽ aphre fuit. De qua supra dictum est nonis augusti. Que cum ancillis filie sue: digna: eumenia: & eutropia apud cretaꝫ in ciuitate augusta passa est. He cum corpus predicte aphre mris sepelissent: die sequẽti ad tumulum ei⁹ orantes reperte sunt & comprehense: atq; iudici presentate. Que dum xp̃m confiterent in monumento de lignis facto incluse sunt: & catenis uinẽte: ipsoq; tumulo feno & spinis repleto: igne suppositio: martyrium compleuerunt pridie idus augusti. Quaruꝫ corpora iuxta aphram martyrem condita sunt.

¶ De sanctis quiriaco & sociis martyribus. LV.

QViriacus: largus: crescentianus: meminia: iuliana: leonides: eutychianus: diomeda: chariton: philadelphus: agapes & petrus cũ aliis .xiii. apud eandem ciuitateꝫ augustam in creta passi sunt. Qui omnes ꝑ confessione nominis christi decollati martyrium consumauerunt pridie idus augusti. Hec ado ex martylogio hieronymi.

¶ De scis hippolyto & sociis mrib⁹. LVI.

HIppolytus & omnis eius familia utriusq; sexus numero .19. rome passi sunt sub decio cesare & ualeriano prefecto. Cum enim hippolytus beatum laurentium in custodia haberet sibi a p̃fecto ualeriano cõmendatum: & uidisset eum manus super oculos cecorum imponentem: & eos illuminantem conuersus est: & cũ omni domo sua baptizatus: ut dictũ est supra i passiõe laurẽtii 4. idus augusti. Postq̃ aũt corpus beati laurentii cũ iustino p̃sbytero sepelisset: uenit domum: & dans pacem oibus seruis & ancillis suis: oés sacramẽto altaris quod iustin⁹ p̃sbr̃ obtulerat cõmunicauit: & posita mẽsa pri⁹ q̃ cibũ sumeret: ueniẽtes milites eum rapuerũt: & ad deciũ adduxerũt. Qué deci⁹ iterrogauit: an mag⁹ effect⁹ eẽt: eo q̃ corp⁹ laurentii abstulisset: illeq; rñdit: se nõ eẽ magũ sed xp̃ianũ. Tũc deci⁹ fecit eũ expoliari habitu xp̃iano: & os ei⁹ lapidib⁹ tũdi: agens ut sacrificaret: ne p tormẽta sicut laurenti⁹ periret. Cũ autẽ diceret se uelle exẽplũ bti mris lau

rentii imitari: iussit eum decius fustibus cedi: & cardis ferreis laniari: & cum tormenta huiusmodi derideret: fecit ipsum uestiri uestе militari: qua ante utebatur: hortans ut amicitiam & militiam pristinam obtineret: cui hippolytus se christo militare dicebat: quē tradidit decius ualeriano prefecto: ut omnes eius facultates acciperet: & tormētis afficeret. ¶ Valerianus autem inuenta omni eius familia christiana omnes sibi exhiberi precepit: & cum ad sacrificia cogerentur: cō cordia nutrix hippolyti pro omnibus respōdit: q optabant cum domino suo magis pudice mori q̄ impudice uiuere. Valerian⁹ autem dicens: q genus seruorum nisi per supplicia non emendatur: iussit eam presente hippolyto tam plumbatis cedi: quousq; spiritum emitteret: deinde extra portam tyburtinam hippolytu3 cum omni ei⁹ familia duci fecit: quos cum ipse ad martyrium hortaretur: iussit ualerianus eos omnes in conspectu hippolyti decollari: ipsum uero pedib⁹ ad colla īdomitorum equorum ligari fecit: qui sic per cardos & tribulos tractus emisit spiritum. Quorum corpora iustin⁹ presbyter rapuit: & iuxta corpus laurentii in agro uerano sepeliuit. Corpus uero concordie inuenire non poterat: quia fuerat in cloacam proiectum. Miles autē quidam nomine porphyrius credens concordiam aurum & margaritas in uestibus habere: quendam cloacarium nomine ireneum: qui erat occulte christianus aduocauit: & ei secreti⁹ ubi corpus esset intimauit: promissione sibi facta: q aurum uel gemmas repertas eidem concederet: ipse uero corpus haberet. Cumq; ei locum indicasset: & extracto corpore nihil inuenisset: porphyrius fugit: & ireneus uocato alio christiano nomine abundio corp⁹ ad iustinum presbyterum detulit: qui illud iuxta corpora hippolyti & aliorum sepeliuit. Passi sunt autem idibus augusti.

¶ De sancto hippolyto epō. LVII

Hippolytus episcopus aphrican⁹ claruit tempore alexandri imperatoris: qui uite sanctitate plen⁹ & doctrine suauitate mellifluus pluria i dei ecclesia opuscula cō didit: uidelicet libr̄ de pascha composuit. Item in exameron. Item contra martionem. Item in cantica canticorum. In genesim. In zachariam prophetam. In librū psalmorū. In isaia. In daniele. In apocalypsi. In ꝓuerbis. In ecclesiaste ꝓmētarios edidit. Libr̄ ꝓpo suit de saule & phythonissa. De antichristo. De resurrectiōe. De laude dñi saluatoris: & proshomelion: & plen⁹ uirtutib⁹ in pace q̄e uit: ut dicit gēnadius libro de illustrib⁹. |

¶ De scō cassiano epō & mr̄e. LVIII

Cassianus eps passus ē apud ciuitatē forū sylle siue cornelii a sylla cornelio duce romanor̄ dictā que nūc imola nūcupat̄. Hic genere nobilis pōtifex fuit ciuitatis brixineñ: que ciuitas ē i affinibus allemanie posita: q pegrinationis gr̄a uenit ad imoleñ citatē: ubi dū scholas pueror̄ r̄geret: & xp̄3 dñm p̄dicaret tpe p̄secutiōis a paganis tēt⁹: quesitū ē qd artis: aut qd hēret officii. R̄ñsū q; est: q; pueros lr̄is erudiret: Statiq; a p̄secutore quē spreuerat: p sniaz addictū est: ut ipsi⁹ discipuli in magr̄i sanguinē quō uellēt: cū corpis laceratiōe. seuirent. Statuit ergo i mediū spoliat⁹: & post terga ligat⁹ manib⁹ Armati itaq; stilis pueri circūstātes ac tabulis illudebāt mgr̄o: & in capite ipsi⁹ fractis tabellis acutissimis stilis mēbra ei⁹ nō cessabāt effodere. Multis itaq; uulnerib⁹ dei martyr p̄fossus: uix retrahēs suspiria: hūili eos hortabat̄ uoce: ut eēnt uirib⁹ fortiores: & annos uirtute trāscenderent. Sicq; p uenas toti⁹ corpis sanguis effusus piā animā cōditori suo cū gloria reddidit & corona: & sepultus iacet i ipsa ciuitate: q passus ē idib⁹ aug.

¶ De scō cassiano p̄sbytero & p̄fessore. LIX.

Cassian⁹ p̄sbyter de quo frater uincentius & gēnadius: claruit tpre honorii ip̄atoris: uir illustris & facundus. Alio noie dictus ioannes eremita. Qui de ecclesia constantinopolitana per hereticos eiect⁹ in massilia gallie presbyter ordinat⁹: duo condidit mōasteria uiror̄ & mulier̄ que hodie extāt. ¶ Scripsit mlta opuscula ad fidei nr̄e exhortationē. Scripsit enī uitas patr̄ i egypto degētiū & regulas: que multar̄ aiar̄ edificatione ꝓtinēt: & luculēto ſmōe nitescūt. Scripsit & res omniū mōachor̄ necessarias. i. debitū & de canōica oſone atq; psalmodia: q̄ i egypti mōasteriis die noctuq; tenē libros quatuor: Institutionum librum. i. De origine & qualitate ac remediis. viii. principalium uitiorum libros octo singula singulis explicans. Digessit & collationes cū patrib⁹ egyptiis hitas: uidelicet d̄ destinatiōe monachi ac fide. De districtiōe. De trib⁹ ad ſuiendu3 deo uocationib⁹. De pugna carnis aduersus spiritū: & spūs aduersus carnē. De natura oiu3 uitior̄. De nece scōr̄. De nobilitate aie De pricipib⁹. De q̄litate oſonis. De p̄fectis. De castitate. De ꝓtectiōe dei. De scia spūali. De dīnis charismatib⁹. De amicitia. De diffiniendo uel non diffiniendo. De tribus antiquis generibus monachorum: & quarto nuper exorto. De fide cenobite & eremite. De satisfactione penitentie. De remissione quinquagesime. De nocturnis illusionibus. De eo quod dicit apostolus. Non enim qd uolo

facio bonum: sed qđ nolo malum hoc ago. De mortificatiõe: ad extremũ rogatus a leone archidiacono postmodum romano epõ: aduersus nestoriũ de incarnatiõe dñi. 7. condidit libros: in quibus apud massiliã scribẽdi: & uite terminũ dedit. Imperantibus theodosio & ualentiniano.

¶ De scã radegunde regina. LX.

RAdegundis regina nitigoꝝ nobilissima clotharii regis francorũ uxor: claruit ãno. 30. iustini imperatoris: ut ait sigibertus. Hec natione barbara patre regẽ berẽgario noie progenita: dum regio sua a francis esset depopulata: de patria sua in galliã i predam abducta: ueniens in sortẽ clotharii ob nimiá speciositatem ab eo i coniugẽ ducta est. Que tamẽ deo potius q̃ regi seruiebat ieiuniis: uidelicet elemosynis & oratiõibus uacans: carnẽ cilicio domãs: desuper regalibus induebatur. Adhuc in palatio regis consistẽs: dũ in pruina uilla p pomeriũ ambularet: & audisset uoces ꝓpeditoꝝ eius misericordiã implorantiũ: pro ipsis in orationem se dedit: & ꝓtritis cõpedibus illico omnes absoluit. Dum aũt frater regis in bello occisus eẽt: ille ex hoc motꝰ uxori dudũ postulatã & optatã petitionẽ ꝓcessit: q̃. s. deo libere seruire posset. Que ueniens ad scũm medardum nouionẽ epm: ab eo cõsecratur in xpi sponsam: & pictauis monasterio cõstructo: ordinãte rege clothario ibidẽ se iclusit: omnibus suis pauꝑibus traditis: multisq; in ibi sororibus ꝓgregatis: eaꝝ abbatissa facta cuꝫ eisdem ancillis xpi in scitate uite pollés solis diuinis iisistebat: pauperes quotidie recreans: & carnẽ pnia dira castigans. Multis quoq; miraculis claruit. ¶ Nã mulierem a diabolo obsessam solo imperio in xpi nomine liberauit: qui cũ fluxu uentris ea in ecclesie pauimẽto distenta egressus ẽ. ¶ Arboreꝫ lauri de aliquo loco euulsaꝫ & in horto suo pro solatio transplantatã: dum aruisset: oino ad uitã & uiriditatẽ reuocauit. ¶ Infantulá unam ex monachabus nup defunctã i cellula sua recluſam dudum sup corpus orans cũ lachrymis a mortuis suscitauit. ¶ Cũ imꝑator iustinus eidem per nũcios suos ptem ligni crucis dñice auro ꝓtectam destinasset: illiq; redeuntes i mari naufragiũ paterentẽ: scãm iuocãtes reginã: columbã tertio circa nauem uolantem ꝓspiciunt. Cui dũ unus ex cauda tres pẽnas auelleret: & in mare misisset: tranquillitas mox subsecuta ẽ. ¶ Tribunus quidam nomĩe domebenus gutturis põ focationẽ patiẽs: die quo scã migrauit a carne: uidet in extasi reginam radegundem ad se uenientem & eadẽ hora se de corpore exisse nunciantem: eũq; admonentẽ: ut ecclesiaꝫ sci martini in loco sibi ostenso edificet: & detentos relaxet: & sic sanitatem recipiet. Qui postq̃ hec promisit ad se rediit: seq; sanatuꝫ reperiens: diem horãq; notauit: & iuenit sanctam a seculo tunc migrasse: unde mox dimissis. 75. detentis in uinculis ecclesiam sancti martini in loco ubi nunc est de proprio edificauit. Quieuit in pace scã radegundis idibus augusti i suo cenobio pictauis tumulata.

¶ De scõ helia propheta. LXI.

HElias propheta de galaad originem trahens: cuius tñ nomẽ patris in scriptura non habetur: nõ solum ecclesiastici. 48. ca. Inter patres antiqui tẽporis gloriosus ꝓmendatur: sed etiam ab ipo saluatore in aliqua euangelii parte magnificaꝫ. Qui tempore achab regis israel & iorã filii eius i israel claruit: non solum insignis ꝓphetie gratia: sed etiam excellenti miraculoꝝ gloria: que a. 17. ca. iii. libri regũ usq; ad ẽm quarti cõmemorantur. ¶ Cum enim achab rex israel ad instantiam impie ꝓiugis iezabel̃ omnem israel adeo preuaricare & baal adorare fecisset: ad preces helie prophete in ultionẽ tanti sceleris: dñs clausit celum: nec dedit pluuiam sup terram ánis tribus & mẽsibꝰ sex: propter qđ fames & sterilitas magna fuit p uniuersum regnum israel. Helias aũt ex precepto dñi latuit i torrẽte charit iuxta iordanem: ubi corui deferebãt ei panes & carnes mane & uespere & bibebat de torrẽte donec siccaretur. Postea uero ueniẽs in sareptã sidoniorũ que est inter tyrum & sidonẽ urbs modica: uidit mulierem uiduã colligentem ligna. Ad quam cum petiisset modicũ aque ad bibendum: & illa pergeret ut afferret: petiit & bucellam panis ad edendum. Cumq; illa diceret se non habere nisi modicum farine in hydria q̃tum est pugillus & parum olei in lecytho. Iussit helias sibi fieri subcineritium panem de ipsa farina: promittens per nomen domini: quia nec farina nec oleũ deficerent usq; ad tempus fertilitatis. Et sicut ipse predixerat sic factum est. ¶ Deinde cum filius uidue ipsius apud quã helias cõmanebat defunctus eẽt. Helias puerũ mortuum super lectulum suum posuit: & oratione facta: eum a mortuis suscitauit. Hunc tradunt hebrei fuisse ionam prophetam: sicut dictum ẽ supra in gestis ione prophete. vi. cal. februarii. Tunc iezabel regina omẽs prophetas domini quos inuenire potuit occidi mandauit. Abdias uero procurator domus achab abscondit in spelũca. 100. uiros prophetas: & pauit eos pane & aqua: ꝓpter qđ postmodũ spiritu ꝓphetico dotatꝰ ẽ. De quo supra actũ ẽ i gestis eiꝰ. 9. cal. ianuarii.

¶Post tres ãnos & dimidiũ ſterilitatis & famis helias ꝓpheta:qui uſq; tunc latuerat: achab regi iſrael ſe oſtẽdit:dũ ipſe rex ꝓpter ſterilitatẽ quereret pabula equis ſuis:&non inueniret:increpauitq; eũ ꝓpheta:q; dñm reliquiſſet:& deos gentiũ ſequereť:& coleret: Deinde hortatu eiꝰ ad impium regis ꝯgregatis multitudie populi & octigẽtis & qnquaginta ꝓphetis baal in monte carmeli:Helias ad populũ ait:ne in duas partes claudicarẽt ſed aut dñm deũ patrũ ſuoꝝ:aut baal ſequerenť:deditq; eis optionẽ talẽ: ut duo boues educerenť: quoꝝ unus dareť ꝓphetis baal: & alius ſibi ſoli:& una queq; pars bouẽ ſuũ in fruſta cõciſum ſuper ligna poneret: igne nõ ſuppoſito:& inuocaret deũ ſuum: & qui exaudiret igne dato de ſublimi: ipſe eſſet uerus deus.Placuitq; ꝓpoſitio populo. Cũq; ſacerdotes baal feciſſent: quod dixerat helias:inuocantes baal a mane uſq; ad meridiẽ tranſiliebant altare:quod fecerant:& incidebant ſe iuxta ritum ipſoꝝ lanceolis:ut ſãgui ne perfunderenť. Demones enim plurimum delectantur perfuſione ſanguinis humani. Tunc helias ꝑſente populo altare ipſoꝝ dedeſtruxit:& nouo in honorẽ domini cõſtructo ligna & fruſta bouis ſuppoſuit: & aquã abundanter deſup iactare fecit: donec aqueductꝰ impleret:ne putarẽt arte magica ipm de uiſceribus terre ignem ſuſcitaſſe.Facta q; oꝛone ignis de celo deſcendit:q holocauſtũ ligna & lapides ac puluerem: etiã ipſã aquã ꝓſumpſit.Quo uiſo miraculo populꝰ ꝓuerſus é:& iuſſu helie oẽs ꝓphetas baal occidit iuxta torrentẽ ciſon. ¶Deiñ dixit achab: ut comederet:& feſtinãter deſcenderet: ne ipm pluuia ſupuẽtura occuparet.quo comedẽte helias iclinato capite orauit:& miſſo puero ſepties ad uidendũ ꝓtra mare:ſeptia uice uidit nubeculam aſcendentẽ: que uſq; tunc nõ appuerat.Feſtinãteq; achab domũ:facta eſt pluuia grãdis:& oẽm terram irrigauit. Iezabel aũt audito quod helias fecerat de ꝓphetis baal querebat:ut occideret eũ:qui timẽs fugit i berſabe iuda:& dimiſit ibi pueꝝ ſuũ: & ꝓrexit in deſertũ uia uniꝰ diei:ſedẽſq; ſubter iunipeꝝ:petiuit aĩe ſue:ut mooreret:poſt modũ uero dormitauit:& excitatꝰ ab ãgelo & ꝓfortatus:atq; pane celico ei delato refectus ambulauit in fortitudine cibi illius.xl. diebus:uſq; ad montẽ dei oreb: ubi ꝓceptũ accepit a deo de ungendo azael regem ſup ſyriam in damaſcũ:& iehu filiũ namſi regẽ ſuper iſrael:& heliſeũ filium ſaphat de abela in ꝓphetã ꝓ ſe:ut iſti tres interficerẽt idolatras iſrael. Que omnia helias adimpleuit iuxta mãdatum dñi. ¶Mortuo uero achab rege iſrael:regnauit ꝓ eo filius eiꝰ ochozias qui ambulauit in uiis malis patris ſui & matris ſue impie iezabel:ꝓpter quod deꝰ puniuit eũ:ut cadens de cancello cenaculi ſui ad morte egrotaret in ſamaria ciuitate.Miſitq; nuncios ad ꝙſulendũ beelzabuth deũ acharob:an liberari poſſit de infirmitate ſua:quibus ex ꝓcepto dei occurrẽs helias:eos redarguit: dicens q ochozias de ipſa egritudine morereť. Cumq; rediſſent nuncii ad regẽ:& ei uerba narraſſent:queſito ab eis de habitu uiri:intellexit ipm eſſe heliã:miſitq; ad eum principem qnqnagenarium & qnquaginta: qui erant ſub eo:ut uocarent heliã:uel inuitum traherent.Et ad mandatum helie deſcẽdit ignis de celo:& deuorauit eos. Rex quoq; miſit alium quinquagenariũ & ſuos quinquaginta:qui ſimilia paſſi ſunt.Deſtinatꝰ uero tertius:q abdias fuiſſe dicit:curuauit genua cõtra heliam:& eius miſericordiã iplorauit.Et ꝓpheta dñi cũ eo iubẽte angelo de monte deſcendit: & ingreſſus ad ochoziam ipm de idolatria redarguit: mortẽq; ei iminere ꝓphetauit:qui & mortuus eſt iuxta uerbum helie.Pro quo ioram frater eius regnauit:eo q ochozias filiũ nõ haberet. ¶Anno uero primo ioram regis iſrael:cum helie reuelatum eẽt: q deꝰ ipm tollere uellet: iuerunt helias & heliſeꝰ de galgalis i bethel: & deinde in hiericho:ac demum deuenerũt ad iordanem ſequentibus eos qnquaginta ex filiis prophetarum:qui diuino ſpiritu raptuꝫ helie prenouerant.Tunc helias ſtans ſup ripam iordanis:tulit pallium ſuũ:& percuſſit aquas:que diuiſe ſunt in duas partes:& trãſierunt ambo per ſiccum:helias uidelicet & heliſeꝰ.Dixitq; helias ad heliſeũ: ut peteret quod uellet ab eo:anteq; ab ipſo tolleretur. Qui petiit:ut duplex ſpiritus eius in eo requieſceret.ſ.ad ꝓphetandũ & miracula faciendum.Cũq; ꝓgentes ad inuicem loquereť: helias curru igneo & equis igneis raptꝰ eſt ab heliſeo &per turbinem in celum:hoc eſt in ſuperiora aeris aſcendit: tranſlatuſq; eſt i paradiſum terreſtrem:ut creditur: ubi cum enoch corporaliter uiuit redituri in fine ſeculi:& contra antixpm cõflictum habituri: quos ipſe demũ occidet:ſed eos dñs ſuſcitabit:ut habeť apocal.xi.Leuauit autem heliſeus pallium helie:quod ceciderat ei:& percuſſis aquis iordanis ſecũda uice diuiſe ſũt: & tranſiuit heliſeꝰ per ſiccũ ad aliam ripam ubi erant filii ꝓphetaꝝ: qui uiſo miraculo diuiſiõis aquaꝝ intellexerũt ſpiritum helie in heliſeo quieuiſſe. Celebratur autem dies raptus helie prophete ab hebreis.i9.calen. ſeptembris:quo die tradunt eum in padi ſuꝫ fuiſſe tranſlatum.Hec ex libris tertio & q̃rto regũ:capitulis quibus ſupra:ex dictis ioſephi:& hieronymi:& ex hiſtoria ſcholaſtica:atq; ex chronica guilelmi.

¶De scō eusebio presbytero. LXII.

EVsebius presbyter rome claruit tpe ꝓstantii augusti:& liberii pape hereticoꝝ:q uir catholicus& doctrina ꝑclarus:dū fideꝫ catholicam ꝓstanter defensaret: & constantium augustū atq; liberium urbis rome eꝑm hereticos predicaret:eo ꝙ arriane fidei ꝓsensissent. Ab eodē ꝓstantio rogatu liberii detentus est:& in quodā cubiculo domꝰ sue inclusus habēte in latitudine pedes.4. & ibi multis mensibꝰ i oratione ꝑseuerauit.Inclusus tñ adhuc post mēses.7.dormitionem accepit.19.cal.septēbris.Cuius corpus gregorius & orosius presbyteri sepelierūt uia apia in cemiterio calixti : iuxta corpus beati sixti pape & marīs in crypta.Quod audiens ꝓstantius augustus ✝gregoriū ꝑsbyterum cepit:& uiuum i eadē crypta sepeliuit : ubi post dies tres in pace quieuit.

¶De scō eusebio eꝑo emesseno. LXIII

EVsebius eꝑs emessenꝰ tēpore cōstantii ipatoris claruit:q uir elegantis rethoriciq; ingenii innumerabiles ꝓposuit libros magis secutus historiā:& qui ad plausuꝫ ptinent ab his qui declamare uolūt maxime leguntur.Quoꝝ precipui sunt aduersus iudeos & gentiles atq; nouatianos. Ad galatas quoq; scripsit libros.x. Et in euangeliis homelias plurimas breues . Quieuit aūt i xꝑo apud antiochiā.Ibidē sepultus in pace.Hec hieronymus libro de uiris illustribꝰ.

¶De scō eusebio abbate. LXIIII

EVsebius abbas discipulus beati hieronymi fuit. Hic natione cremonensis nobili prosapia ortus: cū ad terrā sanctā uisitandā prexisset beatum hieronymū ibideꝫ repperit qui apud bethleem puū monachorum ꝓstruxerat de nouo cenobiū. Cuius sapiētia & moribus accensus relicto seculo ei adhesit: & monachus scūs in scē ꝙuersatiōis ordie uitā laudabilē duxit. Quē & hieronymus decedēs eidē ꝓgregatiōi i abbatē prefecit:& eidē bibliothecā suā ꝓmēdauit. ¶Cū post obitū bti hieronymi grecoꝝ quedā hereſis pullulasset: asserens ꝙ aie beatoꝝ usq; ad corpoꝝ resūptionē eternā nō percipiunt gloriam:nec aie dānatoꝝ sentiūt gehēne penam:multisq; fidelibꝰ tali errore iuolutis cū talis opinio i ptibus hierosolymitanis resonasset:per cyrillum eꝑm hierosolymitanuꝫ idictum est triduanū ieiuniū cū assidua oratione cunctis fidelibꝰ: ut deꝰ sue fidei catholice subueniret . Expletis aūt tribus diebus nocte precedēte appuit beatꝰ hieronymus. Eusebio i oratiōe cū lachrymis ꝓstituto dicens:ꝙ deus fideles suos respexerat:& ꝙ in teruētu ipsius ecclesie sue subuenire decreuerat.Mādauit ergo ut triū iuuenum in ipa nocte i bethleē defunctoꝝ corpora ante sossam in qua corpꝰ ipsius doctoris quiescebat deferri faceret: que sacco cilicio quo uiuus induebaꝫ tangeret:q continuo resurgerent: & predictā heresim uti testes ueridici ꝓfutarēt.Qui iteꝝ post dies.20.i xꝑo quiescerēt: cū quibꝰ & ipse eusebius migrare deberet. Mane aūt facto:cyrillo eꝑo uisio ꝑ eusebiū narraꝫ :omnisq; clerus & populꝰ in ecclesia bethleem ꝓgregatur:trium iuuenū ipsa nocte defunctoꝝ cadauera ad tūbam hieronymi deferuntur: & ꝑ eusebiū ipius sacco cilicino tanguntꝫ . Mox quoq; iuuenes quasi de sōno euigilantes surrexerunt:& que uiderāt in alio seculo i gloria & in gehēna cūctis populis narrauerunt:& sic grecoꝝ heresim cōfuderūt:ꝑ triduū uero ante dies illos.20.q; bus hieronymus predixerat:eusebius egrotare cepit & per dies.3.febre correptꝰ ecclesiasticis sacramētis ꝓmunitus apparente sibi beato hieronymo & iꝑm ad celestia uocante i dño feliciter pausauit.Eadēq; hora prefati tres iuuenes iteꝝ a corpe migrauerūt. Corpus aūt eusebii iuxta corpus hieronymi sepultū fuit.In cuius sepultura monachus q lumē oculoꝝ dudum amiserat cadauer deosculatus uisum recepit.

¶De assumptiōe btē uirginis marie. LXV.

ASsumptio glorioſe uirginis marie in anima facta est.xviii.calē. septembris ut sācta tradit ecclesia.In anima dixi quia ipsa & in corpore assumpta est : ut infra pluribus rationibus comprobatur.Assumptio autem ipsius facta in corpore ꝙm qđ in eius historia infrascripta traditur : facta est tertio die post eiꝰ dissolutionē aie a corpore quo uidelicet die anima corpi eiꝰ reunita:& ipsa corporaliter ē assumpta.s.xv.cal.septēbris.In uisione aūt scē helisabet de sconāgia habetur:ꝙ beata uirgo.40.die ab obitu eiꝰ fuerit in corpore assumpta:uidelicet.9.cal. octobris:sicut eidē scē fuit diuinitꝰ reuelatum.Sed quicqd ueritatis sit de corporali assumptione:planuꝫ ē qđ tenet ecclesia de aie sue glorificatiōe. Qualiter āt ipa assumptio scā sit:ex quodā libello licet apocripho:qui ioāni euāgeliste ascribiꝫ edocet. ¶Apostolis nāq; predicatiōis gra diuersas mūdi partes subeūtibꝰ:uirgo beata i domo iuxta mōtē syon posita diciꝫ remā fisse:oia q; loca filii sui.s.natiuitatis:baptismi:passiōis:sepulturē resurrectiōis:& ascēsiōis quoaduixit:deuotione sedula uisitabat.Et ſꝫ ꝙ ait epiphaniꝰ 24.ānis post ascensionē christi supuixit.Refert eni ꝙ beata uirgo annorum .xiiii. xꝑm concepit:& in.xv.peperit:& cum eo mansit

annis.xxxiii. & ſm hoc obiit annoꝝ. lxxii. Aliis ꝓbabilius uideꝫ: ut. 12. ānis filio ſuper uixerit: & ſic ſexagenaria ſit aſſumpta: cum apoſtoli totidem annis in iudea & circa partes ipſas predicauerint: ſicut eccleſiaſtica hiſtoria tradit. In uiſione aūt p̄dicte heliſabet aſſeriꝫ: ꝙ uirgo maria poſt xp̄i aſcenſionem anno integro ſupuixit: & tot dieb⁹ ultra annum: quot ſunt ab aſcenſione xp̄i uſq; ad aſſumptionē uirginis: & hoc uerius iudicatur ex eo ꝙ dicit dionyſius: omēs apoſtolos dormitioni uirginis interfuiſſe: quod eſſe nō potuiſſet: ſi ipſa poſt aſcenſionē ulterius uixiſſet. Cum iacob⁹ apoſtolus fili⁹ zebedei paſſus fuerit ad litterā biennio poſt dn̄i paſſionem. ¶ Cum igiꝫ die quadā cor uirginis i ſilii deſideriū uehementer eēt accenſū: ita ut ī lachrymas ꝓrumpet abundāter: gabriel angelus eidem cū lumīe aſtitit: eāq; reuerēter ſalutauit: ac eidē ex ꝑte ei⁹ filii dixit: ꝙ poſt triduum eēt a carne migratura: & cū xp̄o ꝑpetuo regnatura. Ramuꝫ quoq; palme eidē de paradiſo allatum p̄ſentauit: quē añ ei⁹ pheretꝝ portari mandauit. Virgo autē de nuncio leta ꝺo gr̄as egit: & duas petitiōes ab angelo poſtulauit: primo ut filii ei⁹ & fr̄es oēs apoſtoli ad ipſam ꝑiter ꝓgregarent̄: quib⁹ p̄ſentib⁹ ſpiritū deo redderet: ꝙq; ſibi ſepulture officiū exhiberent. Secūdo ut cū ſpūm emitteret: malignū ſathanā nō uideret. Angelus aūt ꝓfeſtim ei optata ꝓmiſit: quia & ille qui abbacuch ꝓphetā de iudea in babyloné in impetu ſpūs ſui attulit: ipſe ad eam in momento oēs apoſtolos ꝓgregabit: malignum quoq; ſpiritum ei ī tranſitu nō uiſure repromiſit: & cōtinuo ab ea diſceſſit. Palma autē illa in ſtipite uiridis erat: ſed in foliis ut ſtella fulgebat. ¶ Cum aūt ioannes in epheſo p̄dicaret: ecce poſt tonitruū nubes eū rapuit: & ipm repente ante marie ianuā collocauit: quē ingrediente ad ſe maria obſtupuit: & p̄ gaudio lachrymas continere nequiuit. Dixitq; ei qualiter fuiſſet a dn̄o euocata: ut debitum humane cōditionis exoluere: ideo ꝙ ipm xp̄s ad ſe uenire feciſſet: cui corp⁹ ſuum tumulandū commendauit: atq; palmam ante pheretꝝ deferendam mandauit. Cū aūt ioannes alios coapoſtolos ibidem preſentes optaret: ecce oēs ipſi de locis ubi p̄dicabāt: in nubibus rapiunt̄: & ante marie hoſtium ſubito congregant̄: qui cum ſe ibidem tranſlatos admirarent̄: & cām ad inuicem ſciſcitarent̄: ioannes ad eos exiit: & dominam migraturam predixit: admonens: ne cum obierit: aliquis defleat: ne forte eis imputari poſſet: ꝙ ipſi qui reſurrectionem p̄dicant: mortem timeant. Cumq; beata uirgo omnes apoſtolos congregatos uidiſſet: dominum benedixit: & in eoꝝ medio luminaribus accenſis conſedit: ſicq; uſq; ad diem tertium perſeuerauit. ¶ Circa uero horam noctis tertiam ieſus aduenit cum omnium angelorum & ſanctorum agminibus: & ante eorum uirginis acies ordinant̄: & dulcia cantica uſq; ad noctis medium frequentantur. Tunc ieſus eam bis ut ad ſe ueniret: dulciter aduocauit: ipſaq; ſpiritum ei reddere ſe paratam eſſe letanter reſpondit. Omneſq; qui cum ieſu uenerāt: dulcia canticorum cantica ſoluebant. Sicq; marie anima de corpe exiit: & in ulnas filii aduolauit. Fuitq; tam a dolore mortis extranea: ſicut a corruptione carnis fuerat aliena. Dominus autem mandauit apoſtolis: ut corpus matris ſue ī uallem ioſaphat tollerent: & in monumento nouo ibi dē repto ponerent: ipſumq; triduo ibidem donec ad eos reuerteret̄ expectarēt. Statim autē circūdarunt eam flores roſarum roſei ſcilicet cetus martyrum: & lilia conualliuꝫ agmina: uidelicet angelorum confeſſorum & uirginum. Ad conſcenſum quoq; aſcendē tium: cetus qui remanſerant concite obuiaꝫ proceſſerunt: uidenteſq; regem regum: ſemine animam in ulnis ꝓpriis baiulantē: illaꝫq; ſuper eum innixam: que iſta eēt interrogāt: admirantes ipſamq; matrem domini & regīnam celorum reſpondent eam comitantes. Sicq; in celum gaudens ſuſcipitur: & a dextris filii in throno collocatur. Apoſtoli autē eius animam tanti candoris eē uiderunt: ut nulla mortalium lingua poſſet effari. Tres autem uirgines: que ibi erant: cum corpus lauandum ſpoliaſſent: tanta corpus eius claritate ſplenduit: ut tangi quidem ad lauandu3 poſſet: ſed minime uideri: que tamē diu lux reſplenduit: donec corpus lotum fuit. ¶ Corpore ergo in pheretro poſito pia contentio inter apoſtolos oritur: quis eoꝝ palmam ante loculum portare debeat. Defert ioannes petro propter apoſtolicam dignitatem: petrus uero ioanni ꝓpter illibatam uirginitatem. Tandem omnium apoſtoloꝝ ſententia ioanni palma traditur deferenda. Petrus autem & paulus pheretꝝ eleuare cepe runt: & ceteri apoſtoli circa ipſum ſe poſuerunt. Incepit petr⁹ canere: Exiit iſrael de egypto. & ſ̄liqui pſalmum dulciter ꝓſequuntur. Dominus quoq; pheretrum & apoſtolos nube contexit: ita ut audiri quidem poſſent: ſed minime cerni. Affuerunt & angeli cum apoſtolis concinentes. Ad melodiam autem tota ciuitas excitat̄: & quid nam hoc ſit omnibus declaratur. Iudei ad arma concurrunt: ut corpus rapiant: idq; odioſe cōburant. Tūc princeps ſacerdotum cum impetu manus ad loculum miſit: ut ipm euerteret: & corp⁹ ad terrā deduceret: cui⁹ man⁹ ſubito aruer̄t: & lectulo pēdētes adhe̅ſunt.

Reliquus uero populus ab angelo cecitate ꝑcussus est. Cum autē princeps sacerdotū petri auxilium inuocaret. Petrus ei rñdit: ꝙ si mariā dei esse genitricē confiteret: eiꝰ suffragium postulās continuo sanaret. Qui cū se credere rñdisset: manus eiꝰ a pheretro solute sunt: sed tamen in eis ariditas permansit donec corpus deosculās intergam sanitatem recepit. Tūc de petri ꝑsilio palmā princeps ille accepit: & singulos de populo tetigit: & qcūq; in uirginē credidit uisum recupauit: qui autē credere noluit cecus permāsit. Corpus igit̄ marie apostoli i monumēto statuto cōdiderunt: & iuxta illud triduo ꝑsederunt. ¶ Tertia uero die dñs cum angelox multitudine uenit: & apostolos salutans pacez eis nunciauit. Deinde eos iterrogauit: qd eis uideret̄ honorif̄ sue genitrici ꝑferēdū. Illi uero rñderunt: ut sicut ille deuicta morte regnabat: sic & matris corpusculū suscitaret: & ad sui dexterā collocaret. Quo annuente michael archangelꝰ marie animā ꝓtinuo ꝑsētauit: eāq; dñs illico corpi reuniuit: statiq; corpꝰ de tumulo prodiit glorioſū: & a xp̄o assumit̄ ad ethereū thalamū comitāte secuz multitudine angelox. Quod autem dicit̄ de thoma ꝙ abfuit: & resurrectionem uirginis credere noluit: zonāq; ipsiꝰ ex aere delapsaz recepit: deluſoriū & friuolū reputatur. Hec ꝛia in libello ꝑdicto licet apocripho. ¶ Et notandū ꝙ q̄uis hieronymꝰ i sermone huiꝰ festi ad paulā & eustochiū asserere nō audeat: uirginē corporaliter assumptā: dicēs: tutius esse pie dubitare q̄ aliquid temere diffinire: ecclesia tamē hoc indubitanter tenere uidetur: & pluribꝰ rationibus cōprobatur. ¶ Prima quax sumit̄ ex parte iustitie dei. Deus enī iudex est iustus librans merita singulox: & unicuiq; ad ꝑdignum retribuens premia meritorum. Iccirco & resurrectionē corpox futurā ordinauit: ut sicut aia cū corpore meruit uel deliquit: sic cum corpore ꝑcipiat gaudia uel substineat tormenta. Illud ergo qd plus meruit plus debet habere de premio. Quō ergo corpus uirginis qd cunctis aliis plus meruit xp̄m ex se generando: plus aliis premiat̄: si cum aliis corruptū in cineratur? Non ne dei iustitia depit: que corpus uirginis cum aliis scōx corporibus ultimam resurrectionē expectare facit? Et hec ratio ē damascenī. ¶ Secūda ratio sumitur ex ꝑte doni i hac uita. ſ. i xp̄i natiuitate recepti. Nā cui conceditur maius debet ꝓcedi & minus: maxime ubi respiciūt eundem finez: sicut cui conceditur regnum faciliter conceditur nobile uestimentum. Sed maius est sine corruptione carnis parere qd uirgini est collatū: qd est omnino excedens naturam & artem: q̄ carere corporis corruptiōe qd pōt fieri per artem. ¶ Tertia sumitur ex obligatione precepti. Cum enī lector legit ꝙ nō debet facere contra legis preceptū: ꝓueniens ē ꝙ filius dei: qui legē dedit: non faciat contra sue legis mandatū. Sed credendū ē ꝙ implere uoluit preceptū qd̄ dedit de honore materno: sed hoc non iplesset nisi corpꝰ integrū seruasset. Nā ſm augustinū putredo & uermis opprobriū ē humane ꝓditionis. Qui autē in aliquo substinet opprobriū nō honoratur. ¶ Quarta sumitur ex conformitate uirginis ad corpus xp̄i. Nā idem locus debetur pti & toti nisi uiolenter alterax hox impediatur: qa ſm philosophū. Idem est locus totiꝰ terre & glebe: totius ignis & scintille. Sed corpus xp̄i sumptū ē de corpore matris sue ergo utriq; idem locus debet̄. Corpus autē uirginis nulla uiolentia impediri potest: qa ibi est ubi corpus filii est. Et he ꝑdicte tres rationes sunt augustini. ¶ Quinta sumitur per locum a simili: quia de similibꝰ idem est iudicium: sed deus trium pueroxx corpora iter flāmas ſuauit illesa. Ionam uiuum seruauit in uentre ceti: danielē in rabida fame leonum ſuauit icolumē: cur ergo corpus matris nō ſuabit icorruptū? Et hec ratio ē anselmi. ¶ Sexta sumitur per locū a minori: quia si de quo minus uidetur ineſſe & ineſt: & de quo magis. Sed minor ratio est ꝙ corpora scōx qui cū xp̄o surrexerūt sint glorificata: & in eis perfecta resurrectio sit completa: q̄ ꝙ corpus glorioſe uirginis sit ad celos assumptū. Et tamē in illis ꝑfecta resurrectio ꝓpleta est: ut supra probatuz est in hiſtoria resurrectionis dñi. vi. cal. aprilis: ergo multo fortius hoc ꝓcludendum ē de resurrectione uirginis. Et hec ratio sumit̄ ex dictis hieronymi in sermone ꝑdicto. ¶ Septima & ultima ratio sumitur ex euidentia facti: quā rationem bernardus assignat dicens. Quoniā scōx corpora deus precioſa ſublimauit: ut puta petri pauli & iacobi: tamq; glorioſe uenerabilia reddidit: ut & ipſis deputet̄ locus eorum uenerationi congruus: & ad ea mundꝰ properet uniuersus. Si igitur marie corpus super terram esse dicatur: cum nec deuota frequentet̄ uisitatione fidelium: nec eidem locus deputetur honoris: nimis uidebitur christus honorem materni corpis cōtempsisse: cum tamen super terram aliorum sanctorum corpora sic honoret: unde & egregius quidam uersificator ait. Scandit ad ethera: uirgo puerpera uirgula ieſſe: non sine corpore sed sine tempore tendit ad esse. ¶ De uestimētis enim & capillis uirginis & de lacte ipſius in pluribus locis ostendit̄: de membris autem corporis uel minima ꝑticula necubi repit̄: nec ꝙ alicubi habeat̄ ab aliquo unq̄ asserit̄.

¶De sancto tharsitio martyre. LXVI

THarsitius acolyth⁹ & martyr rome passus est sub ꝑsecutione ualeriani & galieni impatorꝝ. Qui cum corpis xp̄i sacramenta portaret: tenentes eū pagani discutere ceperunt: ut quid gereret indicaret: at ille indignū iudicans porcis ꝓdere margaritas: nequaq̄ uoluit detegere sacrosancta mysteria: quē fustibus ac lapidibus tā diu mactauerunt: quousq; spiritum exhalaret. Reuolutoq; eius exanimi corpore sacrilegi discussores: nihil in manibus eius: aut uestibus sacramentoꝝ christi inuenire potuerūt: sed relicto corpore cuꝫ terrore fugerunt: quod a xp̄ianis sublatuꝫ: & uia apia in cemiterio calixti sepultum est. i8. calen. septēbris.

¶De scō ursatio ꝑsessore. LXVII

VRsatius cōfessor claruit in nicea bithynie ciuitate. Hic enī genere persa: primū sub rege licinio cōfessor effect⁹: deinde solitariā uitam in turri ciuitatis ipsius agebat inclusus. Qui iter cetera signa: cum obsessus a diabolo gladio arrepto per urbem discurreret: cunctis fugientibus eidem sol⁹ occurrit: ip̄mq; a demonio liberauit. ¶Draconem etiā ante nicomediam ciuitatē existētem: soloq; flatu homies pimentē oꝛone sua de ualle productū leuiq; baculo capite per cussum extinxit. ¶Hic etiam niceā ciuitateꝫ terremotu diruendā longe ante p̄dixit. Duꝫ autē dies terremotus aduenisset ad ecclesiā currens: & clericos admonens: ut ꝓ imminēti periculo deū orarent: ab eis irrisus ad turrim rediit: prostratusq; in oratione cum lachrymis se dedit. Interea uero supueniente terremotu: pluribus oppressis: reliquis per montana dispersis: ursatius in turri mortu⁹ repert⁹ est: ꝓnus iacens: sicut orare solebat. Sermo tamē est: ꝙ deū orasset: ut prius uitā finiret: q̄ uideret excidium ciuitatis. Omnis aūt urbis structura ex illo terremotu diruit: sola turris in qua sanct⁹ orabat: ꝓmansit. Quieuit in pace. i7. calē. septēbris.

¶De scō arnulpho epō meteñ. LXVIII

ARnulphus epūs meteñ: ut ait petrus damiani: pater pipini fuit: & auus caroli magni impatoris Qui lothoringie ducatū tenens: uxore & filiis ac seculo derelictis eremum petiit: & solitariam uitā elegit: ueniens aūt ad pontē fluminis mosselle: anulum suum in aqua demersit tali ꝓditione: ut quādocūq; ip̄m reciperet: se a dño intelligeret peccatis oibus absolutum: indeq; in eremo mundo mortuus deo uixit. ¶Defuncto autē meteñ epō in pontificē elect⁹ est. Dūq; piscis eidem ad edendū fuisset oblatus exenterato pisce anulus ei⁹ i uentre repertus est: cū tamē ꝓ duas dietas a loco ubi anulū deie cerat: piscis captus esset. Intelligens autē sā ct⁹ peccata sua sibi dimissa: nihilominus penitētie operibus arti⁹ insudauit: pauperibus large ministrauit: & multis miraculis claruit. Nam in dieb⁹ rogationū ad ꝓcessionē tendens: demoniacū liberauit: leprosum quendam barbaꝝ in domo susceptū ad xp̄m conuertit: quē baptizans spū ꝑiter & carne mūdauit. ¶Ciuitatē suam incendio pene totam flagrantē: dū omēs aufugerent: ipse se igni obiiciens signo crucis edito flāmas cōpescuit: & ulterius ꝓcedere nō ꝑmisit. Quo die ꝓ uisum quidā lōge ꝓstitutus crucē igneaꝫ in aere ꝓspexit: audita uoce ꝙ tali signo meteñ ciuitas per arnulphū ab incendio fuerat liberata. ¶Tandem uir dñi famā populi fugiens eremū repetiit: & cū aliquib⁹ monachis deo seruiuit: successore sibi georico ordinato: ubi & post tēpus modicū i pace quieuit i7. calē. septēbris. Successor autē ei⁹ obitu ipsi⁹ cognito cū clero & populo locū adiit: & sanctū corpus ad suam ciuitatem transferens in ecclesia apostoloꝝ ꝓdidit: ubi & q̄escit signis effulgens.

¶De scā serena regina. LXIX

SErena regina uxor quondā diocletiani augusti a sācto cyriaco martyre cōuersa & baptizata ē: quia filiā eius artemiam a demonio liberauit: ut supra dictū est in passione cyriaci. 6. id⁹ augusti. Que uidēs ꝑsecutionē dirā xp̄ianoꝝ: quā uir ei⁹ exercebat: que ꝓ ānos. x. durauerat: ita ut infra dies. 30. per diuersas ꝓuincias. i7. milia martyrio coronarent: & in phrygia ciuitas una xp̄ianoꝝ undiq; cōclusa ne ull⁹ euadere posset: igne cū oib⁹ cremata fuisset: uidēs quoq; susannā neptē ei⁹ passā: & alia mala que fiebāt: dolore cruciata & febre correpta i ꝓsessiōe dñi migrauit ad xp̄m. i7. cal. septēbr. sepulta a xp̄ianis iuxta corp⁹ susāne i crypta.

¶De scā artemia uirgine & martyre. LXX

ARtemia uirgo rome passa ē sub maximiano filio diocletiani fratre suo: filia nāq; diocletiani fuit & serene auguste. Que cum eēt ab immundo spiritu obsessa a sācto cyriaco martyre liberata & baptizata ē: ut supra in passiōe dcī martyris actū est. 6. id⁹ augusti. Post morte aūt diocletiani: cuꝫ maximianus filius ei⁹ in impium sublimat⁹ eēt: xp̄ianosq; ꝑsequerē: cyriacū quidē cū eius sociis diuersis supplicīs martyrizauit. Artemiam uero sororem suam gladio i xp̄i ꝓfessione necari fecit: que iuxta matrē & ꝓsobrinam sepulta est: cuius: qa dies passionis ignorat: passio eius recte matri subiicit.

¶ De scis liberato abba. & sociis mr. LXXI

LIberatus abbas: bonifaci⁹ diaconus: seruius: & rusticus subdiani: rogatus: septimus: & seuerus monachi: & maximus puer apud aphricā persecutione uandalica sub hunerio rge passi sūt: q ex territorio ciuitatis caprosen mōasterio abstracti: & carthaginē ducti: primo sūt custodie mācipati ferro uincti: deiñ naui ipositi fuerūt: māib⁹ ac pedibus ligatis: ipsaq; nauicula siccis lignis impleta: igne imisso ut cremarent. Sed diuino nutu ignis extinct⁹ sepiusq; renouatus semper deficiebat. Demum remoꝝ uectibus mactati cerebris excussis extincti sunt. Corpora uero i mare iactata: sed diuina dispensatione littori euecta i mōasterio ꝓtiguo loco basilice qđ dicit celerine: a xp̄ianis sepulta sunt: ut uictor scribit aphrican⁹. Qui passi sunt. xvi. cal. septēbris.

¶ De scō māmete martyre. LXXII.

MAmmes puer. 7. ānoꝝ apud cesaream cappadocie tpe aureliani ipatoris & presidis antiochi passus est. Qui defūctib⁹ pentibus pſecutionem fugiens i siluā secessit: ubi orationi iugiter uacabat: & de lacte suaꝝ ouium se pascebat. Sed admonitus de celo i campū descendit: ibiq; codicē euangelioꝝ & baculū reppit: quib⁹ assūptis i montē ascendit. Et dum lectioni isisteret: ferarū multitudo ad eū ꝙuenit: quib⁹ māsuefactis de lacte ipsaꝝ scūs emūgebat: de quibus ad refectionē sui utebatur. Residuū uero cum ad portā ciuitatis cesaree ad uendēdū deferret: ut precium pauperib⁹ erogaret. Alexander preses hoc audiēs: misit ad eū duos milites capiendum. Quos ille in domū suā ad ducens benigne refecit. Dūq; illi aialia ferocia ad eū uenientia ꝓspexissent territi fuerūt. Scūs uero māmes eos secutus ē: corā presidē se pñtans: & asserens xp̄ianū. Qđ preses detentum iussit i equuleo suspēdi & torqueri: deinde in carcerē recludi: ubi plusq̄. 40. xp̄ianos reppit fame deficientes: ueꝝ orante puero columba de celo aduolans lac & mel attulit: quibus illos scūs refecit: & apto carceris hostio uectib⁹ ꝓfractis omnes emisit. Quod audiēs preses māmetē i caminū ignis mitti fecit. Igne uero bis extincto bisq; renouato: dū flāmis deficientibus illesus exisset: bestiis subiicitur: sed ab his intact⁹ minime leditur. Amphitheatro quoq; ab angelis incluso: ut nemo exire posset: leo foueā egressus: multos iudeoꝝ ac gentiliū interemit: q & humana uoce locutus est. Hec a deo se iussum facere in ultionem xp̄i militis māmetis. deniq; iubente scō leo solum presidē cū omni officio suo illesum dimisit. Tandē sanctus martyr cū lapidibus obrutus maneret illesus: ab angelis de celo uocatus emisit spiritum. xvi. cal. septēbris.

¶ De scā helena regina. LXXIII.

HElena regina mater fuit iperatoris constantini magni. Que sicut in historia britonuꝫ legit: quam ioānes ueronen in sua chronica ponit: filia fuit cloelis rgis britānie. Cum enī iā britones xp̄i fidem suscepissent tpe: uidelicet eleutherii pape. Helena a patre suo i fide edocta: non tñ baptizata: eo ꝙ de his que audierat dubitaret: ut tñ ea uera eē ex parte aliqua ꝓbaret: audiēs miracula que rome fiebāt ꝑ merita apostoloꝝ petri & pauli: dū a patre pegrinādi romā licentiam obtinere non posset: desiderio peregrinatiōis accensa cū unica ancilla fidelissima clam inde discessit: & mutato habitu romā uenit. Quā constantius iperator uidens eius nimia pulchritudine allectus amauit: & ut pegrinā raptā ad se introduxit. eamq; carnaliter cognouit: ac plurib⁹ dieb⁹ secuꝫ habuit. Sed uolentē omnino abire pregnātē dimisit: que nec patrē ei nec patriā indicare uoluit. Et cū multos sibi thesauros offeret nihil acceptauit: sed solum anulū eius suscepit. Inde igit discedens habitu iduta uilissimo i uillam secessit: ubi cum ancilla sua morabatur: & de labore manuū suaꝝ uictū cōsequebatur. Eratq; i domo quadā que olim fuerat stabulū equoꝝ: unde & stabularia dicta est. ¶ Natū ergo pueꝝ ex pris noie ꝓstantinum uocauit. Qui cū sapiētia etate & uirtutibus creuisset: a uicinis mercatorib⁹ munerib⁹ allectus abductus ē. Et dū bizantiū que postmodū fuit ꝓstantinopolis dicta nauigassent: simulatas litteras ex parte imperatoris regi bizantii offerunt: filiā eius filio imperatoris quē secū aduxerant petūt: ex hoc iperatorē pacē secum habituꝝ ꝑpetuo ꝓmittentes: cum dudum adinuicē discordiam habuissent. Quod rex bizantii facere omnino curauit: filiāq; suam i ꝙugem iuueni tradidit: thesauroſq; maximos & seruos & ancillas eidem dedit. Mater uero filiā suā diploide gēmis ifiniti ualoris plēa induit: ut si qñ cāsus aduersus occurreret: exinde sibi in necessitatib⁹ suis prouidere posset. Redeuntes aūt mercatores insulam maris appulerunt: in qua constantinū cū uxore dormitātes dimiserunt: familiā eoꝝ iterfecerunt: & omnē thesaurum abstulerunt. Illi aūt excitati hoc uidentes amarissi me flebant. Puella iuuenē interrogat si uere filius imperatoris eēt: eo ꝙ de hoc aliquātulū dubitaret. Ille uero se matrem habere romanā pauperem respondit. Patrē uero suum quis esset omnino ignorare se dicit. Quē illa ꝓfortans diploidē cū

gẽmis ꝓducit:illi uero die ſequenti a roma nis nauigantib⁹ aſſumpti:ſimulantes ſe nau fragio in inſula deiectos romã repetunt: & ad domũ matris ꝓſtãtini tendunt. Iuuenis ãt ſe & cõiugem matri ꝓſentauit:omia que ſibi contigerant narrauit: & diploidem cũ gem mis tradidit. Tunc de cõmuni ꝓſilio urbem adeunt:palatium emunt. & nobilẽ uitam du cunt. Conſtantin⁹ uero armis exercitabatur & in omnib⁹ famoſus & cunctis amabilis ha bebaꝫ. ¶ Cum aũt die quadam in quodam torneamento plures ꝓſtraſſet:& oibus igno tus eſſet:cuꝫ ipſo impatore ꝓgreditur:& cũ iꝑm ad terram deieciſſet:& impator ei⁹ ſtre nuitatem ꝓſiderans: iꝑm q̃plurimũ honoraſ ſet:illum de ꝓgenie ſua interrogauit. Ille ue ro patrem ſuũ ignorare ſe dixit: matrem ue rohelenã ad impatorem adduxit:que ab eo dem uix cognita:& ſecreti⁹ interrogata:he lenam ſe eſſe dixit :patrem ſuum ac patriam prodidit:omneſq; ſuos euentus pandit:con ſtantinũ quoq; imperatoris filium eſſe aſſe ruit:& i ſignũ hoꝝ anulũ ei⁹ ceſari pñtauit. Quod audiens ꝓſtantius letus ultra moduꝫ efficitur:& quia uxor nuper defuncta erat: helenã in cõiugem deſponſauit:atq; cũ rege bizãtii matrimoniũ ꝓfirmauit:eo q; mortuo orientis impium acquiſiuit. Filiũ quoq; ſuũ ꝓſtantinum in ceſarem ordinauit. Quo defũ cto eidem ꝓſtantinus in imperium ſucceſſit. Helena autem bizantii exiſtens a iudeis cir cũuenta xp̃m in quẽ adhuc plene nõ crede bat:cũ neq; baptiſmũ accepiſſet reliquit:& iudaiſmũ accepit. ¶ Poſtq̃ aũt ꝓſtantinus a ſcõ ſilueſtro baptizat⁹ eſt: & a lepra munda tus:& poſt diſputationẽ habitã de fide inter iudeos & ſilueſtꝝ:& ipſa quoq; helena ꝙer ſa eſt ad xp̃m:ut habitum eſt ſupra in geſtis ſilueſtri pape pridie calen. ianuarii. ¶ Poſt hec aũt helena amore paſſionis dñi aiata hie roſolymã perrexit:& crucẽ dominicã requi ſiuit. Sanctũ quoq; quiriacũ: q prius iudas eſt uocatus hieroſolymoꝝ eꝑm ordinauit: partẽ quoq; dñice crucis ꝓſtantinopolim ad filium ſuũ impatorem attulit:partẽ uero in hieruſalẽ dimiſit:ut hec oia acta ſunt ſupra in hiſtoria de inuẽtiõe ſcẽ crucis. ꝟ. noñ mai Ipſa uero btã helena opibus pietatis & reli gionis inſtudens:octogeſimũ etatis annum agens in ſanctitate uite in pace quieuit apud urbẽ romã. iꝟ. calẽ. ſeptẽbr̃. Sepultaq; eſt in eccleſia ſcõꝝ marcellini & petri. Cuius cor pus fili⁹ ei⁹ ꝓſtantinus impator inde ꝓſtanti nopolim tranſtuliſſe dr̃ :poſtq̃ ad ipſã urbẽ habitaturus acceſſit. ¶ In tẽporis uero ꝓceſ ſu de ipſa urbe regia a uenetis tranſlatũ eſſe fertur uenetias ipſum corpus: & ſepultũ ia cet in monaſterio ſuo nomini edificato.

¶ De ſcõ agapito martyre. LXXIIII

AGapitus martyr paſſus eſt apud ciuitatẽ ꝓneſtinã ſub aureliano impatore preſide uero antiocho qui a ſcõ porphyrio martyre e nutritus & in fide doct⁹: cũ eſſet annorũ. iꝟ. & amore xp̃i martyrio ferueret: ſponte ſe impatori in urbe obtulit:& ſe xp̃ia num uiua uoce aſſeruit. Iuſſu ergo impato ris tẽtus & neruis crudis duriſſime ceſus:de inde ꝑſidi:ut ꝓpelleret ſacrificare tradit⁹ eſt Qui duriſſimo carcere iꝑm icluſit:& per q̃t tuor dies cibũ omnẽ negauit. Attulus uero ſiue anaſtaſi⁹ cornicularius eũ cuſtodiebat: & ab eo uerba uite audiens:pene in xp̃m cre debat:inde de carcere preſidi exhibit⁹: pru nas ardentes ſup caput eius iuſſit imponi: & cum gr̃as martyr deo ageret:flagellis ce ditur:& nud⁹ capite deorſum uerſo ſuſpen ditur:atro ſubter eũ fumo ſcõ:oibuſq; abeũ tibus ſic ſtare mandatur:donec in ipſo cru ciatu deficeret. Mandatũq; eſt p preſidẽ ut nullus oino ad eũ accederet. ¶ Poſt dies aũt quattuor anaſtaſi⁹ cornicularius illuc acce dens:uidit eum ſolutũ ſup fumũ ambulãteꝫ & pſallẽtẽ. Et ꝙerſus ad xp̃m hoc ꝑſidi nũ ciauit:quẽ preſes carceri mãcipauit: agapi tum uero iteꝝ detentum a quattuor ſibi in uicem ſuccedentibus flagellis cedi⁹ duriſſi me iuſſit: deinde bullientem aquam ſuper uentrem eius miniſtri diaboli effuderunt:& maxillas eius confregerunt. Interea preſes ſubito de tribunali ſuo cadẽs a miſtris colle ctus:& in lecto reclinatus eſt:& ſentiens dei uirtutem in martyre poſt modicum triſtem animam emiſit. Quod cum imperatori nun ciatum eſſet:iuſſit agapitum ad ciuitatem p neſtinam duci:& ibidem in amphitheatro le onibus ſubiici. Sed manſuefacte fere ad lam bendum pedibus martyris ſe inclinauerũt. Quod uidentes ſceleris miniſtri iuſſu impe ratoris tulerunt ſanctum martyrem:& uene runt cõtra ciuitatem preneſtinã miliario ab urbe uigeſimo tertio:ubi ſunt due colũne: & eum ibi gladio percuſſerunt. iꝟ. calendas ſeptembris. Cuius corpus a chriſtianis ſe pultum eſt miliario primo ab urbe in ſar cophago nouo ibi diuinitus inuento.

¶ De ſanctis ioanne & criſpo martyribus. LXXV

IOannes & criſpus preſbyteri ro me paſſi ſũt ſub diocletiano au guſto: Qui cum inundante per ſecutione ipſius impatoris:mul ta ſanctorum corpora officioſiſſime ſepeliſ ſent:& ipſi ab imperatore tenti: gladioq; in chriſti confeſſione ceſi:eorundem martyrũ meritis & ipſi ſociati:gaudia uite meruerũt iꝟ. calẽ. ſeptembris:ut dicit ado.

¶ De ſcõ magno & ſociis mẽib⁹. LXXVI

MAgnus mr̃ passus ẽ in cesarea cappadocie tpre aureliani impatoris sub presíde alexãdro. Qui ex ipa ciuitate ortus: defũctis parẽtibꝫ xp̃ianis: ipe in fide xp̃i cõstantissimus: dũ oraret ad dñm: uoce sibi de celo lapsa ad martyriũ ꝓfortatur. Quã uocem cuꝫ audissent pagani eũ tenuerunt: & in carcerẽ concluserunt: & post dies quattuor p̃sidi eũ obtulerũt. Quẽ sacrificare diis recusantem tradidit preses alexãdro & zozimo sacerdotibus idoloꝝ: ut eum igne ꝓsumerent. Qui miserunt eũ i caminum ignis ardentis. Statiq; flãma extinguitur: & post dies. 3. martyr xp̃i inde illesus educitur. Hoc preses audiẽs caminum amplius accẽdi fecit: & ip̃m iterũ intromisit: ubi quinq; dieb⁹ inclusus stetit. Flãma quoq; i duas ptes diuisa: ipe intactus omnino permãsit. ¶ Post dies. v. accedentes milites: ut uel ossa eius iuenirent: audientes eũ psallentem respexerũt: & quasi milia angeloꝝ cum eo uiderũt. In quoꝝ medio magnus inustus deũ laudabat. Cũ autẽ iussu p̃sidis educt⁹ eẽt: & xp̃i uirtutẽ preses magie deputaret. Iussit eũ in amphitheatrũ duci & feras ei laxari. Et prio qdẽ ursa pessima ad eum dimissa: in terrã prostrata pedes illius lingebat. Deinde leopardus exiliẽs collũ ei⁹ amplexus lingua sudorẽ uultus ei⁹ exergebat. Tertio leo ferocissim⁹ & ingens a uenatorib⁹ captus itromissus ẽ. Et cũ multitudo paganoꝝ eẽt itra amphitheatrũ: anteq̃ abirent: leo de manib⁹ uenatoꝝ ꝓsiliuit & in gẽtiles irruit. Angelus uero harenariũ ꝓclusit ut nemo aufugere posset. Et laniante leone multitudinẽ paganoꝝ ad mãdatũ sci solus p̃ses cũ officio suo illesus pmãsit: & leo ad caueam mãsuetus rediit. Tũc exiẽs preses oẽs exire mãdauit: & solũ magnũ ibidẽ dimisit: leonẽq; dimitti fecit: qui ad pedes eius procidit & osculabatur eũ. Quo uiso miraculo ✝. 2597. pagani in dño crediderũt. Qui oẽs iussu alexãdri presidis decollati sũt. Deinde eo mãdante gentiles populi scũm mr̃em tulerunt: & extra urbẽ eiectũ lapidauerũt. Cũq; super eũ aceruũ lapidũ iactassent: cumq; iam mortuũ existimassent: subito mr̃ xp̃i cũctis audiẽtibus dñm orauit: ut suscipet aiam eius in pace. Et statim emisit spiritũ. Cuius corp⁹ a xp̃ianis in ipa ciuitate sepultũ est in sarcophago nouo. xiiii. cal. septembris. Martyrum uero alioꝝ corpa iuxta muros urbis in cemiterio sunt tumulata.

¶ De scõ ludouico epõ or. mioꝝ. LXXVII

LVdouicus epꝰ tolosanus de ordine minoꝝ filius illustris regis caroli & regis roberti germanⁱ fuit. Qui cũ eẽt annoꝝ. xii. pro illustri domino carolo patri suo i catalonia obses fuit. Cui astiterũt fres minores: a quibus legẽ uite & discipline pcepit: uotumq; dño uouit: q̃ si de custodia dimitteret minoꝝ fratrum ordinẽ ingrederet: uirginitatẽ quoq; suã dño perpetuo dedicauit. Sed post quadriẽniũ dimissus paterne hereditati renunciare cupiẽs: cepit mũdi cõtemptor esse: miroq; modo deo deuote seruire. Cũq; pater ei uellet i coniugẽ sororẽ regis francie tradere: omnino ꝓtempsit: & extunc omnimode ordinẽ intrare disposuit. Quem fratres eius robertus & carolus martellus: totis uiribꝫ a proposito distrahebãt. Sed nil proficiẽtes eum clericari pmiserunt. Cũ aũt ip̃m iam subdiaconuꝫ effectũ papa uellet in ep̃m promouere oĩno renuit. Cõtemplatiue aũt uite totus intentꝰ etiã actiue se exercens pauperibus largiflue ministrabat. carnem quoq; mira pnia macerabat. ¶ Factus tãdẽ frater minor i uigilia dñice natiuitatis & de licentia sũmi pontificis statim professus: eadem die per sũmum pontificẽ ꝓnunciatus ẽ epꝰ tolosanus. Qui nõ obstante q̃ eẽt epus regularẽ ordinis ꝓfessionẽ ad litterã mirabiliter obseruabat. Sicq; ecclesiã tolosanã uerbo piter instruẽs & exemplo scitate pollẽs: diẽq; mortis sue ante triduũ predicens anno dñi. 1295. 14. cal. septẽbris cum eẽt ãnoꝝ. 55. feliciter emisit spiritũ. Sepultusq; ẽ massilie iuxta qđ decreuerat miraculis clarus. ¶ Anno autẽ dñi. 1319. de mandato pape ioannis xxii. corpus eiꝰ de terra leuatum est: & capsa argentea honorifice cõditum: presente rege roberto eiꝰ fratre: & multis ꝓlatis ac clericis & populis infinitis. In cuius trãslatiõe quinq; mortui redierunt ad uitã: & multi infirmi a diuersis langoribꝫ sanati sunt.

¶ De scõ donato presbytero. LXXVIII.

DOnatus presbyter apud pagum sigistricum galliaꝝ claruit. Qui ex urbe aurelianeñ ad eãdẽ ciuitatem in mõte qui dicit iura adueniẽs: anachoriticã uitã multis annis exegit: multisq; miraculis floruit. Qui inter cetera draconẽ terribilẽ sua oratione i de fugatum extinxisse fertur. Cũq; dies uocationis eius istaret: adueniente abbate mario diuinitꝰ admonito: ut ad eum accederet. Inter uerba oratiõis migrauit ad xp̃m: ab eodem patre ibidẽ sepultus. 14. cal. septẽbris.

¶ De scõ iulio senatore & mr̃e. LXXIX.

IVlius senator & mr̃ rome passus est tẽpore cõmodi ipatoris. Qui audita predicatiõe scõꝝ euseb̃ii: uincentii: pegrini: & potentiani de quibꝫ dicet infra. viii. calẽ. septembris: ꝓuersus est ad xp̃m: & a rufino p̃sbytero cum omni domo sua baptizatus. Cũq; omnia sua pauꝑibus erogasset: dum xp̃m

ꝑsiteret: a cesare detentus & exanimat⁹: atq; magistro peditum uitellio traditus est: qui ab eodem in custodia dieb⁹ pluribus reclusus: ide educt⁹: cū sacrificare nollet: tam diu fustibus est cesus: donec spiritum emitteret. Cui⁹ corp⁹ ante amphitheatꝝ dimissum: eusebius & ceteri predicti martyres sepelierūt in cemeterio calepodii. qui passus est. 14. cal. septembris.

¶ De scō heli sacerdote. LXXX

HEli sacerdos & iudex israel un⁹ & ultimus fuit inter iudices populi dei: qui ecclesiastici .xlvi. capitulo in scōꝝ patꝝ ueteris testamenti catalogo numerantur. Qui quāuis ex eo ꝙ remissus fuit i filios suos malos & preuaricatores legis dñi corrigēdos tēporali pena mortis subite a deo punitus fuerit: quia tamē in se bonus & sanct⁹ extitit: credendū est: ꝙ sue sāctitatis premia eternaliter nō amisit. Hic cum eēt de genere aaron sacerdos & iudex in israel: coram arca domini in tabernaculo ministrabat in silo. Ipse quoq; p̄dixit anne uxori helchane: que sterilis fuerat: filium ex ea nascituꝝ: ut tradunt hebrei: quē illa uouit dño se daturam. Cum autē heli duos haberet filios ophim & phinees: qui dñm nescientes partem sacerdotalē de sacrificiis anteq̄ adolerent: adipē tollebant ab offerentibus crudū cōtra legē dei ut lautius sibi pararēt eū: quod nō erat portio sed rapina: dormierunt etiā cum mulieribus obseruantib⁹ ad hostiū tabernaculi: & eas que uenerant ad purificandū polluebāt. Pater eoꝝ hoc agnoscens: tepide eos redarguebat: ꝓpter quod per uiꝝ dei reprobatus est a dño: ne sacerdotio dom⁹ ei⁹ fungeret: & tēporali pena puniend⁹ ꝓmittitur: ut ipse mala morte cū filiis suis periret. ¶ Et cum heli ad talē dei cōminationē quasi redderetur incredulus: ꝙfidens de magna misericordia dñi. Et samuel adhuc puer oblatus dño a pentibus corā heli i tabernaculo ministraret: & heli iam senex esset: apparuit deus samueli: eūq; tertio uocauit: ac eidem p̄dixit: ꝙ quicquid heli sacerdoti cōminat⁹ fuerat: ad litteram adimpleret: ut dicet infra: cū de samuele aget. Quod ipse samuel heli interroganti p oia rettulit. ¶ Cūq; philistei in p̄lium cōtra israel ꝙgregati uenissent: & quattuor milia ex eis occidissent: & seniores israel hoc egre ferentes ad inuicē ꝙsilium habuissent: arcam dñi de silo in prelium secū tulerunt: & cum duob⁹ filiis heli arcam comitantib⁹ ꝓtra philisteos iuerūt. Videntes aūt philistei arcā dñi timuerūt: sed acri⁹ ex hoc pugnantes israelitas fugere ꝓpulerunt: & ex eis .xxx. milia occiderunt: arca quoq; dei capta est: & duo filii heli mortui sunt. Heli aūt sacerdos p̄ senectute cecutiens sedebat ꝓtra uiam: que ducit ad castra. Et cū audisset nūcium: qui de p̄lio fugerat: ꝙ populus cesus eēt: & duo filii eius interfecti: siluit: & patiēter tulit. Cum aūt audisset arcā captā: propter dei reuerentiam moleste tulit: & cadens de sella retrorsum fractis ceruicibus expirauit. Iudicauit aūt israel. 40. annis: & sepult⁹ est in sepulchro patꝝ suoꝝ: cuiusq; dies obitus certus nō habet: de samuele ei⁹ discipulo dict⁹ ip̄m p̄misi: quoꝝ ad inuicē gesta continuant. Hec ex primo libro regū a principio usq; ad capitulū quartum: & ex dictis iosephi & hieronymi atq; ex historia scholastica sumpta.

¶ De scis helchana & āna ei⁹ uxore. LXXXI

HElchana uir iust⁹ & āna ei⁹ uxor samuelis ꝓphete parentes inter sanctos prisci tēporis a iosepho & hieronymo ꝓputant: quorum laus tam ex primo libro regum q̄ ex benedicta eoꝝ ꝓle susceptā p̄cipit. Fuit aūt helchana de ramathain siue ramatha: que in euāgelio dr arimathia: que sita est in mōte effraim: & fuit de israar auunculo moysi p chore descendens: & sic p patrem fuit de tribu leui: per matrem uero de tribu iuda. Habuit quoq; duas uxores uidelicet fēnenā secundam & annā sterilē: & cū esset anna pulchrior: & uir eā diligeret: fennena ei inuidēs exprobrabat ei: & obiiciebat sterilitatē. Et cum de more suo ascenderet debito tpe helchana: ut imolaret dño in silo: ubi tūc erat arca dei: que i tabernaculo seruabat: & quodam tēpore ipse helchana cū ambabus uxoribus ascendisset: & filios ac filias quos habebat de fēnena secū duxisset. Anna tristis pro sterilitate ad fores tabernaculi egressa orauit ad dñm p ꝓle habenda: & uotum uouit: ꝙ si de⁹ sibi masculū largiret: ꝙ faceret ip̄m nazarenū: & altaris ministerio ꝓpetuo deputaret. ¶ Et cū heli sacerdos eā orantē obseruasset: & tristitie eius causam audisset: diuino spiritu eidem prenūciauit: ꝙ deus exaudisset eam: que ex ꝓmissiōe sacerdotali secura iam de sobole facta ē: & reuersa cū uiro i domū suam ꝙcepit: & pepit filium: uocauitq; nomē eius samuel: eo ꝙ a dño postulass⁹ eū. Nec ascēdit mulier cum uiro in silo: donec ablactaret filium. Et cum ip̄m ablactasset: uidelicet cum eēt annoꝝ. 12. adduxit eū cum muneribus in silo: & obtulerunt eum parētes heli: ut eēt minister in ꝙspectu dñi: ſm uotum quod emisat eius mater. ¶ Et nota ꝙ sūt tres ablactiones. Prima a lacte mā mille: que fit in tertio anno. Secunda a lacte infantie: que fit i septimo. Tertia a lacte puritie: que fit in decimo. Et sic amouet puer a lacte: a pedagogo: a timore. In hac uero

tertia ablactatiõe samuel deo oblat⁹ ẽ: quasi iam idoneus ad seruiendũ. Post hec uero anna habuit tres alios filios & duas filias: qđ deus facere uoluit: ut filiũ quem quodãmodo ꝑm carnẽ pro deo amiserat: i alia sobole triplicaret: & p hoc ostẽdat: qa qđ deo conceditur etiã in tẽporalib⁹ nõ amittit. Quieuerunt aũt in pace helchana & uxor eius anna & sepulti sunt in ciuitate sua in ramatha. Quibus aũt diebus migrauerũt expressum non habetur: & iccirco gestis filii eius cui⁹ solẽnitas sequitur: non imerito premittunt. Hec unde supra.

¶ De scõ samuele ꝓpheta & iudice. LXXXII

SAmuel ꝓpheta & iudex populi israel scitissimus: q nedum inter patres antiquos scõs testamenti ueteris eccleſiastici. xlvi. ca. plurimũ cõmẽdatur: sed etiã in pleriſq; diu ine scripture locis: ut scũs magnificat & ponitur: fili⁹ fuit helchane ephiatei de ramatha de tribu leui: & anne ei⁹ uxoris de qbus supra proxio actum ẽ. Qui matris ei⁹ orationib⁹ a dño postulatus fuit: uoto ꝑmisso: q; ipm ad perpetuũ seruitiũ dñi manciparet: qđ & parẽtes ipsius fideliter adiplere curarunt: ipmq; duodenẽ heli sacerdoti i silo obtulerũt. Et ab illa etate ut dicit ioſephus plenarie ꝓphetare cepit. ¶ Cũ autem filii heli legis dñi eẽnt trãsgressores: & heli tepide corrigeret illos: & dñs eidẽ ac filiis eius per ꝓphetã mortẽ ꝓminatus fuisset: nec adhuc heli uerbis dñi fidẽ plenã adhiberet: ut superius dictum ẽ in gestis heli. Factum est: ut heli i lecto suo iaceret: & iã ꝑ senectute ipsius oculi caligassent: & samuel iacebat iuxta tabernaculũ cum heli sacerdote. i. prope lectũ eius. Quẽ dñs uocauit ex nomine. Qui surgens accessit ad heli credẽs se uocatum ab eo: sed heli iꝑm uocasse denegans ad dormiendũ remisit. Cũq; hoc idem & ſo & tertio factũ esset. Intellexit heli q; deus ipsũ uocasset: & instruxit puerũ qualiter itẽ; respondere deberet: uocatus aũt iterato a dño cum respondisset: loquere dñe: indicauit ei dñs eandem ꝓminationẽ in domũ heli: quã primo fecerat per uirũ dei. Mane autem samuel ab heli adiuratus: indicauit ei oia que locutus ẽ ei deus. Creuit autẽ samuel & cognouit oĩs populus: quia fidelis esset ꝓpheta dñi. Et ꝓsulebat eũ oĩs popul⁹ iuxta ꝓceptum dñi. Preceperat eni deus: ut abiicerẽt ariolos & diuinos: & huiusmodi: & sciscitarentur a fratribus uerbũ domini. ¶ Mortuo uero heli sacerdote: ut superi⁹ dictũ est. Samuel i locum ei⁹ succeſſit i iudicẽ. Qui populũ domini adduxit in masephat: ut oraret pro eis: eo q; philistei terminos israel iuasissent. Tũc samuel effudit aquã corã dño: in q; maledicta ꝓgesta erãt: quam si bibebat idolatra labia ipsi inseperabiliter adherebant: forte in signum federis sicut fecit ioſue. Quidam tamẽ asserunt samuelẽ idolum redegisse in puluerem: & mixtũ dedit populo ad bibendũ & in barbis eoꝝ iudicasse reos idolatrie a nõ reis sicut oli fecerat moyses. Et iudicauit eos ibi samuel. i. docuit iudicia dei. Et audierũt philistei cõgregatũ eẽ israel in masephat & armati ascẽderũt aduersus eos. Clamauitq; samuel ad dñm: & obtulit agnũ lactẽtẽ in holocaustũ. Et inito prelio dñs intonuit fragore magno sup philisteos: & mota ẽ terra: & p loca pandebat hiatus: & philistei in fugã uersi cesi sunt a filiis israel: q per cusserunt eos usq; ad terminos terre sue. Tulitq; samuel lapidẽ: & posuit eũ in terminis: nec ausi sunt ultra philistei intrare termios israel: uiuẽte samuele: iudicabat itaq; samuel populũ in bethel & galgalis & masephat circuiẽs per annos singulos & reuertebatur in ramatha: sed & ibi iudicabat israel. ¶ Cũ autẽ senuisset samuel: posuit filios suos iudices ioel & abiã: altẽ; i bethleem altẽ; i bersabe ut ibi populũ iudicarẽt. Qui declinauerunt p⁹ auaritiã & puerterũt iudicia. Quod non ferẽs populus petiit a samuele regem. Qui diuina reuelatiõe saulẽ de tribu beniamin sibi a dño missum unxit in regẽ sup israel: & ipe samuel iudex ẽ factus: q ꝑfuerũt simul in populo. 40. ãnis ut ioſephus scribit. ¶ Processu uero tpris mandauit samuel sauli regi iubẽte domio: ut deleret amalech: & nec hõi pceret nec iumẽtis. Qui ꝓtra ꝑceptũ dñi: postq; amalechitas expugnasset: pepcit agag regi amalech: & optimis armẽtoꝝ: pq qđ a dño reprobatus ẽ: & regnũ eius ad dauid trãslatum ex ore samuelis ꝓphete dño ei mandante: licet ꝓpheta dei pro saule dominũ plurimũ exorasset. Sicq; post aliquot mẽses samuel propheta iussu diuino iunxit dauid filiũ isai de bethleẽ in regẽ futuꝝ sup israel adhuc uiuẽte saule. Et extunc cepit regnum saulis declinare: dauid aũt in oĩb⁹ ꝑpari: sicut dictum ẽ supra i gestis dauid regis. 4. cal. ianua. ¶ Postq; aũt samuel populum dei laudabiliter iudicasset mortuus ẽ. Et fleuit eũ uniuersus israel singuli tanq; ꝓpriũ patrẽ lugentes: & sepelierũt eum in sepulchro paterno in ramatha. Qui dormiuit in domino. 13. cal. septẽbris. ¶ Hui⁹ ossa sanctissima: Archadi⁹ ipator de iudea trãstulit i thraciã portãtib⁹ epis ac occurrẽtibus populis tanta letitia: ut q̃si ꝑsentẽ uiuentẽq; cernerẽt atq; susciperẽt: ut de paleſtia usq; chalcedonẽ iungerẽtur populoꝝ agmina in xpi laudes una uoce ꝑsonãtia. ut scribit hieronymus libro ꝓtra uigilantiũ. Hec ex primo libro regum a. 4. ca. usq; ad. xvi. & aliis

uoluminibus quibus supra.

¶De sancto samuele ꝓsbytero. LXXXIII

SAmuel ꝓsbr̄ eccleſie edeſſene cla ruit tēpore anaſtaſii primi impe ratoris. Qui ſcā uita ſublimis & doctrine: ſapiētia clarus: multa aduerſus eccleſie inimicos inten tione tamen precipua contra neſtorianos & timotianos ſyro ſmone ꝓscripſit: quē apud ꝓſtantinopolim adhuc tēpore ſuo i carne ui uere: & ſcripta eius ſe teſtaī agnoſcere illu ſtris gēnadius: qui & apud ipſam ciuitatē in xp̄o qeuit cū pace: ibidēq; tumulatus.

¶De sancto bernardo abbate ordinis ciſter tienſis. LXXXIIII

BErnardus abbas claraualleñ & doctor claruit tempore eugenii pape tertii & federici imperato ris primi: qui exꝓuincia burgū die caſtro fontanis patre milite telecino matre aleth religioſa dña ortus eſt. que ſex mares filios genuit monachos futu ros: feminā unam ſanctimonialē: quos ut e diderat dño offerebat: & ipſos pueros cibis groſſioribus q̄ſi eremo magis q̄ curie nutri ebat. Cum aūt tertiū. ſ. bernardū geſtaret in utero: uidit per ſomniū catellum candidum & latrantē in utero ſe habere. Quod cū cui dam uiro dei expoſuiſſet. ille uoce ꝓphetica rn̄dit: q̄ optimū catulū pareret: qui domus dei cuſtos futur⁹ eēt: eo q̄ predicator fieret egregius: & cōtra inimicos daret latrat⁹: ac multos medicinalis lingue gr̄a eſſet curatu rus. ¶Cum autē bernard⁹ adhuc puer in na tiuitatis dn̄ice nocte officium expectaret: a uid⁹ ſcire qua hora xp̄s natus eēt: media no cte eidem appuit puerulus ieſus: q̄ſi denuo ex utero matris natus. Vnde extunc illā ſuiſ ſe horā dn̄ice natiuitatis ꝓgnouit. Ex illa er go hora in his: que ptinent ad illud ſacramē tum: ſenſus ei ꝓfundior & ſmo copioſior da tus eſt. Quod patet in illo initio opuſculoꝝ ſuoꝝ: quod edidit: cū homeliaꝫ illā ſup euā gelio Miſſus eſt gabriel. cōpoſuit. ¶Veruꝫ antiquus hoſtis eius caſtitati inuidens: mul tos ei laqueos tentationis oppoſuit. Cum ſe mel in quandam feminā diu oculos defixos habuiſſet: de ſe cōtinuo erubuit: ac i ſtagnū gelidaꝝ aquarum inſiluit: ibiq; tam diu mā ſit: donec a carnali ꝓcupiſcentia totus refri guit. ¶Alia nocte puella quedā ſe nudam i lecto ipſius poſuit: quam ille ſentiens par tem lecturli ei conceſſit: donec illa ipſum cer nens immobilem: erubeſcens inde receſſit. ¶Alias etiam hoſpitatus in domo uni⁹ ma trone: cum illa in eius pulchritudinē exarſiſ ſet: nocte ſilenter ad lectum eius acceſſit. Illoq; clamante latrones mulier ſe abſcōdit Surgentes uero famuli latronem querunt: ſed non inueniūt. Cūq; hoc idem uſq; tertio factum eſſet: mulier tandem deſperata receſ ſit. Dum uero mane a ſociis quereretur: quō tot uicibus latrones clamaſſet. Reſpondit: q̄ uere latro ei inſidiatus fuerat: quia hoſpita theſauruꝫ ſue uirginitatis irrecuperabilem auferre uoluerat. Et extunc ciſtertienſiū or dinem ingredi deliberauit. Quod cū fratres eius omnimode prohiberent: tantam ei dn̄s gratiam contulit: ut non ſolum nō prohibe retur: ſed omnes fratres ſuos & alios plures ad religionem domino lucrarēt. Fratri aūt ſuo gerardo uerba ei⁹ uana reputāti p̄dixit: q̄ lancea latus eius perforaret: & tunc com punctus uerbis eius conſenſum preberet. Poſt paucos dies gerardus ab inimicis capi tur: & lancea in latere uulneratus carcerat. Ad quem bernardus ueniens eundem cōfor tauit: promittens q̄ cito liberaretur: & mo naſterium ingrederetur. Eadem nocte com pedes gerardi de pedibus eius ceciderūt: & hoſtio per ſe aperto ipſe euaſit: indicauitq; fratri ſe mutaſſe ꝓpoſitum: & uelle fieri mo nachū. ¶Anno igitur dn̄i. iii2. a conſtitutio ne ordinis ciſtertienſis. i⁊. ſeruus dei bernar dus annorum. 22. cum fratribus & aliis ſo ciis. 30. ordinem ciſtertienſem ingreſſus eſt. Qui mox totus ita in ſpiritum abſorptus eſt: ut iam nullis corporeis ſenſibus uteret Quem abbas ciſtertienſis ad edificandū do mum clareuallenſem poſt modicum miſit: ubi multo tempore in nimia paupertate ui tam duxit. Vigiliis autem & orationibus in tentus continue carnem mira penitentia fla gellabat: & maxima ieiuniorum inedia do mabat. In ueſtibus autē & aliis cunctis ſem per paupertatem amabat. Quicquid uero i ſcripturis didicit: in agris & ſiluis confiteba tur accepiſſe: & nullū ſe magiſtrum aliquā do habuiſſe. Oranti quoq; ſibi confeſſus eſt expoſitionem oratiōis dominice ſibi ſcriptā apparuiſſe. Humilitatem autem & patientiā ultra modum in cūctis oſtendit. ¶Cum tre centas marchas argenti ſibi pro cenobio cō ſtruendo miſſas predones abſtuliſſent: pati enter tulit: deumq; benedixit: qui ſibi a tan to onere pepercit. ¶Quidam canonicus re gularis ad eum uenit: & ut in monachum re ciperetur rogauit: cūq; ille nō acquieſceret: ſed ad ſuam eccleſiaꝫ redire ſuaderet: aduer tens q̄ canonicus ex leuitate ordinem muta re uellet: canonicus ad conuitia multa pro rupit: ac demū ip̄m in maxilla ꝓuſſit. Cūq; aſtantes i ſacrilegum inſurgerent: ille ne eū tāgerēt per chriſtū adiurauit: & ſine ulla ul tione patienter dimiſit. ¶Pater eius qui ſo lus in domo remāſerat. ad monaſteriū iuit: & ibidem poſt aliquod tempus in ſenectute bona deceſſit. Soror uero ei⁹ i ſeculo nupta

cum multo cõmitatu & pompa ad monaste-
rium accessit. Sed ad eam uir dei exire recu-
sauit. Cum autẽ lachrymãs instaret & consi
lium anime sue saluande peteret ad eã exiit:
& mundi ei gloriã interdixit. Que habitũ &
uitam mutans in seculo quasi in eremo dein-
ceps deo seruiuit: & tandẽ multis precibus
a uiro licentia habita monasteriũ introiuit.
Tanta autem abstinẽtia & uigiliis corpus at
triuit: ut fere continua grauissima infirmita-
te langueret. ¶ A ciuitatibus ianueñ & me-
diolaneñ in epm electus consentire renuit:
dicens se non esse suum: sed alioruꝫ seruitio
deputatum. ¶ Cũ quodaꝫ tẽpore fratres car
tusienses uisitasset: loci prior contra ipm ali
quantulum murmurauit: ꝙ sella cui equitã
do presidebat nimiũ curiosa esset. Quod cũ
uir dei audisset miratus querebat qualis sel
la foret. Nam illuc usq; a claraualle uenerat
& qualis esset sella non perpẽderat. ¶ Iux-
ta lacum etiam lausanensẽ unius diei itinere
pergens ipsum non uidit: & cũ sero socii de
ipso lacu loquerentur: ubi esset lacus ille in
terrogauit. ¶ Predicanti sibi aliquãdo ina-
nis glorie tentatio irrepsit: ꝙ optime po-
pulo predicaret. Qui mox in domino cõfor-
tatus tentatori respondit: ꝙ nec per ipm ince
perat: nec per ipsum dimittere intendebat.
Frater robertus eius monachus & secunduꝫ
seculum propinquus: quorũdam suasione
ad monasterium cluniaci se contulerat: quẽ
uir dei statuit per epistolam reuocare. Cum
autem eã scriptori sub diuo dictaret: supue-
niẽte subito imbre: scriptor surgere uoluit.
Bernardus uero ut procederet in scribendo
suasit: quia opus dei erat: qđ ipsi faciebant.
Sicq; scripsit epistolam in medio imbre sine
imbre. Cum enim circa eos undiq; plueret:
inde molestiam imbris uirtus expulit cha-
ritatis. ¶ Monasterium quoddam multitu-
do infinita muscarum occupauerat: que mo
nachos grauiter infestabat. Quas uir dei ex
cõmunicauit: & mane omnes musce mortue
sunt reperte. ¶ Cum a mediolanensibus ec-
clesie reconciliandis a papa missus papiam
rediisset. Quidam uxorem suam demoniacã
ad eum adduxit. Cumq; malignus spiritus
per multa uerba bernardum irrideret: & cũ
eo uir dei prolixius disputasset: tandem ora
tione sua immundum spiritum ex illa mulie
re exire coegit. Sed cum inde scũs uir recess-
isset: diabolus eam iteꝫ inuasit. Quod cum
sanctus per uirum eius post se currentem
audisset nomen iesu christi in schedula scri-
psit & collo mulieris alligari mandauit.
Et sic totaliter a spiritu illo maligno libera
ta est. ¶ Apud aquitaniam mulier alia ab in
cubo quodam per sex annos petulante lasci
uia uexata fuerat. Que ad uiruꝫ dei accessit:
& que passa fuerat cũ lachrymis enarrauit:
cui bernardus baculum suum tradidit: &
ut in lectulo suo ipm poneret mandauit. De
mon autem extunc ad cubile nõ audebat ac-
cedere: sed acerrime comminabatur: ꝙ eo re
cedente se de ipsa atrocius uidicaret. Quod
cum sancto rettulisset: ille populum conuo
cauit: & candelis accensis omnia publice e-
narrauit: ac demonem illum excõmunicauit
Sicq; mulier ab eius illusione penitus libe-
rata est. ¶ Cum in eadem prouincia legatio
ne fungeretur: ut ducem aquitanie eccleſie
reconciliaret: & ille recusaret: uir dei ad al-
tare celebraturus accessit: duce pre foribus
expectante. Cum autem pax domini dixisset
corpus christi super patenam posuit: & ad
ducem exiuit: eidemq; per filium uirginis
terribiles minas intulit: & ultionem diuinaꝫ
addidit: nisi ad ecclesie obedientiaꝫ ueniret.
Quem dux ignea facie & flammeis oculis
conspiciens: territus coraꝫ eo procidit: & ue
niam postulauit: & quicquid sanctus preci-
pere uoluit: mox adipleuit. ¶ Militẽ quen-
dam nobilem mõachum suum effectum gra
uis tentatio exeundi ordinem pulsauit. Ita
ut expresse diceret se nunquam letum futu-
rum. Quod sanctus audiens pro eo orauit:
& tentatio mox discessit. Ita ut postmodum
diceret se nunquam tristitiam habiturum.
¶ Cum sanctus malachias episcopus hiber
nie in suo monasterio migrasset: & bernar-
dus pro eo missam pro defunctis incohasset
gloriam eius intra canonem domino sibi re-
uelante cognouit: & post cõmunionis colle
ctam pro confessore pontifice commutauit.
Cui dum cantor innueret ꝙ errabat: ait se
non errare: sed scire quid diceret. Deinde ac
cedens sacro corpori pedes osculatus est.
¶ Visitatus a quibusdam tyronibus in qua-
dragesima rogabat eos: ut saltẽ illis diebus
a suis se uanitatibus cohiberent. Quibus re
cusantibus uinum benedictum eis in pocu
lum tradidit: & mox illorum uitam in meli-
us commutauit. ¶ Tandem morti appropin
quans fratribus suis: charitatem: humilita-
tem: & patientiam iure testamenti relquit.
Deinde postquaꝫ multa miracula perpetras-
set: & centum & sexaginta monasteria con-
struxisset: anno domini millesimocentesimo
& sexagesimotertio etatis uero sue anno se-
xagesimotertio inter filiorum manꝰ obdor-
miuit in dño decimotertio cal. septẽbris. Se
pultusq; est in monasterio clarauallen. mul
tis & mirabilibus miraculis refulgens.
¶ Hic doctor sanctꝰ multos libros & tracta
tus edidit. Scripsit libꝫ unum de cõtemptu
mundi ad clericos. Item exhortatorium de

passione & resurrectione domini libꝝ unū. De gratia & libero arbitrio librum unum. De gradibus humilitatis & superbie librū unum. Ad abbatem columbensem de precepto & dispēsatione librum unum. Ad cisterciēn & cluniacēn apologeticum libꝝ unum Ad hugonem de sancto uictore librū unum Super psalmum Qui habitat. homelias.18. Super cantica canticorum homelias septuagintatres. Super Magnificat. tractatum unum. Epistolas ad diuersos.240. Sermōes uero innumerabiles. Item ad eugenium papam tertium de consideratione libros quinq. Ad milites tēpli de laude militie noue librum unum. Et alia opuscula multa & elegantia compilauit.

¶De sancto philiberto abbate. LXXXV

PHilibertus abbas apud rothomagum claruit tempore clodouei regis francorum: Qui adhuc iuuenis a dagoberto rege francorum in palatio suo aduocatus: cum esset annorum uiginti elegit christi fieri discipulus: & in robatensi monasterio sub agilo abbate monachus factus est: ubi operibus penitentie uacans: multa diaboli tentamina pertulit: quas omnes christo adiuꝫ superauit. Succesſitq; agilo in abbatie regimine: domum sibi creditā strenue gubernando: & miraculis coruscando. Dum autē eū quidā ex fratribꝰ liuore inuidie ex cenobio abiecissent: unus eorū ictu fulminis interiit: alius in secessum omnia interiora deposuit. Reliqui timore percussi penitentiam agentes: ipsumq; reuocantes: eidem humiliter obedierunt. ¶Postmodum autem a rege clodoueo & bathylde regina francorum in pago rothomagensi locum appellatum gemericum obtinuit: ubi egregium monasterium construxit. ¶Monachum quendaꝫ quem ad regem pro causa cenobii mittere disponebat febre detentum: imperans febri sanauit & misit. ¶Existente eo parisius latro chirothecas eius furatus est. Mane autē se ardere eiulans: & loqui non ualens: sinum cum furto abscondito patefecit. ¶Cum nocte quadam in basilica sancti petri oraret: uisi sunt oculi eius quasi due lampades fulgentes. ¶Monacho qui languens ad extrema uenerat: & loqui non ualebat: peccatum q̄ unum in confessione scienter omiserat: oratione sua loquelam restituit: illeq; peccatum confessus mox expirauit. ¶Cum fratres messem succiderent: & manipuli per agros iacerent: tempestatem subitam ingruentem a messe sedauit: & continuo serenitatem adduxit. ¶In uilla quoque pineuio hospitatus a muliere quadam paupere in domo susceptus: uas uini quod habebat benedixit: & multis inde potantibus cunctisque satiatis ipso abeunte plenum repertum est. Quieuit in pace uir domini decimotertio calendas septembris. Sepultus in monasterio suo predicto.

¶De sanctis xp̄ophoro & leouigildo martyribus. LXXXVI

CHristophorus & leouigildꝰ martyres apud ciuitatē hispanie cordubam passi sunt: qui tēpore p̄secutionis ab infidelibus comp̄henſi cum xp̄m cōfessi essent: gladio cedente martyriū p̄sumauerūt: quorum corpora post abscisionem capitum igni tradita sunt. Qui passi sunt. 13. calē. septembris ut ado tradit i sanctoꝝ martylogio ex dictis hieronymi sumpto.

¶De sanctis martyribus leontio & carpophoro. LXXXVII

LEonti⁹ & carpophor⁹ martyres in ciuitate aquileia passi sunt tēporibus diocletiani & maximiani imperatorum sub lysia presi-de. Qui cum eēnt arte medici: infirmos quoscūq; ab omni languore sanabāt nō tam naturalibus medicaminib⁹ artis sue q̄ xp̄i noie inuocato: erāt enī fidelissimi xp̄iani. Audiens aūt lysias preses famam illoꝝ: cum eēnt ei ab eius officialibus accusati: & q̄ cultum deoꝝ suorum destruerent: eos ad se accersiri fecit: & que essent eorū nomina: que patria: que conditio: que fortuna quesiuit. Illi uero ad singula respōderunt: quia scilicet noia eoꝝ erant leonti⁹ & carpophorus: patria uero eoꝝ erat arabia: p̄ditio xp̄iana: fortunam autem christianos nescire dixerunt. Tunc preses cepit eis persuadere: ut diis sacrificarent: p̄mittens illos exinde honoribus sublimandos: aut si renuerēt diuersis puniēdos suppliciis. Cumq; illi sacrificia demonib⁹ exhibere nullaten⁹ uelle respōderent: & xp̄m sibi adiutorē in omnib⁹ dicerēt: atq; illius cōminata tormēta cōtemnerēt: p̄cepit eos preses in manibus & pedibus graiter torqueri. Et dū illi constantes hoc supplicium deriderent: iussit eos preses catenis uinctos in mare precipitari. Statimq; angelus domini affuit: & diruptis uinculis illos e pelago ad litt⁹ incolumes eduxit. Et cum hoc miraculū p̄ses artib⁹ magicis ascriberet & e contra illi ei christi uirtutem predicarent: illeq; eos in nomine dei sui hadriani

sequi uelle diceret: ꝓtinuo duo demones af/fuerũt: & presidẽ in faciem alapis cederunt grauibus per horã unã. Sed orantibus pro eo scis statim demones abierũt. Tunc preses dicere cepit: ꝙ dii ꝓtra se indignati: qa illos uelle relinquere dixerat: talẽ in eũ uindictã exercuerãt. Iussitq; scõs in carcerẽ trudi: do nec qualiter ipos ꝑderet cogitaret. ¶ Alte/ra die illos eductos & diis imolare ꝓstãtius recusantes: i ignem copiosum accensum ia/ctari mãdauit. Sed tñ ignis illos in nullo le/sit: sed facto terremotu nimio: erũpẽs flãma plurimos paganoꝝ circũstãtes exussit. Illi uero sci de ignis educti medio: nedũ in cor/poribus sed etiã in capillis & uestibꝰ penitꝰ appuerũt intacti. Iubent ergo i equuleo su/spendi & ungulis radi: sed ãgelo illos custo diẽte: fatigatis ad modũ carnificibꝰ ante pre sidem deponunt. ¶ Et cũ itez ac itez a ꝑsi de ꝑsuasi: cultũ diis suis exhibere renuerẽt: fecit illos lysias ꝑses in crucibus leuari: & a circũstante populo lapidari: uez lapides in iacientes redibãt & plurimos uulnerabant. Tunc mãdauit illos a.4. ex militibꝰ sagittis ꝓfigi. Sagitte uero mres nõ ledebant: sed re/trouerse sagittarios ꝓfigebant. Et nõ solum illos: ꝫ alios pres astãtes occiderũt. ¶ Ly sias autẽ se ꝓfusum in oibus cernẽs scõs dei gladio cedi iussit. Et sic accedẽtes spiculato res eoꝝ capita gladiis absciderũt. Quorum corpora xpiani rapiẽtes iuxta muros ciuita/tis aquileie sepelierũt. Passi sũt aũt sci mres leontius & carpophorus. iꝫ. cal. septẽbris.

¶ De scõ anastasio martyre. LXXXVIII.

ANastasius siue attalꝰ martyr pas/sus ẽ sub aureliano augusto & ꝑ side antiocho rome. Qui cũ esset cornicularius: agapitũ mrem in custodia habuit mãdato ꝑsidis. Et audiẽs ab eo uerba uite fere ꝙersus est. Cum autẽ agapitus uersis pedibꝰ superius esset suspẽsus: & fumo de subter facto sic. 4. diebꝰ esset dimissus: ut supra dictũ est i pas sione eiꝰ. xv. cal. septẽbris: & post dies quat tuor anastasius illuc uadẽs iuenisset eũ solu tum ambulãtem & psallentẽ: fidẽ xpi oio su scepit & baptizatus ẽ. Et dum hec omia que uiderat presidi nunciasset: & xpm constãter confessus esset. Iussu aureliani decollatus ẽ. xii. cal. septẽbris.

¶ De scõ priuato epo & mre. LXXXIX.

PRiuatus eps & martyr passus est i territorio gaualitane ciuitatis. Qui sub persecutione imperato rum ualeriani & galieni cũ xpm dominum predicaret: & deos pa ganorum adorare recusaret. Iudicis sẽtẽtia decollatus: & palma martyrii coronatus ẽ. xii. cal. septẽbris. ut dicit ado.

¶ De scõ quadrato epo. LXXXX.

QVadratus eps tẽpore hadriani i/peratoris claruit: qui multa uti/lia opa ecclesie digessit. Nã eidẽ principi apologeticũ scripsit & obtulit. Librũ rõnis & fidei ple/nũ: aplicaq; doctrina dignũ: & religiõi xpi ane perutilẽ. Scripsit & parthicũ bellũ sub seuero principe gestũ. Auidii cassii uitam & gesta scriptioni tradidit. Et in ꝓtibus mace/donie in pace quieuit. xii. cal. septẽbris. Hec hieronymus de uiris illustribꝰ.

¶ De scõ timotheo ꝑsbro & mre. LXXXXI

TImotheus presbyter & mr rome passus ẽ sub ualeriano ipatore: & tarqnio urbis ꝑfecto. Qui ab antiochia ueniẽs tẽpore melchia dis pape a scõ siluestro tũc ꝑsby tero: postea romano pontifice futuro: hospi tio deuote susceptus ẽ. Qui timotheus: cũ p unum annũ: & tres mẽses: docẽs xpi ueritatẽ multos populoꝝ gẽtiliũ ꝙertisset: tentus a tarquinio urbis prefecto: & plagarũ tormẽ/tis afflictus: longaq; carceris custodia mace ratꝰ: cũ sacrificare idolis noluisset: ter cesus terq; grauissimis suppliciis attrectatꝰ. Nouis/sime snam accipiẽs capitalẽ: iter homicidas decollatꝰ ẽ. Cuiꝰ corpus siluester presbyter clam rapiens in domo sua occultauit: & mel chiadi pape nunciauit. Qui ueniẽs nocte cũ presbyteris & diaconibꝰ corpus tulerũt: & in horto cuiusdã mulieris noie theone iux/ta sepulturã beati pauli apostoli sepelierũt. Passus ẽ autem. xi. cal. septẽbris.

¶ De sanctis timotheo & proterio martyri/bus. LXXXXII.

TImotheus alexandrinus eps & ꝑ terius eiꝰ presbyter fidei catholi ce pugiles extiterũt tẽpore leõis imperatoris ꝓtra dioscoꝝ epm a lexandrinum per timotianos he/reticos itrusum uiriliter resistẽtes. Propter qđ heretici eũ dioscoro armata manu i cenã dñi alexandriam inuadẽtes proteriuꝫ capi/unt: & in ecclesia occidunt: corpusq; illius crudeliter laniatum igne ꝓsumunt: puluerẽ quoq; iuentum dispergunt. Dioscorũ uero uiolẽter in epatum mittunt. Timotheꝰ uero eps catholicus uix aufugiens liberatꝰ ẽ. Qui post dies modicos: multũ oppressus angu/stia quieuit i xpo.

¶ De scõ symphoriano mre. LXXXXIII.

SYmphorianus martyr tempore aureliani imperatoris passus est in ciuitate eduneñ. sub consula/ri heraclio. Qui ex augustudu/neñ urbe: pre fausto nobile xpia no progenitus: cum adhuc esset adolescens tanta morum grauitate pollebat ut seniorũ

uitam anticipare uideret. Cum ergo pagani in ciuitate edua festū ueneris celebrarent: & statuā eius ante heraclium pfectū deferrent. Symphorianus affuit: & nolens eam adorare: diu ceditur: & cesus carceri mancipatur. Et cum eductꝰ de carcere ad sacrificium cogeret: & multa ei donaria ꝓmitterēt: ipseq; oia tanq̄ lutū abominaret. Iratus iudex data sentētia pcepit: ut decollaret. Qui cū ad locum duceret: mater eius de muro aspiciebat: & ipm ad passionem uiriliter ꝓfortabat: dicens q; ei uita non tolleret: sed in meliꝰ cō mutaret. Mox igitur decollatus est: & corpus eius a xp̄ianis sepultum ad fontē: qui est extra publicū campū foris muros edue ciuitatis. Passus est aūt. xi. calē. septēbris circa annum domini. 270.

¶ De scō antonio martyre. XCIIII

ANtonius martyr passus est rome cēpore cōmodi impatoris sub uitellio pfecto. Qui cum eēt carnifex: & scōs martyres eusebium: pontianū: pegrinū: & uincētium in equuleo leuatos mandato pſidis laniaret. uidit iuuenē stantē & cū spongia scōꝝ uulnera tergentē: de quib⁹ infra dicet. 8. calen. septēbris: q mox conuersus: & a rufino presbytero baptizatus: dum xp̄m ꝓfiteret: iussu prefecti capitali sentētia damnatus est: & uia aurelia iuxta foꝝ traiani sepultus. xi. calen. septembris.

¶ De sanctis timotheo & apollinare martyribus. XCV

TImotheus & apollinaris martyres passi sunt apud rhemēsiū urbē sub nerone impatore: preside autē lampadio: cui primū timothe⁹ pſentatus cū sacrificare nollet: & grauiter tortus fuisset: ac laniat⁹ & a ceto & calce uiua ei⁹ uulnera ꝓspergerētur. Apollinaris uero gentilis assistens: uidit duos angelos timotheo astantes: & ipm hortantes: ac ut in celū aspiceret admonentes: qui aspiciēs uidit celū apertū: & iesum coronaꝫ gemmatā tenentē: eāq; ei dare ꝓmittentem: post que angeli ad celos euolarunt. Que oia cū apollinaris uidisset: cōuersus est. Et dū a pſide tētus fuisset: & in os eis plumbū liquefactū faceret infundi: tāq̄ glacies repente refriguit. Quo uiso miraculo multi paganoꝝ in dño crediderunt: & nocte a sancto mauro presbytero baptizati sunt. Sancti uero timotheus & apollinaris in carcerem missi sunt: ubi & apollinaris tanq̄ nou⁹ xp̄i tyro ab angelo ꝓfortatur. ¶ Die uero sequenti ✝ oēs q cōuersi fuerant iubēte pſide decollāt. Timotheus uero & apollinaris tertio cesi: & diuersis attrectati suppliciis in pfessione dñi perseuerantes: tandē capitali sentētia puniti sūt. Statimq; iaculū ignitum de celo cadens humeꝝ dextrū pſidis ꝓcussit: & ꝓtinus a demonio arreptus infeliciter expirauit. Sanctorū uero martyrꝝ corpora a xp̄ianis in eadem urbe honorifice condita sunt. io. calē. septēbr. circa annum domini. 57.

¶ De scō zacheo epō hierosolymoꝝ. XCVI

ZAcheus eps quart⁹ a btō iacobo hierosolymoꝝ ecclesiam clarissime rexit. Nā ut ait eusebius. 4. libro cap. 5. Hierosolymis epi. 15. fuerunt usq; ad tpa hadriani imperatoris oēs ex hebreis xp̄ianis assumpti: ueꝝ iudeis a romanis dispsis epi ex circūcisione eligi ceperūt. ¶ Hoꝝ aūt primus fuit iacob⁹ frater dñi: secūd⁹ symeō: tertius iust⁹: quart⁹ zache⁹: qnt⁹ tobias: sextus beniamin: septimus ioānes: octau⁹ matthe⁹: non⁹ philippus: decimus seneca: ūdecim⁹ leui: duodecimus iustus. xiii⁹ effrem. xiiii⁹ ioseph. xv⁹ iudas. Hec eusebius. Beat⁹ uero zache⁹ in oi scitate cōmissū sibi gregem exemplis ac doctrinis reficiēs: quieuit i pace. x. calē. septē.

¶ De scō zacheo epō antiocheno. XCVII

ZAcheus eps antiochen⁹ primus post petꝝ apostolū ꝓstitut⁹ fuit. de quo in itinerario clemētis dr ꝙ cū petr⁹ in disputatione quam habuit cum simone mago uictoriam obtinuisset: simonq; romā a facie petri fugisset. Petrus post eū pergens: zacheū sibi successorē ꝓstituit: & pſbros ac diaconos ordinās: eisdē populū commēdauit: ipsosq; de oib⁹ instruēs ꝓfecti⁹ ꝓfect⁹ abiit. Zache⁹ aūt eps postq̄ ecclesiā sibi cōmissam feliciter gubernasset: plenus scitate btō fine quieuit: sibi demq; sepultus in pace.

¶ De scō theona epō. XCVIII

THeonas eps alexandrinus uenerabilis fuit: omniq; uirtute clar⁹: q beatum petrū eiusdē urbis epm & martyrē enutriuit: cui & idem btūs petrus in epatu successit: ꝓut sibi a domino per uisum fuerat reuelatuꝫ Hic ecclesiam suam ab infestatione arriana tunc uigente uiriliter defensauit: qui & uirtutibus laudabilibus preclarus in pace quieuit. io. calē. septēbris: Alexandrie quoq; tumulatus iacet.

¶ De scō theona abbate. XCIX

THeonas abbas pater fuit trium milium monachorum in eremo scythi: qui ut dicit sozomenus: fuit sciētissimus litterarum grecarum: latinarum: & egyptiarū: qui triginta annis dicitur minime usus ira sci: aut iurare: aut mētiri: aut uanum: uel aspum uel infirmum protulisse ſmonē. Hic abbatem adhuc iuuenē quotidie

pāmachium furantē & ecclesie mâducantē: sermone de continentia facto cōuertit ad penitentiā: eoq; peccatum suū publice ꝓfitente uelut lampas ignis de sinu eiꝰ egressa ē: totā q; domū fetore cōpleuit. Hic etiā dicebat nihil esse tam noxiū monachis: q̄ cogitationes suas patribꝰ suis spūalibus celare. Quieuit in pace in eremo de scythi. x. cal. septēbris. Hec sozomenus in hist̄oria tripartita.

¶ De scis donato & restituto & sociis mr̄. C.

DOnatus & restitutus: ualerianꝰ: & fructuosa cum aliis. xii. apud antiochiā passi sūt. Qui p̄clarissimo ꝓfessiōis honore p̄ diuersa genera tormēto; glorioso martyrio coronati sunt. x. cal. septēbris. Hec ado in martylogio suo.

¶ De scis claudio asterio & nenone mr̄. CI.

CLaudius: asterius: & nenon apd̄ lyciaz i ciuitate egea mr̄ium passi sunt. Qui tēpore p̄secutōis ab infidelibꝰ tenti: cū xp̄m dn̄m cōfiterent: pⁿ acerba & diuersa supplicia cruci affixi sunt. In qua do sp̄m reddiderunt. x. cal. septēbris. Hec ado.

¶ De scō porphyrio martyre. CII.

POrphyrus martyr passus ē tēpore aureliani ip̄atoris: sub antiocho p̄side i urbe roma. Hic uir dei sanctū martyrē agapitū enutriuit: & ad martyriū sua doctrina animauit. De quo supra dictū ē. xv. calē. septēbris: propter quod ab ātiocho p̄side detentus: post multa sibi illata torméta emisit sp̄m. x. cal. septembris.

¶ De scō bartholomeo apostolo. CIII

BArtholomeus apostolus natione syrus & nepos fuit regis syrorum ex patre soluſq; ex oibus apostolis ſm carnē nobilitate decoratꝰ unde & propter ip̄m solum in cena dn̄i facta ē contentio inter discipulos: qs eoꝝ uideretur esse maior. Cū enī xp̄us apostolis dixisset: q̄ unus ex eis ip̄m traditurus eēt: apostoli suspicati sunt: q̄ pditor ille hoc facere uellet: quatenus regnū israel quē sperabant carnaliter xp̄z obtentuꝝ sibi usurpare cupet. Et cū nullus iter eos eēt: qui ad talē dignitatē aspirare putaret: nisi bartholomeus ꝓpter nobilitatē regiā. Ideo habuerūt eum de tali proditione suspectū: & questionem de maioritate fecerūt. Hec damascenus: unde in quibusdā ecclesiis euāgelium i hoc festo de dicta contentiōe inter discipulos facta legit. ¶ Legitur aūt i quadā hist̄oria licet apocripha: q̄ dū pueniſſet ad bartholomeum regis syrie filio carentis nepotem adhuc iuuenē: de doctrina & miraculis xp̄i: apud iudeā predicantis: misit ad eum nunciū q̄ libenter eius discipulū se faceret: si iesus gratiam unā illi concederet. Audierat enim q̄ discipuli eius paupes in abiecto habitu incedebant. Si ergo ꝓpter honorē regie dignitatis sibi concederet: ut purpura idutus uteretur ip̄m perpetuo sequeret. Cui xp̄us optata libere ꝓcessit: dixit tñ nuncio ut ex parte sua diceret bartholomeo: q̄ qui materialē chlamydem deponere recusaret: adhuc pro eius amore naturalē uestem: hoc est corpis cutē dimitteret. Et sic xp̄us bartholomeum in apostolū suū recepit: & ille semp purpure usum retinuit. Cum ergo post passionem dn̄i apostoli per diuersas mūdi ptes ad predicandum diuisi eēnt. Bartholomeus primo in lycaonia predicauit: deinde ad indiā inferiorē accessit. Et ingressus tēplum in quo erat idolum astaroth: quasi ꝑegrinus ibi manere cepit. In hoc idolo quidā demon habitabat: q̄ se languētes curare dicebat: sed non subueniebat sanando: sed homines primo lendo: deinde a lesione cessando. ¶ Veꝝ cū templū languentibꝰ plenū eēt: & nullus ab idolo rn̄sum habere possent: prexerunt ad aliam ciuitatem: ubi aliud idol ū nomine berith colebatur. Et interrogātibꝰ cur sibi deꝰ suus astaroth rn̄sum nō daret. Berith rn̄dit: q̄ deus eoꝝ catenis igneis ꝓstrictus esset: ut nec respirare nec loqui posset: ex illa hora qua apostolꝰ dei bartholomeus illuc ingressus fuisset. Illis uero querentibus quis esset iste bartholomeus. Rn̄dit q̄ erat amicus dei omnipotētis: & ideo illuc uenerat ut oēs deos indie euacuaret. Dixit q̄ eis berith oia signa eius: q̄ uidelicet capillos nigros & crispos habebat: oculos grandes: nares equales barbam ꝑlixā paucis canis respersam: staturam mediocrē. Colobio albo & pallio purpureo induebaſ anni. xxv. erant ex quo uestes eius & sandalia: nec ueterauerāt nec sordidauerant. Centies in die & totidem in nocte genu flectebat. Angeli dei cum eo semp ambulabant: non permittentes eum fatigari nec esurire. Omnia preuidebat: omnia nouerat: omnium gentium linguas sciebat. Et q̄ secum loqueref ipse iaz nouerat: & si uellet se eis oñderet: sinautē ip̄m nūq̄ inuenire posset. Rogauit q̄ eos: ut cū ip̄m inuenirēt: eū exorarēt: ne illuc accederet: ne angeli domini sibi facerent: pro ut college suo astaroth fecerant ipsum catenis igneis religātes. ¶ Reuertentes autem illi per duos dies omnium peregrinorum uultus & habitus solicite q̄sierunt: & ipsum minime inuenerunt. ¶ Tertio uero die quidam pseustius qui per plures ānos a demonio fuerat uexatus: cepit clamare ad ap̄lm dei bartholomeū: q̄ ip̄m eiꝰ orationes incēdebant. Quē confestim apostolꝰ sileſ fecit: & a demonio pseustiū liberauit.

¶Hec audiens rex regionis illius noie polemius: cū haberet filiam lunaticā: misit ad apostolū rogans: ut ad filiaꝫ suā liberandam accederet: ad quā cū ille uenisset: & catenis uinctā uidisset: quia accedentes morsibus lacerabat: iussit eam exolui: dicens ꝙ iā demoniū: qđ in ea erat: ligatū tenebat: & statim soluta & liberata est. Tunc rex camelos auro & argento ac gēmis onerauit: & apostolum inqri faciens: nullatenꝰ inuenire potuit. Mane aūt sequenti apostolus cū solo rege i cubiculo ianuis clausis affuit: eiq; dixit: ꝙ munera ista tēporalia nō querebat: sed aiaꝝ salutē desiderabat: & incipiens apostolꝰ predicauit illi xp̄m: addens ꝙ si baptizari uellet: deū suum catenis igneis ligatum ostēderet. Sequēti igiť die iuxta regis mandatū: dū pontifices idolo sacrificarent: cepit clamare demon: ut desisterent: ne deterius eis q̄ sibi cōtingeret: q catenis igneis ligatus tenebať ab angelis ihesu xp̄i iussu apostoli eiꝰ bartholomei. Tūc iussu apostoli demon ꝓfiteri cepit: qualiter ad animaꝝ pditionē populū ludificabat: & quia eis illudens non subueniebat sanando: sed a lesione cessando: ut sic ip̄m ut deū adorarent: & ueꝝ deum celi negarent: Statiq; oēs iussu regis miserunt funes & trocleas: ut simulacꝛ euerterent: & non potuerunt. Apostolꝰ aūt demōi p̄cepit: ut inde exiens idolū ip̄m ꝓminueret: q statim exiēs oia idola cōminuit: ita ut etiā picturā oēm diluisset: Apostolꝰ uero templum deo dicauit: & demonē in desertū abire p̄cepit. Et ecce āgelus dñi appuit: & templū circūuolans in qtuor angulis signum crucis digito suo sculpsit: admonens populū: ut idē signū frōtibꝰ suis iprimerent: & demonē nō timerent. Tūc ostendit eis ethiopē nigerrimū: facie acuta: barba ꝓlixa: crinibꝰ usq; ad pedes ptēsis: oculis igneis scintillas emittētibꝰ flāmas sulphuris ex ore spirātē ac naribꝰ: catenis quoq; igneis retro uinctū manibꝰ: dicēs populo ꝙ ille deꝰ eoꝝ eēt: quē hactenus coluissent: Quē exoluēs in desertū locū iussit abire: & ibidē usq; ad diem iudicii cōmanere. Ille āt solutus cū magno strepitu & ululatu discessit. Angelꝰ aūt dñi cūctis uidentibꝰ ad celos euolauit. Tunc rex cū uxore & filiis & oi populo baptizať: & relicto regno apostoli discipulus efficiť. ¶Hoc uidentes tēploꝝ pontifices ꝓgregati ad regē astyagem frēm eius maiorē ꝙuenerunt: ꝙquerētes de deoꝝ suoꝝ amissione: & regis p̄ artē magicā deceptiōe. Astyages igiť rex indignatus misit mille uiros armatos ad apostolū capiēdū: quē corā se adductū interrogauit: cur frēm suū puertisset. Apostolꝰ uero se illū nō puertisse sed cōuertisse rñdit. Et cū rex eidē ꝓminareť: ꝙ faceret eū deū suum relinquere: & deos suos adorare. Ecce subito regi nunciať: ꝙ deꝰ suꝰ balach cecidisset: & cōminutus fuisset: quod rex audiens purpurā: qua indutꝰ erat: scidit: & apostolū fustibus cedi iussit: deinde i cruce ip̄m extensū uiuū excoriari mādauit: qui excoriatus est. 9. calē. septembr̄. Cūq; pelle nudatus adhuc uiuꝰ pmāsisset: & excoriatus dñm p̄dicaret: & multos tantū cernentes miraculū cōuertisset: iussu regis decollatus est die sequenti uidelicet. 8. calē. p̄dicti mensis. ¶Propter hoc quidā eiꝰ festū celebrant die p̄cedenti: agentes memoriā martyrii excoriationis: qdā die sequēti agentes memoriā decollatiōis. Venientes aūt innumerabiles populi. i2. ciuitatū: que p̄ eū crediderant: una cū rege polemio: corpus eiꝰ cū gloria sepelierunt: & ecclesiā mire magnitudinis in eiꝰ noie ꝓstruxerunt. Die uero. 30. eius passiōis rex astyages cū pontificibꝰ a demonio uexati uenientes ad tumulū eius & apostolatum eius ꝓfitētes mortui sunt. ¶Cum aūt ꝓpter signoꝝ multitudinē pagani uiderent corpꝰ eiꝰ populi frequentia uisitari: indignati ip̄m extumularunt: & loculo plumbeo impositū in mare iactauerunt. Quod diuino nutu undis supnatās ad insulā liparis delatū: ibiq; a fidelibꝰ collectū digna ueneratione ꝓditū ē: ubi multo tēpore quieuit. ¶Anno autē dñi 331. saraceni siciliā inuadentes liparitanā insulam uastauerunt: ac eius sepulchꝝ cōfringentes: ossa apostoli dispserūt. Illis ergo recedentibus apparuit apostolꝰ cuidam monacho: mādans ut ossa sua: que dispersa fuerāt colligere curaret. Et cum monachꝰ interrogasset: quō inter tot aliosꝝ ossa eiꝰ cognoscere posset: ait ut nocte ad ea colligenda iret: & ea que ut ignem splendidissima uideret: ꝙ tinus leuaret. Que oia: ut dixerat: monachꝰ inueniens: ossa leuauit: & nauem cōscendens beneuentum: que metropolis est apulie trāstulit. Que inde ꝓcessu temporis rome dicūtur fuisse translata.

¶De scō polemio epō. CIIII

POlemius ep̄s discipulus fuit bti bartholomei apostoli: q rex fuerat in india inferiori: cuius filiaꝫ lunaticam idem apostolus a demonis obsessione liberauit: & ipsum regem cum omni familia & regno ad christum conuertit. Qui relicto regno discipulus christi effectus est: & post passionem apostoli ab omni clero & populo in episcopum ordinatur: qui in christi nomie & apostoli bartholomei etiam miraculoruꝫ signa faciebat. Fuit quoq; in episcopatu annis. 20. Et perfectione multa fidem xp̄i in ipsis partibus auxit: ac laudabiliter uiuens plenꝰ uirtutibus ad deū migrauit: sepultus ad pedes eius magistri.

¶ De sanctis trecentis martyribus qui dicũ tur massa candida. CV.

MArtyres sci qui dicũtur massa cã dida fuerunt trecenti mres apud carthaginẽ pro xp̃o passi tpe ua leriani & galieni imperatoꝝ. Fer tur eni inter alia supplicia: tunc a preside clibanũ calcis accensum: & in ore eius prunas cũ thure exhibitas: & presidem scis dedisse optionẽ alterius ex duobus: aut thura super ip̃os carbones offerre ioui: aut i calcẽ demergi. Tunc trecẽti uiri fide armati ictu rapidissimo: xp̃m dei filiũ fatentes se i ignẽ iniecerunt: & inter uapores calcis pulueree ignitos demersi extincti sunt. Ex quo etiã ille candidat⁹ beatoꝝ exercit⁹: massa cã dida meruit appellari: massa ꝓpter numeꝝ: candida propter meritu3. Qui passi sunt. 9. cal. septẽbris. Hec ado ex hieronymi martyrologio. Fuerunt & alii inumerabiles martyres qui similiter appellant massa cãdida: de qb⁹ ifra suo loco: uidelic3. 3. noñ nouẽbris.

¶ De sanctis gregorio theodoro & leone cõ fessoribus. CVI.

GRegorius: theodorus: & leo confessores tpre constãtii impatoris apud insulã samum claruerunt. Qui ex ptibus oriẽtalibus orti: quo ad seculũ milites impiales: corde uero deo militãtes pro fide xp̃i martyrium desiderabãt pati. Gregorius eni senex ueneranda canitie & sapiẽtia decorat⁹. Theodoꝝ fere. 30. annoꝝ: & leonẽ adolescẽtẽ edocebat: ueꝝ dum heresi arrianoꝝ sub cõstantio uigente edictũ eẽt: ut oẽs per uniuersum orbẽ eiusdẽ secte fierent: ipsiq; sci milites catholici: quib⁹ erat cor unũ & aia una i domino: cũ aliis suis ꝓmilitonib⁹ apud siciliã degerent: multis circũquaq; dispersis fidelib⁹ ob persecutionẽ: ipi sci cephaloniã deuenerunt. Et decreto habito ab aliis discedere: soliq; xp̃o militare: ad samũ insulã ibi iuxta positam abierũt: ubi rubetũ dẽsissimũ inuenientes: idem sci locũ solitarium elegerunt: Sed pro tunc a ꝓmilitonib⁹ discedere nõ ualentes: una cũ eis ad italiã nauigarũt. Indeq; discedentes occulte: reuersi samũ itrauerũt rubetũ ptemq; tẽpli uetustate dirupti ibidẽ repertã habitare ceperũt: pnie operib⁹ ac cõtemplationi uacantes: ubi post tẽp⁹ aliquod oratione facta: oẽs eodẽ die feliciter obdormierũt: uidelicet. 9. cal. septẽbris. ¶ Michael uero ipsius isule nobilis & ditissimus elephãtia lepra laborãs: dum a medicis liberari non posset: ad dei auxiliũ oratione ꝓfugit Cui p uisum appuerunt tres uiri i specie angelica eidẽ mandantes: ut corpora eoꝝ que dudum ihumata iacuerant: & a porcis stercorizabant tumulare deberet: & sic sanitatẽ pciperet. Qui euigilãs & noia scõꝝ & locu3 ignorãs: mane bubulcũ reppit: qui eidẽ michaeli rettulit: q; dũ iuxta rupẽ quãdã porcos pasceret & unũ ex grege fugiẽte3 ilequeretur: mirã fragrãtiã sensit: Inq. essusq; rubetũ tria corpora scõꝝ ihumata & omino icorrupta uidit: a quib⁹ odor ille maxim⁹ exhalabat. Ille uero ipa eẽ scõꝝ corpora: qui sibi nocte appuerant intelligẽs: equum ascendens: bubulco duce locũ ꝓcitus adiit: & corpora fulgentia reppit que deosculãs mundatione recepit. In quo loco mõasterium de ꝓprio ꝓstruxit: & ipsa corpa honorifice cõdidit. Postq; iidẽ sci sibi appuerunt in habitu: uidelicet quo in mũdo fuerãt ꝓuersati: uita3 & noia sua ac diẽ obitus eidem per ordinem enarrantes. Que oia michael scripture mandauit. ¶ Processu uero tpis duo ex ip̃is corporibus a uenetis dicunt fuisse inde leuata: & uenetias ad mõasteriũ sci zacharie delata sci gregorii & theodori: ubi i eadem arcella post altare maius requiescunt: una cum corpore sci zacharie ꝓphete patris ioãnis baptiste. ¶ Leonis aũt corpus apud samũ adhuc habet.

¶ De scõ sidonio ep̃o. CVII.

SIdoni⁹ apollinaris ep̃s aruernẽ floruit tẽpore childeberti regis. Hic ex p̃fecto antistes: uir ꝑm seculi dignitatẽ nõ infimus litterarum sapiẽtia ac disciplina pitissimus fuit: q; multa opuscula putilia digessit. Epistolaꝝ eni grande uolumẽ ad diuersos: scrabro sed erudito ꝑmone ꝓdidit. Itẽ panegyrica metra antonio augusto: & maioriano augusto: & adiuto ipatori socero suo. Scripsit & cãꝝ libꝝ. i. Itẽ libꝝ excusatoriũ ad iarum claꝝ felicẽ. Epithalamium ruricio & hibernie. Epigrãma ad uiꝝ clarũ carolinum. Epigrãma ad ipatorẽ maiorianum. Epithalamiũ polemio & araneole. Eucharistion ad faustum ep̃m. Epigrammata. v. ad diuersos. Propetion ad libꝝ suum. Librũ pontii leontii. Laudem narbonen̄ urbis ꝓciuium. Qui & primi iustini tẽpore debitum soluit humanum: in xp̃o qescẽs. 9. cal. septẽbris.

¶ De scõ tito discipulo. CVIII.

TItus discipulus beati pauli apostoli fuit: cui ide3 apostolus specialẽ epistolam dirigit. Huiusq; uitam scripsit zenas legis pitus: cuius idẽ apostolus eadem epistola. 3. ca. mẽtionẽ facit. Qui a minoe rege crete generis duxit originẽ in eadẽ insula nobilibus pentibus ortus. Desiderãs aũtẽ homeri & aliorꝝ philosophoꝝ poemata: uacãs circa illa: cum eẽt annoꝝ. 20. audiuit de celo sibi uocẽ illapsam: q; oportebat eum inde recedere: & aiam suam saluare. Post hec nouẽ

ãnis elapſis: iuſſũ ẽ ſibi: q̃ libꝝ iſaie legeret ubi dicit. Renouamini a me iſule multe: iſrael ſeruabitur a dño eterna ſalute. Miſſus eſt itaq̃ ab auũculo ſuo p̃ſule crete hieroſolymã: audire & uidere de miraculis ieſu xp̃i. Qui abiens uidit paſſionem xp̃i reſurrectionem: atq̃ aſcenſionẽ: & ſp̃ũſci aduentum in apoſtolos. Sicq̃ pfectam certitudinẽ de xp̃o aſſumens credidit: & annumerat⁹ eſt cũ .12. diſcipulis: in quos ſp̃ũſcũs corporaliter deſcẽdit. ¶ Poſtq̃ aũt ab apoſtolis eps̃ p̃ſecratus eſt: miſſus eſt cũ paulo ad gentes predicandas. Qui nauigãtes ad cretã inſulã xp̃m p̃dicabant: quos rutili⁹ titi cognatus deridebat. Interea uero rutilii fili⁹ moritᷣ: & a paulo ſuſcitatur. Sicq̃ rutilius credens cũ oi domo ſua baptizatur. Paulus uero titũ creteñ ep̃m ordinauit: ip̃mq̃ crete dimittens abiit: Poſt duos aũt annos titus ad paulũ romam acceſſit: cũ quo & fuit uſq̃ ad interfectionẽ⁊ eius a nerone: corpuſq̃ ipſius una cum luca euãgeliſta ſepeliuit. ¶ Poſt hec titus ad cretam deuenit: ubi grarioſe de fide xp̃i diſputans: tãdem cũ increduli perſiſterent: orauit ad dñm: ſtatimq̃ idolum diane: quod colebant: cecidit: & in puluerem redactũ eſt: & mox crederunt aie quingente in xp̃o: & baptizati ſunt. Conſecrauit aũt titus p̃ſbyteros & diacones: ipſe uero metropoli preſidebat Cum die quadã tranſiret ante palatium: qd ſecundus procõſul iuſſu impatoris in iouis nomine p̃ſtruebat: maledixit illud: & ſtatim opus funditus diſſipatum eſt. Tunc ſecund⁹ uenit ad titum cum lachrymis rogans ſe indemnem ab opere cõſeruari: cui titus impoſuit: ut opus in nomine unius dei chriſtianorum inciperet: & ſic opus perficere poſſet: quod & factum eſt. Completo uero opere ſecundus cũ filio ſuo baptizat⁹ eſt. ¶ Dum igit̃ btũs tit⁹ morti appropiquaret: uidit angelos ad ſe miſſos: & reſplẽduit facies ei⁹ ſicut ſol: qui ſpiritũ ſuũ & plebem ſibi cõmiſſam domino cõmendans in pace quieuit etatis anno ſue. 94. octauo calen. ſeptembris: ſepultuſq̃ eſt in metropoli crete: ubi & quieſcit miraculis coruſcans.

¶ De ſcõ tito ep̃o. CIX

Titus epiſcopus poſtremenſis claruit ſub iuliani & iouiani imperatorum temporibus. Qui ſanctitate & uita conſpicuus: aduerſus manicheos fortiſſimos ſcripſit libros: & doctrina luculenta in populo ſuo claruit. Et ſub ualentis imperio in pace quieuit: ut tradit hieronymus libro de uiris illuſtribus:

¶ De ſancto geneſio martyre. CX

Geneſius martyr apud arelateñ urbẽ paſſus eſt ſub diocletiano impatore: qui ex eadem ciuitate oriũd⁹ artẽ mimoſtellã exercẽs xp̃ianos ptinaciter irridebat: & dum uellet diocletiano p̃ artis ſue pitiã placere: cepit ſcrutari xp̃ianoꝝ geſta curioſe: ut eadem poſtmodũ mimatice ſimulando ceſari in eadem ciuitate degenti ſolatium exhiberet. Cũq̃ baptizari uidiſſet infantes: & geſta xp̃ianoꝝ que in ſacramento fiunt mẽti cõmendaſſet: cũ impatore ad theatꝝ perrexit: ut baptiſma ludibrio ſimulans aſtantes prouocaret ad riſum. Conuocatis ergo aliis mimis & ioculatoribus impatore ſpectante: lecto ſe deferri faciens & egrotũ fingens: dixit ad ſuos: ut qa grauem ſe ſentiret: leuem fieri uolebat. Reſponderũt: q̃ ip̃m leuẽ facere nequibant: quia nec ipſi fabri: nec ipſe ferreus erat: exhibuerunt his dictis populo gentilũ riſum. Geneſius aũt irridendo dicebat: quia xp̃ianus mori deſiderabat: ut i illa die uel fugitiuus inueniret. Ad hec uerba & diocletianus riſum continere non potuit. Cui ut arte ſua iocãdo magis placeret: exorciſtã & preſbyteꝝ intrare faciunt: & eos iuxta lectũ geneſii ſiſtunt: & ipſis iterrogantib⁹ ad qd eos uocaſſet: ipſe iã diuinitus tact⁹ nõ ſimulate ſed ex puro corde rñdit: q̃ baptiſmum petebat. Impator uero ac populi eũ adhuc ſimulare credentes accurrunt aquam exhibẽtes: ita ut impator ei munera p̃beret: & cum baptizatus eẽt: & albis indutus: duꝫ in lectulo p̃ſederet: & ſacerdos cum exorciſta abiſſet: ueniunt ad eũ quaſi ab impatore miſſi: q eũ tenerent: & quaſi ad fictã paſſionẽ adducerent. Tunc in albis ueſtib⁹ ad impatorem accedens ad locũ: ubi ſtatua ueneris erat aſcẽdit: & coram omnib⁹ xp̃m p̃ſitens cõcionari cepit: aſſerens ſe xp̃ianos ſemper exoſos habuiſſe: & eoꝝ fidem deriſiſſe: baptiſmũ autẽ xp̃ianoruꝫ deluſorie requiſiſſe: ſed ubi aqua ipſum nudum tetigerat: uidit angelum dei ſplendidũ iuxta ſe ſtãtem: & omnia peccata ſua que ab infantia fecerat recitantem: ipſaq̃ omnia ſibi dimiſſa in ipſius aque lotione p̃mittẽtem. Aſſerens ſe uere & nõ ficte in xp̃m credere: & pro ipſo mori paratum eſſe. Cuꝫ autem diocletianus hec audiens a principio quidem ipſum fingere credens: ſed poſtmodum ipſius animi ueritatẽ cõperiens idignatus acriter: geneſium fuſtibus grauiſſime cedi fecit: deinde in carcerem trudi. Altera uero die tradidit euꝫ plutiano prefecto: ut aut eum ſacrificare compelleret: aut diuerſis penis interimeret: qui geneſium ſacrificare nolentem iuſſit in equuleo leuari: & lampades ad latera ei⁹ applicari. Ipſe uero chriſtum conſtantius inuocabat. Que cum prefectus

diocletiano rettuliſſet. Iuſſit eũ capite cedi. Qui decollat⁹ ẽ & i ciuitate arelateñ. ſepultus. viii. cal. ſeptembris.

¶ De ſanctis euſebio uicentio & ſociis martyribus. CXI.

EVſebius: uicentius: peregrinus: & romanus mr̃es rome paſſi ſũt tẽpore ꝓmodi ip̃atoris ſub uitellio urbis p̃fecto. Cũ eni prefatus iperator die natalis ſui indutus pelle leonis cum oĩ populo romano herculi ſacrificaret & ſci mr̃es i uico cãnario ꝓmorãtes: hec audientes abhorrerẽt: oiaq; ſua pauperibus erogaſſent: corpuſq; iulii ſenatoris & mr̃is ſepeliſſent: de quo ſupra dictũ eſt in eius paſſiõe. i4. cal. ſeptẽbris a uitellio p̃fecto tenti ſunt: & ad ſacrificia deoꝝ inuitati. Qui dum xp̃m ꝓfiterent̃: & deos gentiũ execrarent̃: prio quidẽ in equuleo appenſi: & neruis ac fuſtib⁹ duriſſime ceſi ſunt. Et cum i his tormentis i xp̃o exultarẽt: flãmas ad latera eoꝝ prefectus iuſſit apponi. Et tũc aſtiterunt angeli eoꝝ uulnera tergentes. Quod cernẽs antonius carnifex ꝙuerſus ẽ: ut ſupra in eius paſſiõe dictũ ẽ. xi. cal. ſeptẽbris. Dei de ſci in teterrimo carcere recluſi: egrotos ad ſe ueniẽtes curabãt: & multos ꝙuertebãt. Poſt triduũ uero appuit eis ſcũs iulius mr̃: eoſq; admonuit: ut cuſtodẽ carceris ſaluare deberent: eoſq; in dño ꝓfortauit. Ad quos ac cedẽs ſacerdos capitolii lupul⁹ quadriẽnio cecus ab eiſdẽ ꝙuerſus: & a rufino preſbytero baptizat⁹ lumem oculoꝝ ꝓcepit. Quod uidẽs cuſtos carceris: & ip̃e ſimiliter ad xp̃m ꝙuerſus ẽ. Poſt dies. 4. educti de carcere uitellio p̃ntant̃. Qui euſebio linguã p̃cidi fecit ne xp̃m amplius noiaret. Et cũ nihilominus loquerẽt̃: iuſſit eos oẽs tam diu fuſtib⁹ cedi: donec ſpiritum emiſerunt. Quoꝝ corpora a chriſtianis ſepulta ſunt. viii. calẽdas ſeptẽbris.

¶ De ſcõ dionyſio martyre. CXII.

DIonyſius mr̃ rome paſſus ẽ tẽpore diocletiani auguſti. Qui prio fuſtib⁹ crudeliſſime ceſus ẽ: deinde in equuleo ſuſpẽſus & uirgulaꝝ diutiſſime laceratiõe uexat⁹ lampadib⁹ etiã iflãmatus: dũ in fide xp̃i perſiſteret: dicẽs nõ eſſe regẽ p̃ter xp̃m pro quo ſi milies occideret̃: ip̃s ſibi de ore auferre ñ poſſent: martyrii coróam capitis obtruncatione promeruit. Paſſus eſt autem. 8. calen. ſeptembris: ut dicit ado.

¶ De ſcõ ſeuero abbate. CXIII.

SEuerus abbas apud ciuitatẽ agathen̄ claruit: qui ex regali ſyroꝝ genere ort⁹: adhuc iuuenis pentibus defunctis: cũ diuitiis abũdaret: poſt philoſophie ſtudiũ magnos theſauros aſſumpſit: & cũ ſuis ſuis nauem aſcẽdẽs in ſeptimaniã regionẽ deuenit: ubi a ſcõ berico ep̃o agathen̄ edoct⁹: oĩb⁹ p xp̃o erogatis: ſeruiſq; mãumiſſis i fauce aurarica que ab urbe agathenſe duob⁹ fere milibus diſtat littus naufragũ petiit: & ſibi tuguriũ ex arũdinib⁹ faciẽs artiſſime uite ſe dedit. Quẽ cũ ſerui quõdã ſui requiſiſſent: eũ i uentũ a ſcõ propoſito diſtrahere ſatagebãt: ſed nullatenus preualebãt. Ip̃e aũt dieb⁹ dominicis ſingulis p⁹ pceptã euchariſtiã: panẽ unicũ ſumẽs: ſic hebdomada itegra ſine cibo alio pdurabat. Cui ſcũs beric⁹ panẽ cũ cruce ipreſſa ſingulis diebus dñicis deſtinabat. Sed cũ a multis uiſitarẽt̃: eccleſia ei p̃ſtruitur: & cenobiũ ampliat̃: in quo ad ſe ueniẽtes hoſpitabat̃. Factũq; ẽ ut inuitus p⁹ breue tp̃s. 360. pater fieret monachoꝝ. Qui etiã humanitatẽ ſuã auiculis oſtendebat. Nã & paſſerẽ ad ſe ſolitũ aduolare: & eius dextere inſidere: dũ auceps qdã i tibia leſiſſet: ad ſe ueniẽtẽ ſigno crucis ſanauit & abire pmiſit.

¶ Cuidã ſenatori ciuitatis agathen̄ ſeni ſaluſtio noie: ſepulchrũ ſibi fabricanti predixit: nõ ipſi ſed filio eius dictũ tumulũ p̃pari: & ut predixerat euenit. Iuuene illo poſt modicos dies defũcto: & i paterno tumulo ſepulto. ¶ In mõaſterio quoq; ſuo dũ panes deficiſſent: ſolos tres panes iuẽtos in aqua p fruſta ꝓciſos: adeo mr̃tiplicauit: q; ex eis triduo 360. ſuos fratres refecit: die uero q̃rta. 300. tritici modios ſibi apportãdos eẽ p̃nũciauit Et ſic deo largiẽte euenit. Sicq; p⁹ mr̃ta oſtẽſa miracula cõfectus ſenio i pace q̃uit. viii. cal. ſeptẽbris i baſilica ſci marci ſepultus.

¶ De ſcõ zepherino papa & mr̃e. CXIIII.

EPherinus papa & mr̃ natiõe romanus ex patre abũdio prio põtifici romãno uictori in ep̃atu ſucceſſit: & ſedit annos. 9. mẽſes. 7. dies. x. Hic ꝓſtituit i p̃ntia oĩum clericoꝝ & laicoꝝ fideliũ: ut oẽs xp̃iani. xii. annoꝝ euchariſtiã i die ſcõ paſche accipe deberẽt. Et fecit ſtatutũ in eccleſia: ut oĩa uaſa altaris eẽnt uitrea uel ſtannea. Nã antea erãt lignea. Cõſtituit etiam ut patriarcha uel primas uel metropolitanus ꝓtra accuſatũ ep̃m nõ proferat ſniam niſi pri⁹ ſult⁹ auctoritate apoſtolica. Et ut ordiatiões p̃br̃oꝝ ac leuitaꝝ tpe ſtatuto & multis corã aſtãtib⁹ ſolẽniter fierẽt de approbatis & doctis uiris. Et hic p̃ſecutiõe ãtonini ip̃atoris mr̃io coronat̃. & ſepultus ẽ apud collegas ſuos i cemiterio calixti uia apia. vii. cal. ſeptem. ¶ Hic fecit ordinatiões. vii. p mẽſem decẽbriũ p̃ſbyteros. i4. diacones. 7. epos. i3. Et ceſſauit ep̃atus. dies. vi.

¶ De ſancto ludouico rege & confeſſore ter CXV
tii ordinis ſancti frãciſ.

LVdouicus qntus frācoꝝ rex sanctissimus: patrē habuit xpianissimū ludouicū q̄rtū: qui multum hereticos debellauit. Post cuius obitum sub matris tutela. s. dñe blanche quōdā filie regis castelle pie educatus in oi sanctitate ꝓfecit: qui etiā nunq̄ mortaliter peccasse in sua ultima ꝓfessione ꝓpertus est. Sub cura magistri & fratꝝ predicatoꝝ & minoꝝ sacris litteris fuit imbut⁹. Deinde uxorē ducens filium ex ea susceptū religiose nutriuit. Ipse uero utens cilicio clādestine opibus penitentie instudebat: pauperibus ducentis quotidie ante cibū ꝑsonaliter ministrabat. In mēsa quoq; semp tres pauperes iuxta se discumbētes habebat. ¶ Post hec ardore fidei assumpta cruce ad terrā sanctam acquirendā cum exercitu copioso transiuit. Et post multas occupationes terrarū: ipse: ut ꝓbaret eius patientia: ab infidelibus captus est. Sed modico postea redempt⁹ precio: qnq; annis continuis mansit in syria: castra plurima ꝓstruens: captiuos redimēs: & multos saracenoꝝ sua religione ad fidem cōuertēs. Audito uero matris obitu in franciā rediit: & dū reuerteret: maris tēpestatē sua oratione sedauit. Reuersus aūt ad domū suā in uirtutibus semp perficiēs: capellam egregiam in ꝓprio palatio edificauit: ubi & coronam dñi & crucis dñice partē atq; lanceā collocauit. ¶ Tandem post plurima annorū curricula cū fratrib⁹ suis copioso exercitu ꝓgregato itez mare transiuit. & thinissā applicans adiacentem regionē faciliter occupauit: ubi fixis tētoriis febre corripit: & pluribus diebus decumbens sacra sumpta cōfessione xp̄m iugiter inuocans sup stratū cinereū in modū crucis extensū post laudabilia uirtutum opa suū dñō spiritum traddit. 7. cal. septembris anno dñi. 1270. Corpus uero ei⁹ delatum in franciā apud sanctū dionysium pisien sepultū ē: mirabilib⁹ signis coruscās.

¶ De scis ireneo & abundio mrib⁹. CXVI

IReneus & abundi⁹ martyres passi sunt rome sub decio cesare & ualeriano prefecto. Cum eni ualerianus corp⁹ sancte concordie martyris ꝓ xp̄o passe in cloacaz iactari fecisset: & quidā miles noie porphyrius ireneo cloacario occulte xp̄iano illud indicasset: sperās in uestimentis scē gēmas uel aurū inuenire: ut supra dictuz est in passione hippolyti & socioꝝ idibus augusti: Ireneus p̄dict⁹ effosso loco una cū porphyrio corp⁹ cōcordie de cloaca leuauit: sed in uestimētis eius nihil iuenit: unde porphyrius aufugit. Irene⁹ uero xp̄ianū quendā nomie abundiū secū uocauit: qui corp⁹ martyris ad p̄sbr̄m iustinū tuleruut: & ip̄m una secū sepulture tradiderunt. Hoc audiēs ualerianus ireneū & abundiū teneri fecit: deinde post dies. 12. iussit: ut ambo uiui in ipsa cloaca necarentur: qui necati sunt. 7. calē. septembris: quorum corpora iustin⁹ p̄sbyter ide leuauit: & iuxta corpora sanctorum laurētii & ceterorum in crypta in agro uerano sepeliuit.

¶ De sancto secundo mr̄e. CXVII

SEcundus martyr apud castꝝ uigintimiliū italie tēpore maximiani impatoris passus est: q uir spectabilis & dux ex sacra thebeoꝝ legione ante beatū mauritiū & ceteros pro ꝓfessiōe nomis xp̄i post uincula & carceres martyriū capitis absciſione cōpleuit. 7. calē. septembris: ut ait ado.

¶ De scō alexandro martyre. CXVIII

ALexāder martyr apud bergomū italie ciuitatē passus est sub maximiano impatore. Qui cum eēt miles eiusdez cesaris: & a legiōe sanctoꝝ thebeorū fidem ꝓcepisset. Cum impator uenisset mediolanum: & posita idoloꝝ mensa ip̄m sacrificare cōpelleret. Alexander mensam calce percussit: & euertit. Quē impator uni ex militibus decapitandū tradidit. Cūq; ille diuino terrore p culsus: ip̄m ferire nō auderet: traditur aliis militibus occidendus. Alexander uero diuina ꝓmissione manus eoꝝ aufugiens bergomum uenit: ubi christum annuncians aliquos ꝓuertit. Ad quem tandem milites uenientes ip̄m detentum & sacrificare nolentem: gladio percusserunt. 7. calē. septembris: cuius corp⁹ a grata matrona in p̄dio suo iuxta murꝝ ciuitatis bergomensis sepultum est.

¶ De sancto ruſo martyre. CXIX

PVsus martyr apud capuā passus est. Hic patricie dignitatis insignis: cum eēt ex ꝓsule dux rauēne: beatus apollinaris eps & mr̄ filiam eius a mortuis suscitauit: ip̄mq; in fide docuit: & baptizauit una cum filia eius & uxore ac familia ꝓmiscui sexus numero. 334. ut supra actū est in passiōe apollinaris. 10. calē. augusti. Vnde & deiceps rufus sancto apollinari occulte ministrabat Filiaq; ei⁹ uirgo sacra ꝓmansit. Quod nero cesar audiens: ip̄m a ducatu absoluit: & eidē successorem delegauit. Dum autez rufus uenisset capuam tētus a uicario prefecti pictorio messalino: nolensq; sacrificare decollat⁹ est sexto calendas septembris.

¶ De sancto pelagio martrye. CXX

PElagius martyr passus est in ciuitate emonia ꝓuincie acarnānie tēpore numeriani imperatoris: cui⁹ pater peloſius & mater claria nobiles ac ditissimi christiāi

ipm puerulum in fide xpi docuerunt:& cuz esset annoz.7.uranio presbytero tradiderũt sacris litteris imbuẽdũ. Et cum esset annoz xii.pater eius migrauit ad dñm:oẽsq; facultates suas filio suo ad ministeriũ pauperum dereliquit.Cũ uero annos.xviii.impleuisset mater eius similiter ex hac luce subtracta ẽ. Qui continuo omnem eius familiã manumisit:& una cũ uranio presbytero oẽs facultates suas paupibus & ecclesiis distribuit:uerum cũ esset annoz.xxv. facta ẽ persecutio xpianoz sub numerião augusto. Qui & eui lasium presidẽ ad dictã prouiciã destinauit: ut oẽs xpianos ad sacrificia deoz compelleret.Cũ aũt multi xpianoz metu tormentoz imolarent. Pelagius oratiõe ad dñm effusa: uoce sibi de celo lapsa ad martyrium aiatus est.Et sequenti die se sponte presidi pntauit & xpianissimũ asseruit.Qui missis catenis in collo & manibus ei⁹ in obscurissimo carcere eum recluſit:ubi lux celica ei diuinit⁹ effulsit. Altera die corã preside statuit: & sacrificare ptemnẽs uirgis diuti⁹ flagellatur. Deinde fustibus cedi iubetur: sed dei nutu fustes quasi papyrei mollierunt.Quod cernens preses iussit eũ in equuleo suspendi: & ungulis radi. Deinde ipm deponi:& oleum ferues uentri ipsius pfundi.Et cũ manus carnificum oleo succẽderent: scus martyr ipm calens oleum:ac si aquã frigidam sentiebat: quo uiso miraculo multi paganoz i dño crediderunt. Post hec itez cum diis immolare nollet:mandauit iudex fragmẽta testaz per pauimenta uiaz effundi: & ligatis manibus ac pedib⁹ eum ptrahi:ut sic spm exhalaret. Et cũ in his oib⁹ pstans pfisteret. Iussit eum preses capitalem subire sniam. Qui ductus extra muros urbis capite cesus ẽ.Cuius corpus colligens uranius presbyter ipsum ibidez sepeliuit.Passus ẽ aũt.vi.cal.septẽbris.

¶De scõ pelagio papa primo. CXXI.

PElagius papa hũius nois primus natione romanus: ex patre ioãne uigilio pape i epatu romano successit:& sedit annos.4. mẽses.x. dies.19. Hic cõstituit ut heretici & schismatici epi p seculares potestates conprimerent ac punirentur:ualde nãq; catholice fidei extitit defensator & pugil. Qui ob inuidiam a quibusdã emulantibus sibi clericis de morte uigilii decessoris eius culpat⁹ est:sed corã populo tangendo crucẽ & euangelium se purgauit. Multe nãq; scitatis uir fuit:ac i põtificatu laudabiliter se gerẽs plenus bonis opibus in pace quieuit.vi.calen. septẽbris.Et in ecclesia sci petri sepultus ẽ. Cuius tẽpore ossa ptomartyris stephani romã sunt delata:& i eadem tũba cum corpore sci laurentii collocata. Et cessauit epatus eo defuncto mẽses.4.dies.xxv.

¶De scõ pelagio papa ii⁹. CXXII.

PElagius papa huius nomis ii⁹ natione romanus ex patre uirgildo.Benedicto prio pape i pontificatu romano succeſſit:& sedit annos.x.mẽses.vi.& dies.xxv. Hic absq; iussione principis ordinatus est: eo q; longobardi romã obsiderẽt:nec posset quisq; a roma discedere.Hic.9.prefationes tradidit ecclesie ante canonẽ decantandas: uidelicet natalis epiphanie.xl.crucis:resurrectionis:ascensionis:pẽtecostes:trinitatis:& apostoloz:prefatio aũt de beata uirgie postmodum a gregorio papa addita ẽ.Hic uir scissimus:& circa paupum necessitates itẽtissim⁹ fuit. ¶Eo aũt tẽpore tãte pluuiaz iundationes fuerunt: q; omnes eẽ diluuiũ dubitarẽt: talisq; clades fuit:qualẽ a seculo nullus meminit audiuisse. Cũ uero tyberis ex tantarũ pluuiaz abundantia in tantũ iundauit:ut super muros urbem igrediẽs magnam ptez regionis occuparet:secum trahẽs innumeram multitudinẽ ꝓpentum:& draconẽ ingentissimum:que bestie putrefacte post diluuium: ex aeris corruptione maximã mortalitatem hominũ induxerunt.De qua dictũ ẽ supra in gestis gregorii pape.4.id⁹ martii.Ita q; multe domus uacue remãserũt in urbe.Hec aũt clades primũ a pelagio papa incepit: ipmq; subito de medio substulit: deide ad populũ urbis descẽdit.Pelagius itaq; defunct⁹ in ecclesia sci petri sepultus est. In cuius locum beatus gregori⁹ papa & doctor ab omni populo electus est.

¶De sanctis georgio:aurelio & sociis martyribus. CXXIII.

GEorgius diaconus:aurelius:felix natalia:& liliosa apud cordubaz hispanie ciuitatẽ passi sunt.Quorum primus mire abstinẽtie monachus ab hierlis cordubaz ueniens:cũ reliquis ex eadẽ urbe claro germine ortis:diu optatũ sibiq; a dño pmonstratum meruit ꝓsequi mrium. Qui passi sũt.vi.cal. septẽbris.Hec ado in martylogio.

¶De scõ anastasio martyre. CXXIIII.

ANastasius mr passus est in salone dalmatie ciuitate sub psecutione diocletiani iperatoris.Hic ex aqleia ortus ciuitate:cũ artez fullonis exerceret:qcquid ex ipa ꝓseq poterat:preter parcum quotidianũ uictum pauperibus erogabat. Tandẽ amore animatus mrii ad salonitaz ciuitatẽ deuenit.Et cũ in hospitio in quo mansurus erat signũ crucis in locis pluribus depinxisset:& ob hoc a gentilibus comprehẽsus & iudici presentatus est. Qui cũ sanctum cogitasset diuersis

laniare ſupplicijs: ab impatore ſubita iuſſione ꝓpulſus eſt ad ipſam in qua auguſt⁹ degebat ꝓcitus ire ciuitatē. Ob hanc cām expeditam in xp̄i martyrem ſniam ꝓtulit: ut ſuſpenſo ad collum ei⁹ ingenti lapide in mari ꝑcipitio dareť. Matrona uero quedā xp̄iana noie aſclepia corpus martyris hére cupiens ſeruis ſuis libertatē & munera ꝓmiſit. ſi corpus ſci martyris inuenirent. Qui dieb⁹ pluribus per littora diſcurrentes tandē aphros quoſdā iuenerunt: q corp⁹ ipm iam leuarāt: ut uero corpus territi dimitterēt: calumniā homicidii in illos fingebant: utpote qui haberent in manib⁹ corpus exanime. Ipſi tamē animoſi uiri ex aphrica orti caput martyris in patriam ſuā portauerunt: & eccleſiā in nomine ipſius fecerunt: in qua uirtutes fiūt mirabiles i malignis ſpiritib⁹ effugandis. Corpus uero ſine capite ſibi delatum a ſuis matrona illa deuotius excepit: quod donec ceſſaret ꝑſecutio in predio ſuo cellauit: deinde eccleſiam ꝓſtruxit: & corpus martyris in ſalomitano territorio collocauit. Paſſus ē aūt xp̄i martyr anaſtaſius. 6. calen. ſeptēbris.

¶ De ſcō ceſario ep̄o. CXXV

CEſarius ep̄s arelateń floruit tempore anaſtaſii impatoris ſecūdi: q ſcē & ꝓtinētiſſime uite uir beatus homelias plurias morales & utiles ad mōachos edidiſſe repit̄. Et poſt felicem eccleſie ſue gubernationem ſcitate & doctrina inſignis migrauit ad xp̄m 6. calen. ſeptembris.

¶ De ſcō daniele ꝓpheta. CXXVI

DAniel ꝓpheta cuius laus in pleriſq; diuine ſcripture libris & locis deſcribit̄: & .2. macha. 2. ca. inter patres ſcōs priſci temporis connumerat̄ de regione iudeoꝝ & ſemine regio natus eſt. Cū aūt nabuchodonoſor rex chaldeoꝝ hieruſalē prima obſidione cepiſſet. Ioachim regem iuda uinctu3 ſecū trahebat in babylone: & nobiles iudeorum cū eo: in itinere uero remiſit eū impoſito ei tributo: & obſides pueros de ſemine regio ſecum traxit. ſ. danielē: ananiā: miſaelē: & azariam: & alios plures: & abinde fuit daniel in babylone: donec regnū defecit. Ipm uero danielē & ſocios uti pulchriores & doctiores caſtrauit rex: ut ait ioſeph⁹: & tradidit eos ꝑpoſito eunuchoꝝ aphanaz: & fecit eos eruditi ꝓuincialib⁹ līs & lingua chaldeoꝝ: mutatis eoꝝ noibus: danielē enī uocauit balthaſar: ananiam ſidrach: azariam miſach: & miſaelē abdenago. His q̄ttuor ꝑpoſitus eunuchoꝝ ſpecialē ꝓcuratorē p̄fecit malaſar. Qui ꝓpoſuerūt nō ꝓtaminari cibis gētilium: & a prepoſito eoꝝ obtinuerunt. x. diebus leguminibus & aqua tētari: & cum ex hoc eos ꝓbans in nullo ceteris macriores uidiſſet: accipiebat cibaria & uina regia: & dabat eis legumina & aquam. Tranſactis uero tribus annis ſteterunt coram rege: ꝓut ipſe decreuerat: nec ſunt inuenti eis ſimiles in regno in oī ſapientia & diſciplina. Ex quibus pre ceteris daniel gratiam a deo obtinuit: uiſiones & ſomnia interpretandi. Hec omia ſupius acta ſunt in geſtis trium puerorū. 18. calen. ianuarii. ¶ Anno uero ſecundo regni nabuchodonoſor uidit rex ſomniū mirabile cuius poſtq̄ euigilaſſet memoriam amiſit: & cōuocatis coniectoribus chaldeoꝝ petebat ab eis: ut ſomniū ſibi dicerent: & interpretationem eius etiā indicarent. Qui cum hoc ſe poſſe facere nullo mō dicerēt: eo q̄ oi homini impoſſibile eſſet: ſed ſi rex ſomniū narraret: ipſi coniecturam eius exponerent. Irat⁹ rex mandauit: ut omnes ſapiētes babylonis ꝑirent. Querebāturq; daniel & ſocii: ut cū ceteris occiderent̄. Quod cū daniel ab arioch principe militie didiciſſet. Ingreſſus rogauit regem: ut daret ſibi tēpus ad ſolutionē3 ꝓ unā noctē tantū: ut dicit ioſeph⁹: & ꝓnoctanti in oratione cum ſociis myſterium ei reuelatū eſt. Et ingreſſus mane ad regem dixit ei: q̄ nemo uiuentiū poſſet petitionē ſuā implere: ſed deus celi reuelans myſteria eidem indicauerat: que nouiſſimis tēporib⁹ futura erant. Narrauitq; ei q̄ per ſomniū uidiſſet ſtatuam quattuor metalloꝝ: cuius caput aureū ſignificabat primū regnū aſſyriorum ceteris nobilius & ditius: pect⁹ uero & brachia argentea: ſignificabant regnū ꝑſaꝝ & medoꝝ ſecūdo uentuꝝ: q̄ minus primo eſſet nobilitate & diuitiis decoratū: uenter uero ereus regnū eſſet grecoꝝ tertio loco futurum ſuoꝝ ſapientia ſonoroſum: Tibia uero & crura ferrea regnum romanoꝝ quarto uentuꝝ: q̄ ſua fortitudine omnia domaret: Lapidē uero ſine manibus de monte abſciſū qui percuſſit ſtatuam: & eam in puluerē cōminuit: qui & fact⁹ eſt mons magnus: & iplet uniuerſam terram: dixit eſſe regnū celi: quod eſt regnum xp̄i: qui omnia regna comminuet: & ipm ſtabit in eternum. Quod rex audiens danielem & deum eius adorauit: & ip̄m prefecit cunctis ſapientibus babylonis Socios uero eius prefecit ſup opera toti⁹ ꝓuincie babylonis. ¶ Circa dictū tempus daniel ſanctam ſuſannam de falſo adulterii crimine ei impoſito liberauit: cum adhuc iuuenis eſſet: ut dicetur infra i hiſtoria proxima de ſuſanna. ¶ Poſt hec aūt cum nabuchodonoſor rex ſtatuam auream erexiſſet: & eā tres pueri adorare noluiſſent: in fornacē miſſi: inde miraculoſe erepti ſunt: ut ſupra dictum eſt in geſtis ipſorum trium puerorū: ꝓpter quod nabuchodonoſor deū hebreoꝝ

magis reuereri cepit. ¶Deinde post lapsus tẽpus nabuchodonosor uidit ꝑ somniũ arborem excelsam: que totã terrã occupabat: & bestie ac uolucres sub ramis eius habitabant: quã deus celi succidendã mãdauit: donec. vii. tẽpora mutarẽt super eã. Que uisio ꝓfm ꝙ daniel regi interpretatus ẽ ei de facto contigit. Ipe eni nabuchodonosor ꝓpter nimiam supbiam suã i bestiã transformat⁹ ab hoibus eiectus est: non ꝙ corporis mutationem: sed mentis alienationẽ pateret: ut dicit epiphanius. Ablatus ẽ eni ei usus lingue ad loquendũ & herba ei i cibum data est: & uidebatur ei ꝙ bos eẽt in anterioribus: & posteriorĩbus leo: daniel uero toto alienatiõis eius tẽpore pro ipso orationi uacabat: & ad preces eius annis. 7. quos totidẽ dixerat tempora in. 7. mẽses uersi sunt: in quibus. 40. diebus isaniã patiebatur: & per alios. 40. ad cor hois reuersus flebat: donec. 7. mẽses cõplerentur: post quos reuocat⁹ est: nec tñ regnauit: sed statuti sunt pro eo. 7. iudices: & de consilio danielis usq; ad. 7. annos penitẽtiam egit: pro ut hec omia iosephus tradit.

¶Mortuo uero nabuchodonosor maiore regnauit pro eo filius eius maior: qui & ipe nabuchodonosor nõiatur. Qui danielẽ ꝓpellebat ut adoraret idolũ bel: dicens ipm eẽ deũ uiuẽtem: eo ꝙ quotidie comederet. xii. mẽsuras farine & 40. oues: ac uini amphoras. 6 sibi oblatas. Daniel uero econtra illum deũ fusilem ex metallo & mortuũ asserebat: uenit autẽ rex cũ daniele ad templũ: & positis omnibus escis ante mẽsam: egressi sunt oẽs: & rex clausit hostia: & anulo suo signauit. Daniel aũt cribrauerat cineré in pauimento corã rege. Sacerdotes aũt bel qui erant. 60. cũ paruulis suis & mulieribus iuxta consuetudinẽ suam: nocte ingressi sunt ꝑ cuniculos subterraneos quos fecerãt sibi: & ꝓsumpserunt omnia: uenit ergo rex diluculo cum daniele ad templũ: & inuentis saluis sigillis ianue impressis apuerũt hostia. Rex autẽ intuitus mẽsam uacuã: magnũ deum bel exclamauit. Daniel aũt oñdit regi uestigia per pauimentũ cineri impressa: que erãt uiroruꝫ & mulieꝝ & infantum. Et deinde oñdit ei occultos aditus: & occultum introitũ sub mẽsa. Et iratus rex apprehẽdit sacerdotes qui & deceptionem suã ei confessi sunt. Quos oẽs occidit rex: & dedit bel i manu danielis: qui subuertit eũ & templũ. ¶Erat etiã in eodem loco draco latẽs in fouea: & adorabãt eum babylonii. Sacerdotes eni eius habebant uasa plena aqua facta de coriis uitulorꝫ: & ea uirgis ꝑcutiebãt: ut facerent sonitum terribilẽ quasi tonitruũ. Ad quẽ excitatus draco: quãdo ꝙ emittebat ignẽ qñq; fumũ: qñq; uisibiliter appebat. Cũq; rex danielẽ cogeret ut illi sacrificaret: petiit daniel ipm sibi dari i potestate: & interficeret eum sine ferro & fuste. Et tulit daniel picẽ & adipem: & pilos: & coxit pariter & fecit massas: deditq; in os draconis: qui suffocatus crepuit. Et idignati babylonii petierũt a rege danielẽ sibi dari: qui duos eorꝫ deos destruxisset: ꝓminãtes ꝙ nisi daret eum ipis: regẽ cum omni domo sua interficerẽt: unde rex timore ꝓpulsus tradidit eis danielem: qui miserunt eũ in lacũ: in quo erant leones septem: quibus quotidie ad escam dabant⁹ duo corpora damnatorꝫ & due oues: & tunc non data sunt eis: ut deuorarẽt danielem. Dñs autem misericors non solum danielẽ de ore leonum. vi. diebus illesum cõseruauit: sed etiã ei de prandio prouidit: cũ enim abbacuch propheta in iudea prandiuꝫ messoribus suis deferret: tulit eum angelus dñi: & per uerticẽ apprehẽsum posuit eum i babylone super lacũ i impetu spũs sui. Qui prandium danieli obtulit: illeq; comedit: & deo gras egit: ipmq; angelus dñi i locum suum in momẽto restituit: ut dictum ẽ supra i hystoria abbacuch ꝓphete. xviii. cal. februarii. uenit ergo rex die. vii. ad lacum: & cum uidisset danielẽ sedentẽ in medio leonum: exclamauit magnũ deuꝫ danielis. Et eduxit eũ de lacu: & eius emulos itromisit: qui deuorati sunt a leonibus corã rege. Ex tunc rex danielẽ & deum eius oi tẽpore uite sue ꝓmaxime reueritus fuit. ¶Prophetauit aũt daniel in tẽpore illo: uidelicet a diebus nabuch. iunioris: quibus prophetauit in chaldea: usq; ad tẽpus darii primi regis ꝑsarꝫ: quo tempore prophetauit in perside siue i media illuc ab ipo trãslatus: multasq; mirabiles uisiões habuit: de tempore futuro & de fine seculi: que in eius libro sꝑalius explicant⁹: quarũq; expositio spẽalé requirunt librum. ¶Mortuis autẽ nabuchodonosor iumore & euilmeredath fre eius: q ambo successiue regnauerunt post nabuch. primum. Regnauit balthasar filius euilmeredath annis trib⁹. Qui cum obsessus esset in babylone a dario prio rege medoꝝ: & cyro rege persarꝫ: qui cũ eo uenerat: propter incredibilem fortitudinẽ ciuitatis de obsidione parꝫ curabat. Fecitq; optimatibus suis grande ꝓuiuium: & uasa q nabuch. auus eius de templo dñi in hierusalem abstulerat principibus & uxoribus suis atq; ꝓcubinis tradidit ad bibendum. Intellexerat enim balthasar ut dicũt hebrei. lxx. annos captiuitatis hebreoꝝ: quos hieremias ꝓ dixerat fluxisse: & tamẽ iudei non erant liberati: unde iudeorum deo insultabat: & deos suos collaudabat. Tunc apparuit man⁹ scri bẽtis i pariete: mane: cethel: pha res: que sonãt numerus: appẽsio: diuisio. Et cum rex hoc uidẽs danielẽ turbatus consuluisset. Intrer-

pretat⁹ est scripturam dicens: ꝙ deus regnū balthasar numerasset. i. compleuisset: & ipm in statera appendisset: qui & minus uiueret: q̄ putabat: & diuisum esset regnum suum: & datum medis & persis. Eadem nocte capta est babylon. Nam cyr⁹ fecerat diuidi longe a ciuitate fluuium euphratē per plures riuulos: ita ut alueum qui fluebat in ciuitatē uadabilem faceret. Et tunc gentes darii & cyri per alueum ingresse balthasar interfecerūt: & ciuitatem fortissimam & munitissimam destruxerunt: que sicut humano opere potuisse construi: sic humano opere potuisse capi minime homines opinabantur. ¶ Darius autem secum duxit danielem in mediam faciēs eum unum de satrapis: qui centum & uigiti preerant: ipsumq; admodum honorans: propter quod inuidentes ei principes accusatione facta contra eum: fecerunt eum mitti in alium lacum leonū: sed sicut alias ita & tunc domino adiuuante inde liberatus est: & accusatores eius in lacum missi a leonibus deuorati sunt. ¶ Hic daniel dedit signa in montibus super babyloniam dicens: ꝙ quando pars mōtium a borea fumigabit: uenit finis babylonie: quando uero ueniet ignis ardens finis erit uniuerse terre: quando a parte noti aque decurrēt: reuertetur populus ad terram suam: ꝙ si sanguine fluxerint: erunt homicidia belial in uniuersa terra. Defunct⁹ est autem daniel in media quinto calen. septembris: & sepultus in spelunca regali solus cū gloria. Hec ex libro danielis per totum: & ex dictis iosephi & hieronymi & comestoris atq; ex chronica guilelmi.

¶ De scā susanna uxore ioachim. CXXVII

SVsanna sancta cuius pudicitiam & sanctitatem ipse text⁹ libri danielis commendat: iccirco gestis danielis subiicitur: quia eius cōtemporanea: dies dormitiōis ei⁹ certus non inuenitur. Hec erat filia helchie & uxor ioachim: qui erat de nobiliorib⁹ iudee inter omnes filios israel in babylonem transmigratos. Et cum esset susanna nimiuꝫ speciosa: exarserunt in eam duo seniores iudices illius anni. De quibus tradunt hebrei ꝙ mulieres decipiebant: dicētes se esse de semine dauid: & christum de semine ei⁹ nasciturum. Hi statuerunt in cōmune tēpus: quo susannam possent inuenire solam. Et latuerunt post meridiem in pomerio helchie. Ingressa autem susanna uolens lauari & ungi iuxta morem patrie: misit puellas ad afferēdum oleum & unguenta. Tunc accurrentes seues ad eam: requisierunt eam cōminantes: ꝙ si consentire nollet: contra ipsam adulterii testimonium dicerent. Et elegit susanna potius incidere in manus eorum: q̄ peccare in dominum. Et exclamauit. Et accurrentes famuli erubuerunt: cum audissent senes contra susannam testificari. ¶ Altera die statuta est susanna in medio populi: & ponentes senes manus super caput eius contestati sunt: ipsam uidisse cum iuuene commiscerī: & condemnata est ad mortem: & cum oraſset ad dominuꝫ: suscitauit deus spiritum pueri cui nomen daniel. i. manifestauit spiritū dei in eo esse: qui latens quiescebat: cum adhuc daniel esset adolescens: & exclamauit se mundum a sanguine illius. Et cum reuersi essent omnes populi ad iudicium: daniel separari iussit senes ab inuicem: & singulos eoꝝ per se examinans interrogauit: sub qua arbore uidisset adulterium committi: quoruꝫ unus ait sub cino: alter sub prino. Et acclamauit in eos populus propter dissonantiam conuictoſq; de falso testimonio ℔m legem dei lapidauerunt. Susanna autem post hec ab omni populo in reuerentia habita est ꝓpter eius pudicissimam castitatem: que & uitam suam in sanctis operibus pie consumauit.

¶ De sancto augustino episcopo ac doctore CXXVIII

AVgustinus episcopus & doctor egregius prouincia aphricana ciuitate tagasten honestis parentibus & christianis ortus scilicet patre patricio matre monica a puerili ib⁹ annis liberales disciplinas sufficiēter edoctus fuit: adeo ut etate iuuenili summus philosophus: & rethor luculentissimus haberetur. Nam libros aristotelis & liberalium artiuꝫ quoscunq; legere potuit: per se didicit: & nemine tradente intellexit: sicut ipse de se in libro confessionum testatur. Verum quia scīētia sine charitate non edificat: sed inflat: in errorem incidit manicheorum: qui christum phantasticum affirmant: & carnis resurrectionem negant: in quo adhuc adolescens per annos nouē permansit. Ad has etiam nugas adductus est: ut arborem sici flere diceret: cum ab ea ficus uel folium tolleretur. Mater uero eius plurimum flebat: & cum esset christiana ipsum ad fidei ueritatem reducer satagebat. Que die quadam uidit se stare in quadam linea lignea licet tristē: cui quidam iuuenis astitit: & causam tristitie requisiuit: que cum pditionē filii sui ꝺplorare diceret: ille consortauit eam dicens. ne timeret: quia ubi ipsa ibi ille esset. Rogabat ergo sedula mater quasi importuna quēdam episcopum sicut in eodem libro confessionum testatur: ut pro filio suo orare dignaretur: cui ille importunitate deuictus prophetica uocere spondit: ut secura staret: quia impossibile esset: ut filius tantarum lachrymarum piret.

¶Cum autem in ciuitate sua grãmaticam & apud carthaginem multis annis rethoricam docuisset: occulte matre nesciente romaꝫ uenit: & ibidem multos discipulos congregauit. His temporibus mediolanensibus sibi petentibus doctorem a roma i rethorica destinari. Symmachus ꝑfectus augustinuꝫ destinauit. Quo tempore beatus ambrosiꝰ mediolani ep̃s erat. Mater uero eius cum multa difficultate ad eum uenit: & ipsum iã nec uere catholicum nec uere manicheuꝫ reppererit. ¶Augustinus autem predicationem ambrosii frequenter audiebat: solicitus ualde: ne uel pro errore manicheorum: uel contra ipsum aliquid proferret. Quadam tamẽ die ambrosius predicans errorem illum apertissime confutauit: & a corde augustini opinionem dudum habitam penitus depulit. Cum autem sicut ipse libro supradicto refert: uia dei sibi plurimum placeret: sed ad ipsam accedere pigeret. Ad quendam simplicianum seruum dei perrexit: cum quo & estus suos contulit: qui & ipsũ in uia dei exẽplo multorum pueroruꝫ & puellarum hortari cepit. Interim ab aphrica amicus quidã augustini uenit: q magni antonii i egypto defũcti miracula recitauit. Quorum exemplo augustinus uehementer exarsit: & socium alloquens seipsum redarguit: dicens: q̃ indocti celum rapiebant & sapientes cum doctrinis suis in infernum demergebantur. Et accurrens in quendam hortum sedens sub ficu amarissime fleuit: audiuitq; uocem dicẽtem ei: tolle: lege. Aperuitq; codicem apostolicum: & coniectis oculis ad primum capitulum legit. Induimini dominũ ieſuꝫ christum. Et statim ab eo omnes dubietatis tenebre diffugerunt. Cumq; beato ambrosio per litteras uotum suum insinuasset: ut moneret quid sibi de libris sanctis legendum eẽt: ille mandauit: ut legeret isaiã prophetam: tanq̃ euangelii & uocationis gentium apertissimũ pronunciatorem. ¶Aduenĩte ergo paschali tempore: augustinus annorum .xxx. cum filio suo adeodato puero ingenioso: & cum alipio amico suo: meritis matris & predicatione ambrosii conuersus: sacrum baptisma a sancto ambrosio suscepit. Tunc ambrosiꝰ: Te deum laudamus inquit: & augustinus: te dominum confitemur respondit. Et sic alternatim ipsum hymnum composuerunt: sicut in speculo ecclesie traditur: protinusq; in fide catholica confirmatus: spem omnem quã habebat in seculo dereliquit: & scholis quas regebat abrenunciauit. ¶Post hec cum matre & filio & duobus amicis nebridio & cutio remeabat ad aphricam: sed cum esset apud ostia tyberina mater eius defuncta est. Post cuius mortem regressus ad patriam cũ sibi adherentibus deo seruiens: ieiuniis & orationibꝰ uacabat: & libros scribebat ac docebat: fama quoq; eius ubiq; spargebatur: & in suis doctrinis admirabilis habebatur. Cũ autem ad preces cuiusdam magnatis qui se seculo renunciare promiserat: si uerbum domini ab eo audiret: ad ciuitatem hipponem concitus aduenisset: Valerius hipponeñ ep̃s eũ ad se accersiuit. & licet plurimum renitentem presbyterum in sua ecclesia ordinauit. Qui statim monasterium clericorum instituit: & cepit uiuere secundum regulam a sanctis apostolis constitutam: quam regulã moribus & sanctitate refertam ipse spiritu diuino dictauit. De cuius monasterio eo uiuente decem episcopi electi sunt. Et quia episcopus ualerius grecus erat: & latinas litteras ignorabat: Augustino episcopo libertatem concessit: ut contra morem orientalis ecclesie coram se in ecclesia predicaret. Eodem tempore fortunatus quidam presbyter manicheoruꝫ multos catholicos seducebat: quem augustinus in conuentu omnium disputans publice superauit. Donatistas etiam & manicheos quosdam de ipsa ciuitate conuictos fugauit: ualerius autem episcopus timens ne augustinus sibi ab alia ciuitate in episcopum electus tolleretur: impetrauit ab archiepiscopo carthaginen̄: ut ipse episcopatui cederet: & ille augustinum hipponen̄si ecclesie in episcopum promoueret. Sed cum hoc augustinus recusaret: compulsus tandẽ acquieuit: & ep̃atus curã suscepit: qđ in se postea fieri non debuisse: & dixit & scripsit: & de sui ordinatiõe admodũ penituit: uixit aũt in clericatu & ep̃atu annis fere .40. ſeper dño seruiens: semper studens: semp docẽs & libros continue scribens. Cura quoq; rei secularis cuidã preposito suo ex toto cõmissa: ꝓtẽplatiõi & studio iugiter uacabat: paupertatẽ i oĩbus amauit: tẽperantiã in uictu seruauit pauperũ operibus semper intentus extitit: pudicitiã & honestatem non solũ dilexit: sed etiam exẽplariter pretẽdere uoluit omnibusq; uirtutibus adornatus deo seruire & oĩbus sanctitatis exẽpla p̃bere studuit. Hereticos aũt ualidissime confutabat: ita ut ipsi inter se publice predicarent: nõ esse peccatũ iterficere augustinũ: quẽ tã̄q̃ lupũ occidẽdũ eẽ dicebãt. Multasq; isidias ab eis pertulit quas tñ dei ꝓuidentia oẽs euasit: a multis etiã ecclesiis inuitabaꝫ: ut ibi uerbũ dñi ꝑdicaret: ad quas libẽter accedebat: & multos ab eoꝝ errorib⁹ ꝙuertebat. ¶Ferꝫ de eo q̃ cũ libꝝ de trinitate ꝓpilare cogitasset: trãsiens iuxta littus: uidit pueꝝ: qui foueã paruam in littore fecerat: & coclea aquam de mari haustam in foueam mittebat. Et cum augustinus puerum interrogasset: quid face-

ret. Respondit puer: q̄ mare disposuerat cochlea exiccare: & in foueam illam mittere. Cūq; hoc augustinus ipossibile esse diceret: & simplicitatē pueri rideret: puer ille ei dixit: q̄ possibilius sibi esset hoc perficere: q̄ augustino minimā partem mysteriorum trinitatis in libro suo explicare: assimilans foueam codici: mare trinitati: cochleam intellectui augustini: Quo dicto puer disparuit. Augustinus autem ex hoc se humiliauit: & librū de trinitate oratione premissa: utcūq; potuit compilauit. ¶ Mulier quedam afflicta ad augustinum accessit: ut eius consiliū imploraret: quem studentem inueniens salutauit: nec ille ei quicq̄ respondit: que propiꝰ accedens negocium suum ei explicauit: sed nec ille se conuertit: nec uerbū protulit: unde mulier amplius contristata discessit. Sequenti die dum mulier augustino celebrāti assisteret: cum corpus dominicum eleuasset ipsa ante tribunal trinitatis in spiritu rapitur: ubi uidit augustinum de trinitatis gloria attentissime disputantem: dictumq; est ei q̄ cum ad augustinum accesserat: ille sic attentissime de trinitate disputabat. Ideoq; q̄ ibi fuisset non aduerterat: sed ad ipsum secure rediret: & salubrem ꝓsiliatorē inueniret. Quod illa ad se rediēs fecit: & augustinum clemētissimū inuenit. ¶ Miraculoꝝ quoq; gloria claruit. Nam in libro. 22. de ciuitate dei duo miracula de se quasi de alio loquēs recitat. Quorum primuꝫ est: quia cum uirginem quandam demoniacam oleo perunxisset: & pro ea orasset: ipsaꝫ ab imundo spiritu liberauit. ¶ Pro alio etiam adolescente quem non uidit orauit: & ille continuo demonio: qui eum obsidebat caruit. ¶ Cū quidam fistulā patiens incidi deberet. Augustinꝰ una cū ipso infirmo & p̄ eo orauit: & mane sine incisione aliqua sanus repertus fuit. ¶ Anno igitur domini. 44. dum uandali totam aphricam occupassent: omnesq; ciuitates deuastassent: ad hipponeñ ciuitatē uenerunt: & ipsam manu ualida obsederunt. Augustinꝰ autē orauit ad dñm: ut aut ciuitatē a piculo liberaret: aut ip̄m ex hac uita suscideret. Qui tertio obsidionis mense febribus laborans lecto decubuit: intelligensq; dissolutionem sui corporis imminere: psalmos penitentiales sibi scribi fecit: & contra lectū in pariete poni: quos lecto decumbens legebat: & lachrymas iuges fundebat. Et ut deo liberius uacare posset: ante decem dies sui exitus: nullum ad se ingredi precepit: nisi solum medicum & cibum ei deferentem. ¶ Egrum autem quendā ad ip̄m uenientem & eius auxilium implorantem manu sua tetigit: & continuo sanitatem recepit. Energuminos etiam plures in ipsa sua infirmitate curauit: & plura alia miracula fecit. Nullum quoq; quanticunq; meriti docuit sine confessione & eucharistia debere transire quod ipse suo exemplo firmauit. Sicq; ad extremam horam ueniens in pace migrauit. 5. calendas septembris anno etatis sue septuagesimo sexto: episcopatus uero sui āno quadragesimo circa annos domini. 400. Sepultusq; est in ecclesia sua ciuitatis hipponēsis: donec corpus suum inde translatum est: ut habet supra in eiꝰ translatione pridie calen. martii. ¶ Eadem hora in quodam monasterio quidam monachus in spiritu raptus: uidit augustinum in nube sedentem: pontificalibus insignitum: cuius oculi quasi solis radii totam ecclesiam illuminabāt: & odor de eo nimius exhalabat. ¶ Alio etiam tempore dum eius sermōes ad matutinum in ecclesia legerentur. Beatus bernardus uidit augustinum episcopum: de cuius ore tantus impetꝰ aquarum exibat: q̄ totam ecclesiam inundabat. ¶ Opuscula uero ipsius doctoris gloriosi omnia: nullus aut uidisse: aut legisse: aut se glorietur habere: cum nec inueniri queant: ultra enim millenarium numerum excessisse creduntur: de quibus pauca attingam: curiosis cetera derelinquens. De gratia & libero arbitrio librum unum. De predestinatione gratie librum unum. De trinitate libros quindecim. De ꝓfessionibus libros tresdeciꝫ. De ciuitate dei libros uiginti duos De baptismo libros septeꝫ. Soliloquiorū librum unum. De sermone domini in monte libros duos. Contra faustum manicheum libros triginta tres. De fide ad petrum libros tres. De concordia euangelistarum libros quattuor. De musica libros sex. Super genesim ad litteram libros duodecim. De achademicis librum unum. Contra paganos libros tres. De ordine libros duos. De anime imortalitate librum unum. De uetere testamento libros uigintitres. De origine anime ad hieronymum librum unum. De natura boni libros tres. De doctrina christiana libros q̄tuor. De utilitate credendi librum unum. De uera religione librum unum. De decem cordis librū unū. De anima & spiritu librū unum. Vtrum anima a seipsa sit librū unuꝫ. De anime quantitate librum unum. Contra donatū libros duos. Contra arrianos libros octo. Contra permenianum libros tres. De uerbis domini libros duos. De penitentia librum unum. De agone christiano librum unum. De diuinatione demonum librum unum. De opere monachorum librum unum Enchiridion libros undecim. De gratia noui testamenti librum unum. De nuptiis & concupiscentia libros duos. Retractationū librū unum. De baptismo paruulorū librū

unum. De rudib⁹ cathetizandis librū unū. De .viii. principalibus uitiis libros octo. Super psalterium uolumē ingens i quo singuli .cl. ps. exponuntur. De sancta uiduitate librum unū. De sancta uirginitate li. iii. De cura pro mortuis librum unū. De uita beata li. iiii. Si quem uero hui⁹ almi presulis noscendi operum suorū titulos maior sitis exagitat gēnadium querat: qui uoluminum ei⁹ ultra .600. nomina cōmemorat.

¶ De scō hermete martyre. CXXIX.

HErmes martyr sub aureliano imperatoris comite rome passus ē. Hūc illustrissimū & rōane urbis pfectū beatus alexander romanus pōtifex & mī baptizauit cū sorore theodora & filiis: & cum .1250. seruis suis: cum uxoribus quoq; eoz ac filiis: quos omnes die sabbati pasche manumissos sacri fontis unda perfudit: ut dictum est supra in passione alexandri pape .v. noñ maii. Cū aūt traianus imperator hec audiens de seleutia hisaurie aurelianum comitē ad urbem misisset: ad xpianorum persecutionē agendaz. Aurelianus hermetē prefectum apud quirinum tribunum carcerauit. Alexandrum uero in alia custodia in uinculis per se posuit. Qui tamē ut supra dictum est in passione q rini .3. cal. aprilis: per puerum qui faculam ferrebat de carcere noctu per fenestraz eductus ad domuz quirini tribuni: ub i hermes in custodia tenebatur ueniens: ipsum quirinum conuertit: filiāq; ei⁹ sibi ad carcerē suū delatam a strumate liberauit: & quirinuz cū filia & omnibus in ipa detentis custodia baptizauit. Cum autē hec aurelian⁹ percepisset. Quirinum in carcerem trudi mandauit. Hermetem uero decollari iussit. Qui decollatus a beata theodora sorore collectus: & in uia salaria uetere non longe ab urbe sepultus ē. v. cal. septembris.

¶ De scō alexandro epō. CXXX.

ALexander episcopus constantino politanus claruit temporibus cō stantini magni & constantii eius filii. De quo refert sozomenus in .5o historie tripartite: q̄ duz constantinus imperator uenisset bizantium: que postmodum appellata ex nomine suo cōstantinopolis dicta est: a philosophis redarguebatur: q̄ xp̄m coleret: & q̄ nouam legē in re publica introduxisset. Cumq; imperator disputationem ordinasset: & alexandrum ep̄m ad hoc conuocasset: ille minus philosophie peritus: cum philosophis congredi dubitauit: tamē in deo confisus ante omnia philosopho loqui uolenti: in xp̄i nomine silentium i perauit. Illoq; nullatenus loqui ualente: alexander uictor efficitur: & philosophi cū plurimis conuertuntur. ¶ Sed & tempore constantii dum diuti⁹ cum arrio heretico disputasset: & contentio maxima inter catholicos & arrianos esset: orante alexandro: arrius subito uentris dolore percussus iuxta forū constātini ad secreta nature secessit: ibiq; dei iudicio omnia interriora & uitam emisit: propter qđ fides catholica ab omnibus est exaltata: beatus uero alexander glorioſus senex post laudabilem uitam annoz .94. episcopatus autem sui anno .xxxiii. quieuit in pace .v. cal. septembris.

¶ De scō iuliano mr̄e de aluernia. CXXXI

AIVlianus martyr apud aluerniam passus est sub crispino cōsulari. Hic ex aluernia natus ex nobilibus parentibus & xp̄ianis: xp̄ianus & ip̄e ferreoli tribuni & martyris comes erat: & uterq; deo in militari habitu seruiebat: qui & ambo apud uiēnam degebant. Cum autem furor gentilium in xp̄ianos uiēne seuiret. Iulianus martyrium affectabat. Sed ferreoli coact⁹ precibus ex uiēnensi urbe clandestine discessit: & aluerniam fugit: ibiq; aliquandiu latitauit. Quem crispinus consularis ibi esse audiēs: misso carnifice precepit inuentum occidi: ille uero sponte prosiliens: & se xp̄ianum profitens decollatur. Cuius caput leuantes milites ad scūm ferreolum portauerunt: ut nisi sacrificaret similem sententiam exciperet: qđ & factum ē: ut dicetur infra i passione ferreoli martyris .14. cal. octobris. Sicq; factū est ut caput sancti iuliani cum corpore ferreoli in eodem sepulchro uienne locaretur: corp⁹ uero iuliani sine capite aluernie recōderetur. Qui passus .v. cal. septembris.

¶ De decollatione sancti ioannis baptiste. CXXXII.

DEcollatio sancti ioannis baptiste quattuor ex causis instituta fuisse uidetur: ut dicitur in libro mistrali. Primo propter ipsi⁹ decollationem. Secundo propter ossium ipsius concremationem & collectionem Tertio propter capitis ipsius inuentionem. Quarto propter digiti eius translationem: & ecclesie dedicationem. ¶ Primo celebratur hoc festum propter ipsius decollationē que hoc modo facta est: ut in scholastica historia legitur. Herodes enim antipas filius magni herodis ascalonite: romam pficiscēs: & per fratrem suum philippum trāsitum faciens: cum herodiade uxore philippi concubuit: & secreto pepigit: q̄ in reditu suo uxorem repudiaret: & ipsam assumeret. Quod uxor sua filia regis arethe damascenoz cōpiens non expectato uiri reditu: ad patrem festinauit. Rediēs autem herodes herodiadē

philippo abstulit:& sibi in coniugē accepit Cumq; de hoc a ioanne baptista argueret: ipm in carcere uinculauit:uxori quoq; placere cupiens eum occidere uoluit:sed populum timuit:ut tamen occasionem inueniret: secreto cum uxore condixit: ut herodes die natalis sui celebrato conuiuio:puelle saltanti filie ipsius herodiadis quicquid peteret sei daturū iuramento firmaret: & ipsa caput ioannis peteret:quod ei propter iuramentū tribuere oporteret:sed de iuramento facto: contristari se simularet. Ordinato igit cunctis principibus suis conuiuio puella coraz omnibus saltat:cunctis placet: se ei quicqd peteret daturum rex iurat: a matre monita caput ioannis expostulat. Versipellis herodes se propter iusiurādum tristem simulat: spiculatorem mittit:& ioannē in carcere decollari fecit:caput in disco puelle datur:& a puella matri adultere presentatur. In hac autem die ioannes decollatus non est:sed circa dies azimorum eodem die passionis christi:anno uidelicet precedente: sed oportuit: ut propter dominica sacramenta minor cederet maiori. ¶ Herodes autem impunitus non abiit:sed pro hoc scelere in exilium a cesare lugdunum missus: miserabiliter uitam finiuit.Habebat enim ipsum caius cesar suspectum:q; romano uellet imperio rebellare. In cuius argumentum comperuit:q; in ciuitatibus suis haberet arma pro septuaginta milia armatorum.¶ De herodiade autem dicitur:q; dum caput ioannis in manibus teneret: & eidem gaudens plurimum insultaret:diuino iudicio caput in eam insufflauit: & illa protinus expirauit.Filia uero eius cū super glaciem ludens deambularet: sub ea glacies resoluitur:& ipsa in aquis continuo presocatur.¶ Secundo celebratur hoc festū propter ipsi9 ossium cōcremationem & collectionem:que ipsa die scilicet.4.calē.septēbris ſm quosdam fuerunt concremata & a fidelibus ex parte collecta:unde quasi secundum martyrium patitur:cum in suis ossib9 concremaē.Et ideo ecclesia hoc festū quasi secundū eius martyrium celebrat. Nā sicut legitur in.12.libro historie ecclesiastice:Cū discipuli ioannis corpus eius apud sebasten urbē palestine inter helisеū & abdiam pphetas sepelissent:& ad ei9 tumulū miracula crebra fierent:iubēte iuliano apostata gentiles ossa eius sparserunt:& miraculis adhuc non cessantib9 collecta igne cremauerūt:& puluerem per agros uētilarunt.Dū autē ad cremandum colligerent:quidā monachi ex hierosolymis uenientes:colligentib9 se latenter miscuerunt: & magnā eoz partē tollētes ad phillippū epm hierosolymitanū detulerūt: q ea postmodu3 athanasio alexandrino epo misit.Postmodū uero theophilus eiusdē urbis eps:ea in templo serapis a sordibus purgato reposuit:& ecclesiam in honorem ioannis baptiste dedicauit.Nunc aūt eadem ossa apud ianuam esse dicunt:& ibidem deuote colunt:sicut alexander tertius & innocētius quartus pape suis priuilegiis approbarūt. ¶ Tertio celebratur ppter capitis ipsius inuentionem:que hoc die.s.4.calē.septembr. facta est.Sicut enim dicitur i.xi.libro historie ecclesiastice. Ioannes in castello arabie dicto macheronta fuit uinct9 & capite truncatus.Herodes aūt caput ioannis in hierusalem fecit deferri:& iuxta habitaculu3 suum caute sepeliri:timens ne ppheta resurgeret: si corpus cum capite sepultum eēt. ¶ Tēpore uero martiani principis:qui cepit āno domini.452.Ioannes caput suum duobus monachis reuelauit:qui illud iuxta dictum palatium inuenerunt saccis cilicinis inuolutū Qui dum ad propria cū dicto capite remearent:quidam edessene ciuitatis sigulus paupertatē fugiens se comitem eisdem exhibuit Et dum peram sibi creditam cū sacro capite portaret:admonitus in somnis a sancto ioanne:eos fugiens edessenā urbē cum sancto capite ingressus est:ubi q̄diu uixit sanctum caput in quodam specu uenerans prosperitatē maximam assecutus est.Moriens autē illud sorori sue sub fide reuelauit: & eodē modo inuicē successores. ¶ Post multum uero tēporis marcello monacho i eodem specu degenti hoc modo reuelatur. Nā prima nocte dormienti sibi uise sunt: q; turbe psallentes incederent:post quos ioannes baptista duobus angelis comitatus ueniret: qui omnib9 astantibus benedixit:& marcellum per mentum apprehendens:osculum pacis ei dedit. Qui eum unde uenisset illuc quesiuit: illeq; se de sebaste uenisse respondit.Sequēti uero nocte cum de tali uisione admiratus iterum dormiret: quidam eum subito excitauit: & euigilans uidit in hostio celle stellam fulgētem:quam dum palpare uellet:in aliā partē se transtulit: & sic in pluribus locis post eā iuit. Tandem i loco ubi erat sanctum caput requieuit:ubi fodiens repperit urnam:& in ea sanctum thesaurum. Sed dum quidā hoc non credens manum in hydriam misisset:statim manus exaruit:& hydrie adhesit. Orantibus autem sociis manum abstraxit:sed inualida remansit:cui ioannes apparuit dicēs ut cum caput eius in ecclesia poneretur: hydriam contingeret:& sanitatem integram perciperet. Quod & factum est. Cum autē marcellus hec omnia iuliano ipsius urbis episcopo indicasset: caput de spelunca ab eis est eleuatum: & in ipsam urbē delatum Ex eadē die cepit in ipsa ciuitate decollatio

ioannis celebrari: qua caput eius inuentū ē: scilicet. 4. cal. septēbris. ¶ Ipm autē caput postmodū ꝑstātinopoli trāslatū est. Nā ut i triptita habet cū ualens impator caput sanctum uehiculo iponitū ꝑstantinopoli transferri iussisset: cū circa chalcedoniā uenissent uehiculū nullatenus ulterius trahi potuit: ideoq; ipm ibidē dimittere coacti sunt. Sed cū postmoduꝫ theodosius ipm inde auferri uellet: uirginē quādam custodie capitis deputatā rogauit: ut sibi illud inde portare dimitteret. Illa aūt ꝑsensit: credens q; sicut alias ita etiā tūc nō pmitteret se auferri: quod impator purpura sua optum ꝑstantinopoli transtulit: & ibidē locato ecclesiā edificauit. Inde quoq; ad gallias apud pictauiā a pipino rege trāslatū est: ubi eius meritis mortui plures suscitati sunt. Quarto pp digiti ipius trāslationē: & ecclesie dedicationē. Digitus eni ille: ut dicit: quo dñm oñdit: nunq; ꝑburi potuit: q a predictis monachis reptus est: ipmq; scā thecla inter alpes trāstulit: & i ecclesia sci martini collocauit: ut in scholastica habetur. Ioānes beleth etiam dicit: q; predicta scā thecla ipm digitū de ultra marinis ptibus attulit: & in romaniā portauit. Ibidē q; ecclesiā i honorē baptiste fabricauit: quā ecclesiā hac die quidā dedicatam asserunt: & iccirco tale festū. 4. cal. septēbris celebrare ceperunt.

¶ De scā sabina martyre. CXXXIII.

SAbina mr̄ rome passa ē tempore hadriani ipatoris sub pfecto urbis elpidio. Hec fuit uxor cuiusdam preclarissimi ualentini: & filia herodis metallarii. Que a scā seraphia uirgine ꝙuersa est ad dñm. Cui⁹ ēt corpus sepeliuit ipa sabina: ut dicet infra in in passione seraphie. 3. noñ. septēbris. Et p⁹ martyriū eius beata sabina anno fere itegro elemosynis & refectionib⁹ pauperū instuduit. Demū a prefecto urbis elpidio ꝑprehensa cōpellebatur: ut xpm negaret: & idolis imolaret. Que cū se soli xp̄o deo uero & nō demoniis sacrificaturā diceret. Iussu nequissimi prefecti decollat: & facultates eius omnes fisco applicantur. Cui⁹ corp⁹ a xp̄ianis sepultum est in oppido uendiensi ad arcum faustini. 4. cal. septembris: ubi ipsa corpus seraphie uirginis posuerat.

¶ De sanctis sauiniāo martyre & sauina uirgine. CXXXIIII.

SAuinianus mr̄ & sauina uirgo i ciuitate trechas uenerāt. Hi nobilissimi uiri sauini: sed gentilis filii fuerunt: qui de prima uxore sauinianū genuit: de ꝑa coniuge sauinā procreauit. Sauinian⁹ aūt legens uersum illum. Aspges me ꝛc. & intelligere non ualens: in cinere & cilicio prostrat⁹ iacebat: dicēs se malle mori: q̄ non intelligere sensum uerbi. Cui appuit angelus dñi: eiq; dixit: q; si baptizari uellet: niue candidior fieret: & tunc: qđ querebat intelligeret. Ex inde igit idola cōtemnēs de ciuitate aufugit: & ad urbem trechasinā deuenit. Et cū ad fluuiū sequane uenisset a presbytero xp̄iano baptizatus ē: & uoce celica cōfortatus: qa tunc qđ dudū quesiuerat inuēisset. Statimq; baculū suum i terra fixit: & ꝑfecti frondes ac flores produxit. Quo uiso miraculo. iio8. uiri i domino crediderūt. Audiēs hec aurelianus imperator ad ipm capiēduꝫ milites misit. Qui eū orantē inuenientes ad eum accedere timuerunt. Misit iteꝫ plures priorib⁹: qui cū orāte orauerūt: & ut secum ad augustū accederet: solis precibus impetrarunt. Qui cū uenisset & sacrificare nollet. Imperator eū manibus ac pedibus uinctū iussit uirgis ferreis cedi. Deinde super scamnū eneū ligari: & ligna ac oleum supponi: & incendio cremari. Et cum in medio flāme illesus oraret: & hec aurelianus magie attribueret: in crastino fecit eū ad stipitē ligari: & a militibus sagittari: sagitte uero a lateribus eius i aere suspendebantur: & a nulla ipaꝫ mr̄ dñi ledebatur. Et cum iperator ad spectaculū istud accederet: una ex sagittis regem i oculo pcussit: & penit⁹ excecauit: unde iratus impator iussit eū in carcere recipi & in crastino decollari. Sauinianus aūt orās ut ad locū ubi baptizatus fuerat trāsferretur: ꝑfractis catenis & aptis hostiis per mediū militum illuc uenit. Et uidens milites se insequētes super aquam uq; ad locū baptismi sui ambulauit. Et cū milites trasuadantes eū percutere formidaret: eos ut se ferirent confortauit: ac ut de sanguine suo regis oculum linirent: & statim uisuꝫ recuperaret. Percussus ergo caput suum leuauit: & passib⁹. 49. illud portauit. De cui⁹ sibi delato sanguine impator oculuꝫ tetigit & confestim uisum recepit. Quod audiens quidam qui antea per annos. 40. lumen amiserat ad locum se portari fecit: & protinus lumen recuperauit. Cuius corpus a xp̄ianis ibidem sepultum est iuxta flumē. ¶ Sauina autem cum fratrem suū quotidie fleret: & p eo diis immolaret: tandem sibi in somnis angelus domini apparuit: & eidem iussit ut domum suam relinqueret: & fratrem suū honoratissimū inueniret. Que euigilans collactaneam suam eandē uidisse uisionē audiuit. Latēter ergo ambe i crastino recesserunt. Que romā ueniēs fidē xp̄i suscepit: & ab eusebio papa baptizata: i uirginitate pmānsit. In urbe quoq; duos cecos illuminauit: & duos ꝑtractos sanauit: deinde post annos quinq; angelica admonitiōe cū comite sua ide recessit: &

ad trechasinam ciuitatē deuenit. Et cum in urbe rauēna ad domū cuiusdā diuitis quasi pegrine hospitium quererent: cuius filia q̄si mortua plāgebatur: pedissequa se excusare cepit: q̄ eas recipere nō poterat: qa sua dña in extremis laborabat. Sauina aūt in xp̄o p̄fessa intrauit: & puellam per manū apprehensam sanam erexit. Cum ergo iuxta trechas: ut ei angelus dixerat ad miliare uenissent: & ambe p̄ labore q̄escerēt: uirg̃ quendā noie licerium nobilē de ciuitate uenientē sauina interrogauit: ubi nam frēm suum sauinianum diu amissum inuenire posset. Qui ei eundem p̄ xp̄o passum fuisse rndit: & locū sepulture demōstrauit. Ipsa uero ante tumulū fratris prostrata orauit ad dñm: ut susciperet i pace spiritum eius: & cōtinuo in xp̄o obdormiuit. Ad instantiā ergo prefati nobilis omnes ciues ad eam cōcurrerunt: & corpus sancte iuxta corpus germani honorifice p̄diderūt: iuxta quos & postmodū p̄dicta collactanea eius sepulta est: quorū festum agitur quarto calendas septembris.

¶ De sanctis felice presbytero & adaucto martyribus. CXXXV

Felix p̄sbyter & adauctus martyres passi sunt in urbe sub diocletiano & maximiano impatorib⁹ prefecto & iudice draco: qui p̄fectus dū felicē presbyterū teneri fecisset: & ad deorū sacrificia inuitasset: illeq; sacrificare nullaten⁹ acquieuisset: iussit illū i equuleo leuari: & dudū torqueri: deinde extra ciuitatē uia ostien̄ duci: & ibidē gladio capite truncari: corpus quoq; ei⁹ inhumatū lupis & canib⁹ derelinqui. Data sententia obuius fuit ei quidā xp̄ian⁹ hominib⁹ quidē incognitus: deo uero manifestus. Hic cū didicisset: q̄ btūs presbr̄ iussus fuisset duci: se eadem lege & xp̄ianū eē publice p̄clamauit. Mox & ip̄e ab officio p̄prehensus: piter dato sibi prius pacis osculo cum beato felice decollatus est. Hui⁹ nomen quia christiani nō inuenerunt: adauctum eum postmodum appellauerunt: eo q̄ sancto martyri felici auctus sit ad coronam: ipsiq; pro confessione fidei corona sit aucta: passi sunt autem tertio calendas septembris.

¶ De sanctis terentiano & flacco martyribus. CXXXVI

Terentianus ep̄s & flaccus martyres passi sunt tēpore hadriani imperatoris apud ciuitatē tudertū sub leciano p̄consule tuscie: qui terentianū cōprehensum & sacrificare nolentem: deosq; demonia affirmātē: lapidibus ore cōtundi fecit: & cum idola ei oblata cōminuisset: & sacerdos idolorū in faciem suā corruisset: iussit p̄cōsul sanctum in equuleo leuari: & scorpionibus grauiter cedi: ignēq; ad latera eius apponi. Qui cū oia patienter toleraſſet: fecit linguā eius precidi & pedibus cōculcari: ille uero dū nihilominus xp̄m diserta uoce p̄siteret: p̄consul mutus efficitur: ac si eius nō sci lingua p̄cisa fuisset: & annuēs manib⁹: q̄ loquelā amiserat: post modicū expirauit. Luci⁹ uero & sauin⁹ ei⁹ assessores terentianū carceri māciparūt. Altera uero die cū duceret ad fo: occurrit ei flaccus idolorū sacerdos: qui cec⁹ effect⁹ fuerat: sed diuina reuelatione monitus erat: ut ad sanctū p̄ lumine recupando recursum haberet: quē sanct⁹ ad xp̄m cōuersum baptizauit: & illuminauit. Ambo igitur a militibus tenti sunt: & iuxta flumen secus murū ciuitatis decollati. ȝ. calen. septembris. Quorū corpora exupantius p̄sbyter & laurentia i somnis diuinitus admonita sepelierunt octauo miliario a ciuitate tuderto: in loco qui dicitur petroso.

¶ De sancto firmino epō. CXXXVII

Firminus epūs ambianen̄: que ab ambitu flumis ambianū dr̄: ipsi⁹ ciuitatis oriund⁹ fili⁹ fuit fausti ani nobilissimi uiri: q̄ in honorē sci firmini martyris filiū suū ȝ firminū uocauit: de quo firmino martyre habet infra. 7. calē. octobr̄. Hic bone indolis puer etate p̄cedēte p̄ incremēta uirtutū crescens: fact⁹ est epūs ciuitatis: q̄ populū uerbo & exēplo in uiā salutis direxit: & ab oi gēti litatis errore urbem purgauit: atq; supra sepulchrū sci firmini martis ecclesiā dei genitricis p̄struxit. & p̄secrauit: in qua dū i die scō pasche celebraret: celis aptis palmā sibi de supius illampsam aspexit: & ab eo die ab oi carnis inquinamento & motu mūd⁹ pmānsit. Quieuit in pace. ȝ. calen. septēbris: sepultus in ecclesia supradicta: cui successerunt sācti honoratus: de quo. i7. calē. febr̄. & saluius: de quo. ȝ. idus ianuarii.

¶ De scō felice p̄sbr̄o & p̄ses. CXXXVIII

Felix presbyter & confessor apud nolam ciuitatem campanie claruit: cuius pater hermias duos filios habens felicem & hermiam substantiam suam soli felici dereliquit: hermiam uero exheredauit. Felix uero omnes facultates fratri dimisit: & spiritualibus disciplinis se dedit: qui sub sancto maximo nolano episcopo officium lectoris deinde exorciste gradum accepit: ac demū per alios ordines ad sacerdotii honorem p̄uenit. Cum autē christianorū persecutio deseuiret: maximus ep̄s iam senex ecclesiā suā felici p̄sbytero cōmendauit: & ad montiū deserta secessit. Cūq; felix p̄dicationi isisteret: a paganis detinetur: & in carcerem nudus

uinculatur: atq; testarū ei fragmina subster nuntur. Nocte uero ipsi diuinitus lux effulsit: angelusq; ei astitit: & de custodia ruptis catenis eduxit: atq; ad requirēdu3 eius ep̄m ad mōtana transmisit. Qué dudū requisitū: felix tandē fame deficiētem iuenit: & ex dolore tristis igemuit: quia nec unde calefaceret senē algentē habebat: nec unde aleret fame deficientē uidebat. Cui xp̄s mox oráti subuenit: qui de spinosis sentib⁹ media hyeme uuā produxit. Cuius liquoré sup os senis exp̄sit: moxq; ille resūptis faucib⁹ respirauit. Et postq̄ alter i alterius amplexus ruit: felix senioré i humeris suis tulit: & ad cellulā suā perduxit atq; refecit. ¶ Et cū itez progressus xp̄m predicaret: & gregē dñi p̄fortaret: gentiles armati: ut eum caperēt domū eius circūdederunt. Qui egressus per medium illoz transiuit: ita ut eū uidentes nō agnoscerent: ip̄mq; quasi aliu3 de felice iterrogarēt. Ad macerie ergo deserte locū declinauit: statimq; aditum tela ita aranea texit: ut nullus hominū illuc ingredi potuisse quis putaret: quādo unius muscę ipetum tremulus sinus aranee tele ferre nō posset. S3 post absceſſu3 hostium felix egressus ad domū cuiusdā uidue secreto puenit: & apud ip̄am aliquo tempore latitauit. Et dum ex nimia siccitate estiuo tēpore in eius puteo aqua defecisset: orante scō pluuia larga descendit: & puteū abundanter repleuit. Sicq; in eo ardoré fidei duplicauit: uez; postq̄ ecclesie pax reddita est: p̄fessor dñi de latebris prodiit: & populum suaui predicationis eloquio i dño confortauit. Qui deo grās agebāt: q; ip̄m quem extinctum putabāt in persecutione conseruasset.

¶ Cum aūt maxim⁹ ep̄s ad dñm migrasset: populusq; omnis felicem in ep̄m elegisset: ille oīno ep̄ari recusauit: & qntū presbyteru3 elegi fecit. Sub quo & ip̄e presbyter meritis & uita laudabiliter uixit: & post lōgos agones in dño feliciter requieuit pridie cal. septembris. Cuius corpus apud nolam tumulatum iacet: & signis irradiat.

¶ De scō paulino ep̄o & mr̄e. CXXXIX.

PAulinus ep̄s treuereñ & mr̄ claruit tp̄e p̄stantii iaptoris. Qui tēpore arriane ifestatiōis a cōstantio prefato ob fidē catholicā exilio relegat⁹: & usq; ad mortē p̄p xp̄i nomē hinc inde mutādo exilia fatigatus tandē apud phrygiá defūctus btē passionis coronā p̄cepit a dño pridie cal. septembris. Hec ado in martylogio suo.

¶ De scō aristide p̄fesſo. CXL

ARistides p̄fessor claruit apd athenas sub hadriano impatore. Qui philosophus eloquētissim⁹ fuit: fide sapiētiaq; clarissim⁹: & xp̄iane religionis pietate imbutus. Hic hadriano principi librum apologeticum pro fidei nostre ratione conscripsit & obtulit: & q; christus iesus solus esset deus coram ipso imperatore luculētissime perorauit: eo uidelicet tempore quo quadratus uir insignis libellū similem eidem cesari presentauit. Qui & in eadem ciuitate diem extremum in pace concluſit pridie cal. septēbris. Hec hieronymus in libro de uiris illustribus.

¶ De scō optato episcopo. CXLI.

OPtatus episcopus milesitanus natione apher claruit imperantib⁹ ualentiniano & ualēte augustis. Qui fidei pugil & doctor egregius aduersus donatiane partis calūniam libros. vi. edidit: in quibus donatistarum crimē falso in nos retorqueri asseruit. Qui & sanctitate & uita non infimus apud antisiodorū in pace quieuit pridie cal. septembris. Hec hieronymus ubi supra.

¶ Explicit liber septimus.

¶ Incipiūt capitula libri octaui.

De sancto iosue propheta & duce i
De sancto caleph ii
De sancta raab meretrice iii
De sancto othoniele iudice iiii
De scō haioth iudice v
De sanctis delbora prophetissa & barach iudicibus vi
De sancto gedeone iudice vii
De sancto thola iudice viii
De sancto iahir iudice ix
De sancto iepthe iudice x
De sancto abesan iudice xi
De sancto ahyalon iudice xii
De sancto abdone iudice xiii
De sancto sampsone iudice xiiii
De sancta ruth uidua xv
De sancta anna prophetissa xvi
De sancto prisco discipulo xvii
De sancto egidio abbate xviii
De sanctis duodecim fratribus martyribus xix
De sancto lupo episcopo xx
De sancto uiuardo episcopo xxi
De sancto bercario abbate & mr̄e xxii
De sancto agilo abbate xxiii
De sancto antonino martyre xxiiii
De sancto mederico abbate xxv
De sancto cosma confessore xxvi
De sancto elpidio episcopo xxvii
De sancto elpidio abbate xxviii
De sanctis euphemia & sociabus uirginibus & martyribus xxix
De scā seraphia uirgine & martyre xxx

De ſancta plebe diſcipula xxxi
De ſcō antidio epō & martyre xxxii
De ſcis antonino & ariſteo mr̄ib⁹ xxxiii
De ſcō moyſe ꝑpheta & duce xxxiiii
De ſcō muſeo preſbytero xxxv
De ſancto marino ꝓfeſſore xxxvi
De ſcō marcello martyre xxxvii
De ſancto bertino abbate xxxviii
De ſcō uictorino epō & martyre xxxix
De ſcō uictorino ꝓfeſſore xl
De ſancto zacharia ſacerdote xli
De ſancta zacharia ꝑpheta xlii
De ſcō oneſiphoro diſcipulo xliii
De ſanctis donatiano preſidio & ſo-
ciis martyribus xliiii
De ſancto eleutherio abbate xlv
De ſancto ioanne martyre xlvi
De ſancta regina uirgine & marty. xlvii
De ſancto euurcio epō xlviii
De ſcō dunſtano epō xlix
De ſancto clodoaldo p̄ſbytero l
De natiuitate ſcē marie uirginis li
De ſanctis hadriano & ſociis marty-
ribus lii
De ſcō hadriano papa & ꝓfeſſore liii
De ſancto corbiniano epō liiii
De ſanctis dorotheo & gorgonio mar-
tyribus lv
De ſancto dorotheo abbate lvi
De ſcō ſergio papa & ꝓfeſſore lvii
De ſancto audomaro epō lviii
De ſcō hilario papa & ꝓfeſſore lix
De ſanctis nemeſiano & felice & ſo-
ciis martyribus lx
De ſanctis ſoſthene & uictore mar-
tyribus lxi
De ſanctis proto & hiacyntho mar-
tyribus lxii
De ſancto helia abbate lxiii
De ſancto helia alio abbate lxiiii
De ſancto uenerio abbate lxv
De ſcō uenerio alio abbate lxvi
De tranſlatione corporis ſancti her-
macore lxvii
De ſancto hiuentio epō lxviii
De ſancto hiuentio preſbr̄o lxix
De ſancto niceta martyre lxx
De ſancta bona uirgine lxxi
De ſcō philippo epō & martyre lxxii
De ſancto ligorio martyre lxxiii
De ſcō amato abbate lxxiiii
De ſcō maurilio epō lxxv
De exaltatiōe ſancte crucis lxxvi
De ſcō cornelio papa & martyre lxxvii
De ſcō cypriano epō & martyre lxxviii
De ſcō tobia iuſto lxxix
De ſancta iudith uidua lxxx
De ſcā heſter regina lxxxi
De ſcō nicomede preſbr̄o & marty. lxxxii
De ſancto ualeriano martyre lxxxiii
De ſcā euphemia uirgie & martyre lxxxiiii
De ſcis lucia & geminiano mr̄ib⁹ lxxxv
De ſcō lampto epō & martyre lxxxvi
De ſcō tharraſi ꝓfeſſ. lxxxvii
De ſcis emiliano & hieremia mr̄ib⁹ lxxxviii
De ſcis uictore & ſtephana mr̄ib⁹ lxxxix
De ſcō methodio epō & martyre xc
De ſcō fereolo martyre xci
De ſancto flocello martyre xcii
De ſcō ianuario epō & ſociis mr̄ib⁹ xciii
De ſancto goderico epō xciiii
De ſcis peleo & nilo ep̄is & mr̄ib⁹ xcv
De ſcis felice & ꝓſtantia mr̄ibus xcvi
De ſanctis fauſta uirgine & euilaſio
martyribus xcvii
De ſcō priuato epō & martyre xcviii
De ſcō eulogio preſbytero xcix
De ſcō mattheo apl̄o & euāgeliſta c
De ſancta iphigenia uirgine ci
De ſanctis alexandro epō & herculi-
ano martyribus cii
De ſcis mauritio & ſociis mr̄ibus ciii
De ſancto ſiluano epō ciiii
De ſancto ſiluano abbate cv
De ſcō ione preſbytero & martyre cvi
De ſcō florentio preſbr̄o cvii
De ſcō ſantino epō. cviii
De ſcō lino papa & martyre cix
De ſcā thecla uirgine & martyre cx
De ſcō ꝓſtantio ꝓfeſſore cxi
De ſancto ꝓſtantio epō cxii
De ſancto ſoſio martyre cxiii
De ſcā ſalaberga abbatiſſa cxiiii
De ꝯceptione ſci ioānis baptiſte cxv
De ſanctis andochio thyrſo & felice
martyribus cxvi
De ſcis. 49. martyribus cxvii
De ſcō cleopha diſcipulo cxviii
De ſcō firmino preſbr̄o & martyre cxix
De ſcō herculiano martyre cxx
De ſanctis cypriano epō & iuſtina uir-
gine & martyre cxxi
De ſcō euſebio papa & martyre cxxii
De ſanctis coſma & damiano & ſoci-
ciis martyribus cxxiii
De ſcis floretio & hilario mr̄ibus cxxiiii
De ſcis adulfo & ioāne mr̄ibus cxxv
De ſancto forſeo epō cxxvi
De ſancto uincellao martyre cxxvii
De ſancto maximo martyre cxxviii
De ſcō exuperantio epō cxxix
De dedicatione baſilice ſci michaelis
archangeli cxxx
De ſcō maximo epō cxxxi
De ſcō hieronymo p̄ſbr̄o & doctor cxxxii
De ſcō antonino martyre cxxxiii
De ſanctis uictore & urſo mr̄ibus cxxxiiii

¶ Expliciūt capitula octaui libri.

¶ Incipit prologus libri octaui.

OCtauꝰ liber pñtis catalogi ꝓtinet gesta & passiões illoꝝ ſcõꝝ quo rũ festiuitates occurrũt infra tps quo repñtat eccleſia propagatio nem filioꝝ qui fuerunt ipſius ec cleſie conſeruatores: quales fuerunt ſci ꝓſeſ ſores. Hoc aũt tẽpus ẽ a calẽ. ſeptẽbris uſq; ad cal. octobris. Et hoc ſub figura ſanctoꝝ: Iob: Tobie: Eſdre: Iudith: & Heſter: quorũ tunc gesta recoluntꝰ: ꝓfeſſoꝝ patiẽtiã & ſanctitatem denotantia: qui i tribulatiõe poſiti: mundũ carnem & diabolũ triũpharunt. Ad ipſius igiꝫ tpris feſta pertractanda trãſeun dum eſt. ¶ Et notandum ꝙ qa oẽs iudices iſ rael: qui fuerunt poſt moyſem ante reges ge neraliter i catalogo ſcõꝝ ueteris teſtamẽti i diuina ſcriptura ꝓnumerantꝰ: & duorum ex ipſis ſolummodo: uidelicet ioſue filii nun & gedeonis: feſtum in cal. ſeptẽbris recolitur: quo uidelicet die ipi ambo diuerſis tempori bus quieuerunt: ut hieronymus ſcribit: reli quoꝝ aũt predictoꝝ ſcõꝝ dies dormitionis necubi reperiuntꝰ: Iccirco gra duoꝝ ꝑdicto rum gesta ẽt reliquoꝝ iudicum: qui oẽs ſan cti fuerũt i cal. ſeptembris ꝓſcribere uolui: ut gesta eoꝝ: quoꝝ dies icertus habeꝫ: hiſto riis ꝓſocioꝝ: quoꝝ dies hic agiꝫ: merito co pulentur. Acta etiã quorũdã alioꝝ eiſdẽ iu dicibus ꝓtemporaneoꝝ: quoꝝ ſimiliter feſti uitates certos dies ñ habẽt: ut raab: caleph: & ruth: preſatis iudicũ hiſtoriis inſerendo.

¶ Incipit liber octauus a cal. ſeptẽbris uſq; ad calendas octobris.

¶ De ſcõ ioſue propheta & duce. Ca. I.

IOſue propheta & dux populi iſrael ſiliꝰ nun alio noie diꝯ ieſus filiꝰ naue de tribu effraĩ moy ſi prophete: & duci eiuſdem populi in ducatu ſucceſſit: de quo diceꝫ itra in eiꝰ feſto pridie noñ ſe ptembris. Hic moy ſe defuncto cum po pulus eſſet ultra iordanẽ ꝓtra hiericho: lo quente ſibi dño mãdauit populo ut ꝓparent ſe ad tranſeũdũ iordanẽ. Miſitq; duos explo ratores de ſethim in hiericho: qui ſub ſimu latione fatuitatis explorauerunt terram: & ad domum raab meretricis declinauerunt: quos illa abſcõdit a facie nunciorũ regis hie richo querentium eos: & per muꝝ nocte di miſit: ut diceꝫ infra in eius legẽda. Reuerſis ergo exploratoribus ad ioſue: tribus tranſa ctis dieb⁹ precepit ioſue ſacerdotib⁹: ut tol lerent arcam dei: & intrantes cũ ea iordanẽ: omnẽ populum precederent. Cũq; itraſſent ſacerdotes aquam quã penitus immeabilem iueuerant: eo ꝙ plus ſolito excreuiſſet: ſtete runt aque deſcendẽtes ad inſtar montis in tu meſcentes uſq; ad locum q diciꝫ ſarathan: i feriores uero aque in mare mortuũ deſcẽde runt: ſicq; ſiccato fluuio omnis populus per arentẽ alueũ ptranſiuit. Tulitq; ioſue. xii. la pides de alueo i ſiccum: & alios. xii. de ſicco in alueũ reportauit: in miraculi teſtimoniũ. Et cũ trãſiſſet populus reuerſe ſunt aque ad locuꝫ ſuũ. Deinde ioſue filios populi: q erãt incircunciſi: dei mandato circũcidi iuſſit in galgalis. Et fecerunt ſaſe. 14. die mẽſis primi i cãpeſtribꝰ hiericho: & comederunt de fru ctibꝰ terre: eo ꝙ ſibi mãna defeciſſet: quo ꝑ deſertuꝫ aliti fuerãt. 40. ãnis. Poſt hec ioſue mãdauit arcam dei. 7. diebꝰ circũduci circa muros hiericho: precedẽtibꝰ. 7. ſacerdotibꝰ & clangẽtibꝰ. 7. tubis: oiq; populo armato ſubſequẽte. Septimo uero die poſt ſeptimã circuitionẽ: uociferãtibꝰ cũctis: muri hieri cho funditus corruerunt: & intrauit quiſq; ꝑ locum q contra ſe erat: & interfecerunt oẽs uiuentes in ea: & ꝓbuſſerunt eã: & omnẽ ſu pellectilẽ eius: ſola raab cũ domo ſua reſer uata. Mandauerat aũt dñs ꝑ ioſue ut nemo aliquid de hiericho tolleret: ſed oia uelut a nathemata igne ꝓſumerent. Achor aũt filius carmi de tribu iuda: latẽter tulit regulã au reã & chlamydẽ coccineã ꝓtectã auro: & ab ſcõdit humo. Cũ aũt miſiſſet ioſue tria milia uiroꝝ ad expugnãdã ciuitatẽ hahi pcuſſi ſũt a uiris hahi & ceciderũt ex eis. 36. uiri. Cõtri ſtatuſq; ioſue orauit ad dñm. Cui dñs rñdit ꝙ non eẽt cũ populo donec mũdaretur ana thema. Iuſſitq; hoc ſorte ſcrutari. Ioſue autẽ omni populo ꝓgregato ſortes miſit. Et pri mo ꝑ tribus inuenit ſors tribũ iude: deinde ꝑ familias inuenit familiã zare: deide per do mos domũ carmi: deinde per capita caput a chor: Qui confeſſus peccatum ſuũ ab omni populo eſt lapidatus: & omnis domus eius interfecta: omniſq; ſubſtantia eius exuſta. Quo facto ioſue de mandato dei aſcendit cõ tra ciuitatem hahi: ptemq; exercitus in inſi diis collocauit poſt ciuitatẽ. Cuꝫ reliqua ue ro ꝑte ciuitatẽ agreſſus ẽ. Et cũ aliq̃diu pu gnaſſent populus cũ ioſue terga uertentes: arte ſimularunt fugã. Rex aũt hahi cũ oi po pulo egreſſus eos inſecutus eſt. Et cũ eos lõ gius traxiſſent ab urbe: ſurrexerunt: q erãt in inſidiis: & ingreſſi ciuitatẽ nemine reſiſtẽ te eã incenderunt. Ioſue uero retrocedente & inſidiis ciuitate egreſſis: hoſtes ex utraq; ꝑte ꝓcluſi interfecti ſunt. Omniſq; populus

inuentus in urbe occisus est: & ciuitas igne ꝑsumpta: omnia quoq; bona ciuitatis populo in predā diuisa sunt. Rex etiā ciuitatis hui in patibulo suspensus interiit. ¶ Gabaonite uero uidentes: quod fecerat israel de duabus ciuitatib⁹: timuerunt ualde: & missis ad iosue & populū nunciis inierūt cū eis fedus: quibus filii israel iuramento ꝑfederati sunt. Et facti sunt gabaonite eoꝝ serui lignorum cesores & aque portitores in perpetuū ¶ Adonisedech aūt rex hierusalē audiēs gabaonitas ꝑfederatos filiis israel: conuocatis secū quattuor regib⁹ amorreoꝝ obsedit gabaon. Quod audiēs iosue collecto exercitu repente irruit super eos: & uersi sunt in fugā per descensum bethoren. Misit deus grandinem sup eos: & plures occidit grādo q̄ gladius. Vidēs aūt iosue solē descēdētē ad occasum: & lunam ascendentē: timens ne beneficio noctis hostes euaderent: p̄cepit soli ꝓtra gabaon & lune cōtra uallē hahilon: ne moueren̄. Steteruntq; sol & luna spatio unius diei: nec fuit ante & postea tam longa dies. Tunc q̄q; reges se absconderunt in spelūca maceda. Ad quoꝝ custodiam iosue uiros dimisit. Cesis quoq; & deletis oībus aduersariis: iosue quinq; reges ꝓductos in patibulis suspendit. Eodem quoq; die percussit macedan i ore gladii: postea uero uastauit lebnā & lachin: eglon: & hebron: & dabir: & fuersus est ad castra in galgala. ¶ Iabin aūt rex assor ꝑgregatis. 24. regib⁹ cū turmis suis habentibus secū. ccc. milia armatoꝝ &. ii. milia curruum pugnauit cū iosue & populo israel: sed deuict⁹ est iabin & oēs sui occisi p̄ter eos qui se receperunt in urbes & castra munitissima. Fecerāt enim chananei plures munitiones perualidas a die qua audiuerāt egressum israel de egypto aduersuꝫ eos: nec eas nisi longo tempore & graui labore obtinuerunt hebrei. Vastauit tamē iosue uniuersam circa regionem nulli etati parcēs aut sexui: & ditat⁹ est israel supra modū ex hostiū preda. Quintus aūt annus iam transierat: & iosue transtulit a galgalis locū tabernaculorum in silo: & illuc transtulit tabernaculū cum oi ornatu suo pro loci opportunitate. Et inde ꝓcedens in sichem cōstituit in monte ebal altare dño de lapidibus impolitis: offerens sup illud holocausta: scripsitq; super eo deuteronomium: quod quidā intelligunt mandata deuteronomii: deinde rediit i silo. ¶ Post hec ꝓcessit iosue tribui iuda montana ad meridiem: que iam acquisierāt: sed nō dū sorte tradidit. Effraim quoq; cōcessit mōtana ad aquilonē: inter utrūq; ponēs dimidiam tribū manasse. His trib⁹ tantū cōmisit terram aliis in castra manentib⁹: tum qa belli coſe erant: tum qa digniores. Sciebat enī iude regnū esse ꝓmissum: & manasse & effraim benedixisse iacob ꝓ beneficio ioseph patris eoꝝ. Dedit aūt effraim extra sortē agrum sichem: quem dederat iacob singulariter ioseph filio suo: & sepeliuit in eo ossa ioseph: que attulerat de egypto. Ipse enī iosue effrateus erat. Dedit etiā caleph filio iephone hebron in possessionem: & quieuit terra a p̄liis ¶ Iteꝝ aūt cōuocauit iosue populū in silo: & assumpsit de singulis tribubus tres uiros ad ꝓsiderandū terrā: ut eam sorte diuideret: deditq; eis singulis. io. uiros metiendi pitos: mandans ne ꝑm quantitatē terram metirent̄ sed ꝑm estimationē felicis terre. Qui circūeuntes terram & mēsurantes septimo mēse reuersi sunt ad eum in silo: Proiectisq; sortib⁹ Prima sors iude egressa est. Secunda symeonis. Tertia beniamin: que sors angustissima fuit ꝓpter terre fertilitatē. Quarta effraim. Quinta medie tribui manasse. Sexta isachar Septima zabulon. Octaua aser. Nona nepthalim. Vltima dan. Ruben aūtē & gad & dimidia alia tribus manasse uiuente moyse in sortem habuerant terrā galaad trans iordanē. Sed & leuitis sepauit. 48. ciuitates ad inhabitādū. Filii aūt ruben & gad & dimidia tribus manasse transeuntes iordanē in locū sortis hereditatis sue: edificauerunt iuxta iordanem ad tumulos altare mire magnitudinis: quod iosue & alii qui citra iordanē erant audientes: uoluerūt eos dispdere: & insurgere ꝓtra eos: putantes q̄ altare erexissent: ut sup eo uictimas imolarent: quod nō licebat nisi sup altare tabernaculi. Sed ꝓ nuncios suos eisdē missos inuenerunt: q̄ altare fecissēt: nō in sacrificiū sed in testimoniū: ne uideret̄ alter popul⁹: eo q̄ trans iordanē esset ex loco diuisus. Et sic inuenientes eos rectā habere intentionē ad dñm: retēti sunt & laudauerunt eos. ¶ Cū āt iosue una cū populo iteꝝ i silo ꝑgregato cū dño sed⁹ inisset: omiaq; recte disposuisset: cū eēt annoꝝ. iio. in pace requeuit Nā annoꝝ. 44. accessit ad moysē: &. 40. ānis eidē in deserto seruiuit: & sic ꝓ ānos. 26. populum rexit: q & i dño obdormiuit calē. septēbris: & sepultus est in tamnathsara: que sita est in monte effraim. Hic enī uti uir sanctissimus ecclesiastici. 46. caꝑ. &. 2. macha. 2. caꝑ. inter ueteris testamēti scōs spēali laude predicat̄: & i aliis plerisq; diuine scriptu re locis cōmendat̄. Hec de libro iosue: & ex chronicis iosephi & hieronymi: & petri comestoris: atq; guilelmi.

¶ De scō caleph. II

Caleph fili⁹ iephone de tribu iuda uir sanct⁹: q ecclesiastici. 46. caꝑ. &. 2. mach. 2. inter scōs prisci tēporis cōnumerat̄. Hic fuit unus ex. 12. exploratorib⁹: quos

moyſes de deſerto pharam miſit ad explorã dum terrã ꝓmiſſiõis. Qui una cum ioſue filio nun de tribu effraim populũ redtẽs ꝓfortauit:ut ad terrã iſpam ꝓgerẽt obtinẽdã. Ceteris pauore formidãtib⁹: & filios iſrael de terrẽtibus. Et murmuráte oi populo. Iurauit dñs:q; nemo illoꝝ qui ex egypto egreſſi fuerãt a.20.ãnis ſupra ad terrã iſpam introirent:ꝑter duos ꝓnoiatos uiros caleph:uidelicet & ioſue:Quod & ita cõtigit:populo in deſerto.40.ãnis morã trahẽte:donec oĩs natio illa mortua eſt. Propter hoc meritum caleph non ſolũ meruit reſeruari:ut ad terraꝫ intraret promiſſam:ſed i hebron poſſeſſionẽ ſpalẽ obtinuit. In quam aſcendens tres filios enach ꝓcuſſit. Et ciuitatẽ dabir que pri⁹ uocabaſ cariathſepher.i.ciuitas lr̃aꝝ obſedit. Quá cũ inueniſſet munitã:promiſit:ut q̃ primus eã capet: daret ei filiã ſuã in uxorẽ. Et accepit eá othoniel filius cenies fris caleph minor: qui & poſt ioſue prim⁹ iudex fuit in iſrael. Cui caleph natã axan in ꝓiugẽ dedit: & urbẽ in poſſeſſionẽ cum agris irriguis ab utraq; ꝑte. Et poſt multos ãnos caleph in ſenectute bona quieuit:& ſepult⁹ eſt in hebrõ Hec unde ſupra.

¶De ſcã raab meretrice. III

RAab meretrix cui ſcitas iacobi epiſtola ſo.ca.& ad hebr̃.xi.ꝓmemoraſ:i nũero ſcãꝝ mulieꝝ uetꝰ teſtamenti ex ipo euangelio matth.i.ca.ꝓnumeraſ. Ad hui⁹ domũ declinauerũt ueſpe duo exploratores quos ioſue miſit ad ꝓſiderãdũ ciuitatẽ hiericho:ut ſupra dictũ ẽ i geſtis ioſue. Hec erat meretrix:ad quã ꝓſidentius:q̃ſi ad miſcendũ ſecũ:exploratores ingredi potuerũt:domuſq; eius iũcta erat muro & porte ciuitatis. Cũ aũt rex hiericho de miſſis exploratorib⁹ audiſſet:& q; ingreſſi eẽnt domũ raab ꝓpiſſet: miſit ad eã: ut eos educeret. Que abſcondit eos in ſtipula lini quã ſiccabat ſupra murũ mẽtiẽs eos egreſſos dũ clauderet porta. Dixitq; nũciis ut eos ꝑ uiã iordanis ꝓſequerentur:Tunc aſcẽdẽs ad exploratores:narrauit que dixerat nũciis regis petẽs ab eis:ut quãdo deus traderet eis hiericho capiẽdã ꝓſeruarent eam. Quod exploratores mulieri ꝓmiſerũt cũ iuramento. Tunc dimiſit eos mulier de feneſtra ꝑ murũ cũ fune coccineo. Deditq; eis ſignũ funẽ iſm in feneſtra ligatũ:ut cũ capetur ciuitas:ex ſigno populus cognoſceret domũ illã eẽ ſeruãdã. Et dimiſſi nuncii ad ioſue redierũt:& ei: que geſta fuerãt: narrauerũt. Ioſue uero & maiores populi ꝓmiſſionẽ exploratoꝝ ratã habuerũt:unde & capta hiericho atq; deleta: ſola domus raab cũ omnib⁹ ſuis itromiſſis ꝓſeruata eſt. Quã proceſſu tpris ſalmon princeps tribus iuda duxit i uxorẽ:ex qua genuit booz:& ex qua dei filius ſm carnẽ eſt ꝓpagatus. Et hec i coloniã iudeoꝝ trãſiẽs laudabili fine q̃uit.

¶De ſcõ othoniele iudice. IIII.

OThoniel iudex fili⁹ cenies fratris caleph ſupradicti de tribu iuda: primus poſt ioſue i iſrael iudicauit. Nã cũ ioſue mortuo ſurrexiſſent alii in filiis iſrael:qui nõ uiderant uirtutes dñi:quas fecerat i dieb⁹ moyſi & ioſue:fecerũt malũ in conſpectu dñi:& ſeruierũt baal:& aſtaroth:& diis terre:ꝓtraxeruntq; ꝓiugia cũ alienigenis. Quãobrem idignata diuinitas nõ deleuit gẽtes de medio eoꝝ:ut eẽnt eis i aculeum & laborẽ. Traditq; eos deus in manus chuſan raſathaiꝫ regis meſopotamie & ſyrie: ſeruieruntq; ei.8. annis: & clamauerũt ad dñm: qui ſuſcitauit eis liberatorẽ othonielẽ: & fuit dñs cũ eo:& pugnauit aduerſus chuſan raſathaim: & oppreſſit eum:& liberauit populũ. Quieuitq; terra ꝑ annos .40. quib⁹ othoniel iudicauit populũ. Et mortuus ẽ othoniel i pace.

¶De ſcõ haioth iudice. V.

HAioth filius gerra ſ̃lii gemini de tribu effraim ſm guilelmuꝫ:ſm uero comeſtorem de tribu beniamin: ſs iudex poſt ioſue i iſrael iudicauit: mortuo eñi othoniele eglon rex moab adiunctis ſibi filiis amon & amalech:trãſiẽs iordanẽ pcuſit filios iſrael: & poſuit idola ſua i galgalis:ubi ſolebat eẽ tabernaculũ:fecitq; ſibi domũ i urbe palmarum.i.hiericho:& ſeruierũt ei filii iſrael.18. annis: & clamauerũt ad dñm: qui ſuſcitauit eis haioth:qui utraq; manu pro dextera utebatur. Miſerũtq; filii iſrael munera eglon regi ꝑ manũ haioth: qui fecit ſibi gladiũ anciꝑitem longitudinis palme unius man⁹:& accinctus eſt eo i femore ſubter chlamydem. Erat aũt eglon craſſus nimis. Cũq; obtuliſſet ei munera & diſceſſiſſet ab eo cuꝫ ſociis: reuerſus itez; ſolus ait ad regẽ:q; uerbũ haberet ei ſecreto explicandũ. Egreſſiſq; omibus qui cũ rege erãt extẽdit haioth manum ſiniſtrã:& tulit ſiccam de dextro femore:& i ſixit in uentrẽ ei⁹:nec eduxit eã:ſed dimiſit i corpore. Clauſiſq; hoſtiis ꝑ poſticum egreſſus fugit. Serui uero regis poſt longã morã intrãtes iueneruntregẽ mortuũ iacentẽ. Venitq; haioth i ſarath: & inſonuit buccina in mõte effraim & ꝓgregatuſ iſrael:deſcẽderũt cũ eo ad iordanẽ:& uolẽtes tranſire moabitas pcuſſerũt ex eis decẽ milia:et humiliat⁹ ẽ moab ſub manu iſrael. Et q̃uit terra.80. ãnis:quib⁹ haioth iudicauit:q & i pace mortuus ẽ ſenex:& poſt hec de philiſteis uolentib⁹ itrare iſrael:quidã ſangar occidit ex eis ſexcentos uomere uno: nec tñ inter iudices

computatur:quia eodē anno uitam finiuit.

¶De scā delbora prophetissa. VI

DElbora ꝑphetissa de tribu effraim & uir eiꝰ barach siue laphidoth de neptalim tertii post iosue in israel iudicauerūt.Cum eni post mortē haioth filii israel fecissent malum in ꝓspectu dñi :tradidit eos dominꝰ in manꝰ iabin regis chanaam:qui regnabat in aser:& habuit quendā sisaram ducē exercitus sui.Ipse autē habitabat in aseroth gentium:qui oppressit filios israel per annos uiginti:& clamauerunt ad dñm.Erat aūt delbora ꝑphetissa:que habitabat in monte effraim sub palma:& ascendebant ad eam filii israel ad querēdū iudicium.Que uiꝝ suū aduocans ex precepto dñi dixit ei : ut duceret exercitum in montē thabor cōtra sisarā ducem exercitus iabin . Qui assumptis pugnatoribꝰ decē milia ḋ nepthalin & zabulon cū ipsa delbora iuit in montē thabor.Sisara uero exercitum ꝑgregauit ad torrentem cison ccc.miliū armatoꝝ. Descēdēteq; barach de monte cū suis stante delbora in monte ad orationē:perterruit dñs multitudinem sisare uento grandine niue & pluuia: que cadebāt in facies eoꝝ:ita ut arcus & fundibule inutiles fierent:& plurimi de equis & curribꝰ excussi conterebant̄.Sicq; cōuerso i fugam exercitu sisare:ipse de curru exiliens fugit ad domum cuiusdā mulieris noie iahel:que habitabat in ualle senam iuxta cedes:que fugientem rogantēq;:ut iꝑm celaret suscepit : & petenti poculum dedit lac:ut grauiꝰ obdormiret.Dormienti uero clauuꝫ ꝑcussum malleo per utrūq; tempus īmisit:& in terram cō fixit:& barach post paululū uenienti ostendit.Barach uero exercitū ducēs usq; ad asor obuiū sibi regem iabin interfecit:& ciuitatē euertit.Et sic quieuit terra hebreoꝝ per annos quadraginta:quibus iudicauerunt delbora cum uiro suo barach:qui & in pace sepulti quieuerunt in terra effraim.

¶De scō gedeone iudice. VII

GEdeon iudex filius ioas de tribu manasse:quartꝰ post iosue filios israel iudicauit. Cum eni israel i ꝓspectu dñi deliquissent : tradidit eos deꝰ in manu madian septē annis.Cumq; clamassent ad dñm.Venit angelꝰ dñi:& sedit super quercus:que erat in effra. Ager autē pertinebat ad ioas patrem gedeonis.Gedeon aūt timens aduentum hostium: excutiebat frumenta i torculari: ut haberet uiaticum ad fugam.Quē angelus salutauit: iꝑmq; ex ꝑte dei misit:ut percuteret madian Cumq; gedeon hedū coxisset : posuit carnes & azymos panes coram ăgelo:qui tetigit ea summitate uirge quā tenebat : & ascendens ignis de petra oia ꝓsumpsit:& angelus euanuit.Timentiq; ualde gedeon dñs apparuit nocte:mandās ut aram baal quā pater suus erexerat destrueret:&lucū qui erat circa eā succideret:& dño deo tauꝝ septē annoꝝ immolaret.Gedeon uero timens patrē & ciues nocte oia ꝓpleuit cū.io.ex seruis suis : inde dictꝰ est hieroboal quasi fortitudo baal : qa fortis ꝑtra eū fuit. Cumq; gedeon ꝑgregasset de tribubus manasse aser zabulon & neptaliꝫ.xxxii.milia uiroꝝ:petiit a dño signū uictorie in uellere in area posito: si nocte illa uellus ꝓplueret :area sicca remanente: & factū est ita.Sequenti nocte petiit signum in ꝓtrariū:ut area rorareť :& uellus siccū eēt: quod factū est.Venit autē gedeon cum suis ad fontē anad:& de mandato dei oēs formidolosos licentiauit:& reuersi sunt de populo.xxii.milia:& tātum.x.milia remanserūt Adhuc gedeon mādato dei populum duxit ad aquas:& oēs lābentes aquā lingua & manu sicut canes assumpsit tāq; magnanimos: reliquos aquam ore sumentes uti delitiosos dimisit:& inuenti sunt cum gedeone tantum ccc.uiri:in quibꝰ dñs predixit se traditurū madian in manu gedeonis:ne forte multitudo sibi subꝑ uictoriā ascriberet.quibꝰ assūptis & cibariis ꝑ numero & totidem tubis gedeon ad certamen ꝑperauit.¶Eadem nocte gedeon cū solo puero descendens ad castra madiā:audiuit duos uigiles secū loquētes:unūq; narrantē ꝙ uidisset somniū: panē uidelicet hordeaceū in castra madian descendēte:& ea subuertentē. Aliū uero iꝑm somnium interpretantē:ꝙ panis hordei eēt gladius gedeonis:qui uilis inter filios israel reputabatur:in cuius manu deꝰ castra madian tradidisset.His auditis gedeō animosior effectus tulit trecētos uiros:& in dextris eoruꝫ posuit tubas:& in sinistris lagenas uacuas: & in medio lagenaꝝ lampades:& ingressi ꝑ gyꝝ in tres partes diuisi circa hostiū castra in uigilia noctis medie fregerunt hydrias & lampades in sinistris tenentes clāgebant tubis:quibus omnibꝰ sonitus terribilis audiebať. Quo subito excitati hostes & turbati: nec se cognoscētes inuicē mutuis uulneribꝰ se cedebant̄:aliis in fugā conuersis usq; bersith.Viri autē qui ex.x.milibꝰ remanserant: eos persequebant̄.Effraim quoq; descendit in occursu fugiētium:& occupauit iordanē & occidit duos reges madian oreb in petra quadam:& zeb in torculari: & portauit effraim capita regum ad gedeon . Transiuitq; gedeon iordanē cū.300.uiris. Zebee aūt & salmana in ualle quiescebant:nihil aduersū suspicātes.xv.tātum de suo exercitu cesis. Gedeon autē repēte irruit sup eos:& turbato exercitu eoꝝ duos reges ꝑphēsos occidit

Et reuersus ē cum victoria magna. Et cū populus eū uellet dñꝫ ꝓstituere noluit gedeō: sed soli deo gratiā attribuēs dñm sup israel dñatuꝫ eē dixit. Ipse autē per. 40. annos populū iudicauit: quib⁹ terra quieuit. Et dormiuit gedeon in senectute bona cal. septembris. Et sepultus ē in sepulchro pris sui i effra. ¶ Post cui⁹ mortem abimelech eius filius spurius occidit. 70. filios legitimos gedeōis: & dolo atq; tyrānide occupauit regnū israel. Soluſq; ex oīb⁹ iudicib⁹ se regem nominari fecit: qui & pugnās aduersus urbem sichem oppressus a muliere que fragmē mole de muro proiecit: pessima interiit morte. Ideo & nomē eius de catalogo iudicū scōꝫ deletum ē: pp fratricidii & tyrānidis crimē.

¶ De scō thola iudice. VIII.

THola iudex fili⁹ fuha de tribu issachar: qnt⁹ post iosue filios israel. Iudicauit annis. 23. Qui licet nihil notabile fecisse legat: inter sāctos tñ iudices ꝓnumerat: i cui⁹ tpre populū hebreoꝫ pace fruitū esse credē dum est: eo q; scriptura nulli⁹ belli mentionem facit. Et fuit māsio thola i oppido samir ubi & quiescēs i pace sepultus ē.

¶ De scō iahir iudice. IX.

IAhir galaadithes de tribu manasse iudex sextus post iosue iudicauit israel annis. 22. hic habuit. 30 filios: quos fecit principes. 30. ciuitatū: quas noīe suo uocauit haiothiahir. i. oppida iahir. In cui⁹ ēt tpe terra israel pace gaudebat: nec legūt hebrei ab aliqua natiōe ꝓsecutionē pertulisse. Ex quo ēt scitas iudicis argui pōt: qui feliciter populū gubernās ad scelera ꝓsueta ruere nō permittebat: qui & in pace sepultus ē.

¶ De scō iepthe iudice. X.

IEpthe galaadithes iudex. vii⁹. p⁹ iosue iudicauit israel. Cū eni filii israel post mortez iahir fuissent diis gentiū tradidit eos dñs i manus philistiim & amū: & afflicti sunt uehemēter. 18. annis. Qui clamauerunt ad dñm & proiecerūt idola de finib⁹ suis: & doluit dñs sup miseriā eoꝫ: fuit eo tēpore iepthe galaadithes uir fortissimus pugnator: sed filius meretricis. Hic habuit uxorē de galaad de qua suscepit filios: q adulti patrē suum tanq̄ spuriū eiecerūt. Et abiit in terram thob. Et ꝓgregauit inopes & latrocinātes: & factus ē eoꝫ princeps. Tunc oppressi maiores natu israel descēderūt ad eū: & ipm i principē elegerūt: ut pugnaret pro eis ꝓtra amonitas. Et ascendēs cū eis in maspha factus ē iudex i populo. Missisq; nunciis ad regem amon: ut exiret de terra sua: illoq; exire nolēte: egressus ē iepthe ad pugnam cū exercitu suo: uouitq; dño: ut si victor rediret: quicūq; prior de domo sua sibi occurreret eū i holocaustū dño offerret. Et pcussit iepthe amonitas plaga magna: & humiliauit eos: reuertenti aūt i maspha: occurrit ei unigenita filia cū tympanis & choris. Qua uisa tristatus est ad mortē: eo q; ex uoto ipam dño imolare necesse hēret. Filia uero i nullo doluit: ꝓpter uictoriā pris: sed tantū duoꝫ mēsiū inducias petiit: ut plāgeret uirginitatē suā cū sodalibus suis. Et expletis duob⁹ mēsib⁹ rediit: & pater qđ uouerat ipleuit. Fuit tamen & stult⁹ in uouēdo & impi⁹ in soluēdo: quia obtulit holocaustū nec legitimum nec deo charū. Potuit tamē ante uotū eē bon⁹: quia irruit spūs dñi sup eū & etiā post uotū: quia & apostol⁹ ponit eū i catalogo scōꝫ i epistola ad hebr̄. Quidā aūt eum excusantes dicūt illū familiari ꝓsilio spūsci hoc feciss̄e: sicut & sampson qui semetipm occidit. Iudicauit aūt iepthe israel. vi. ānis: & quieuit i pace: & sepultus ē in ciuitate sua sebeth: que ē in galaad. Hic ab etate moysi usq; ad seipm ait supputari annos trecētos exclusis ānis. 18. afflictiōis qui precesserant.

¶ De scō abesan iudice. XI

ABesan uel esebon bethleemita de tribu iuda iudex. viii. post iosue iudicauit israel. 7. annis. Qui & populū domini i pace rexisse credit: quia nec eius tpre alicui⁹ belli i scriptura mētio habet. Qui & quieuit in pace & sepult⁹ ē in bethleem ciuitate sua.

¶ De scō hailon iudice. XII.

HAilon zabulonites iudex. ix⁹. p⁹ iosue iudicauit filios israel. x. annis. Qui & pacē oi sue uite tpre habuisse putād⁹ ē: qa neq; q cū ulla natione discordiā habuerit expressuꝫ repit̄. Et hic quiescēs i pace i ciuitate sua. Sepultus ē cū pīb⁹ suis.

¶ De scō abdon iudice. XIII.

ABdon iudex de ciuitate thecue: q ē in tribu effraim decim⁹ post iosue iudicauit i israel. 8. ānis. Sub quo etiā terra hebreoꝫ i pace quieuit: eo q; sub his ꝓfatis trib⁹ iudicib⁹ israel a dño non recessit. Et hic in pace dormiēs i sepulchro paterno sepult⁹ ē i oppido thecue ex quo fuerat oriūdus.

¶ De scō sampsone iudice. XIIII

SAmpson iudex de tribu dan ūde cimus p⁹ iosue iudicauit israel. Cū. n. filii israel corā dō peccassēt tradidit eos in man⁹ philistinorū 40. ānis: a qua suitute hoc modo liberati sūt. Vir qdā de stirpe dan noīe manue: hēbat uxorē pulchrā sz sterilē. Cui sepe orāti angel⁹ in agro appuit: & nasciturū

ex ea filium nunciauit. Mandãs ne qd ultra comederet aut biberet nisi iuxta legẽ nazareoꝝ:nã & pueꝝ nazareũ futuꝝ p̃dixit: q & israel liberaret. Et cũ hec oia uiro nũciasset: & ille uti zelotypia ductꝰ angelũ aliquẽ iuuenem suspicatꝰ eẽt:orantibꝰ ambobꝰ angelꝰ iteꝝ apparuit:& p̃dicta que dixerat coniugi manue replicauit. Attulitq; manue heduꝫ & panes angelo ut comederet : & iussu angeli hec dño in sacrificiũ obtulit:& angelꝰ ascendens in flãma dispuit. Natum aũt filiũ uocauerunt sampson.i.robustũ: creuitq; puer cito:ut iam futurꝰ ꝓpheta p̃noscereꝫ: cepitq; spũs dñi esse in illo in castris dan.i.in exercitu tribꝰ sue. ¶ Cũ aũt adoleuisset sãpson:descendit in thamnata:ut uideret solennitatem que ibi fiebat:& uisã uirginẽ philistinoꝝ cõcupiuit:quã tñ dudũ pentibꝰ renitentibꝰ accepit uxorem. Nolebãt.n.pentes: q̃ filiã alienigene in ꝓiugiũ sumeret : nescientes q̃ res fieret a dño. Cũq; descenderẽt cũ eo appuit catulus leonis in uineis oppidi: quẽ sampsõ in spũ dñi nihil in manibus habens dilacerauit q̃si hedũ:nec hoc parentibꝰ indicauit: Desponsataq; uxore cũ descenderet:ut acciperet eã:uidit cadauer leonis:i cuiꝰ ore mellificauerant apes:de quo melle sampson comedit:& dedit pentibꝰ ac uxori. Timẽtes aũt philistei robur sampsonis:dederũt ei in nuptiis.30.iuuenes robustos ꝫmõe qdẽ socios ope uero custodes:ne quid forte cõmitteret crescẽte ciboꝝ satietate. Proposuit aũt sampson sociis ꝓblema:quod si infra.7.dies soluerent:daret eis.30.uestes:sinautẽ e ̃tra ipi sampsoni ad totidẽ uestes tenerentꝫ. Fuit aũt hoc ꝓblema. De comedente exiuit cibꝰ:& de forti egressa est dulcedo. Qui cũ ꝓblema nescirẽt soluere : ad eoꝝ instantiã spõsa sãpsonis ei blandita:didicit ab eo ꝓuerbii expositionẽ:quã & sociis indicauit:qui in die.7.sãpsoni ꝓblema soluerunt: de leone & melle in ore eiꝰ inuẽto. Sãpson ergo descẽdẽs ascalonem:pcussit ibi.xxx.uiros:& uestes eorũ ablatas dedit ꝓnubis suis. Et iratus sãpsõ ex hoc ꝫtra uxorẽ:uenit ad domũ suã:que nupsit uni de ꝓnubis suis. ¶ Post dies aliquot rediẽs sampson in thamnata: iuenit coniugẽ alteri uiro nuptã:& indignatꝰ est ualde: cui cũ pater sororẽ illius pulchriorẽ loco ipsiꝰ tradere uellet:noluit sãpson:sed ꝓtestatus ẽ cõtra populũ philistinoꝝ:ut faceret eis mala:& cepit trecẽtas uulpes:& uinxit caudas caudis:& faces ligauit in medio : quas igne succẽdens misit in segetes philistinoꝝ:oẽsq; igne ꝓsumpsit:ita etiã ut uineas & oliueta incenderẽt. Quod philestei audiẽtes opꝰ fuisse sampsonis:uxorem eiꝰ & pentes cõbusserũt tanq̃ huiꝰ mali auctores. Percussitq; iteꝝ sãpson philisteos plaga magna:qui ascẽderũt ad terrã iuda:ut capent eum. Ascendentesq; uiri iuda ad sampsonẽ redarguebãt eũ:quia ipsius occasione philistei cõtra eos ascenderent:ut bellarẽt aduersum populũ. Sampsõ autẽ prius recepto sacro ab eis ne se occiderent:ꝓmisit se ligari spũ dei tactꝰ a uiris iuda:& duci ad philisteos:ut sic in eos grauiꝰ ultionẽ expeteret. Qui cum traherẽt irruit spũs dñi in eũ:& dissoluta sunt eius uincula q̃si stupa ad ignẽ:Tollẽsq; mandibulã asini iacentẽ in terra interfecit ea mille uiros aliis in fugam cõuersis:& cũ p̃ labore siti deficeret clamauit ad dñm:& aperuit dñs molarẽ dentẽ maxille:& egresse sunt aque:qbꝰ hausti sampson refectꝰ est: uocatũq; est nomen loci fons inuocantis de maxilla. ¶ Post hec sampson iuit ad gazam ciuitatẽ philistinoꝝ & ingressus est ad mulierem meretricẽ: quo cognito philistei posuerũt custodes ad portam ciuitatis:ut eum mane comphenderent. Sampson uero nocte media cõsurgens tulit ambas ferreas fores cum postibus &seris:& in humeris portauit usq; ad uerticẽ montis ¶ Deinde amauit dalidam in monte soreth: quã satrape philistinoꝝ induxerunt p̃cio ꝓmisso:ut disceret a sampsone:i quo uires eiꝰ ꝓsisterent:qui ei illudẽs dixit:q̃ si.7.neruiceis funibus humẽtibus ligatꝰ esset:infirmꝰ ut alii homines fieret. Cumq; dalida ipsum dormientẽ ligasset philisteis apud se latentibus:excitatus ille rupit uincula q̃si stupea. Idip̃m secundo factũ ẽ de.7. nouis funibus. Cum aũt tertio.7.crines capitis eius circũligatos licio clauo terre affixissẽt:excitatꝰ sãpson extraxit clauum cum crinibus & licio. Cum autẽ instaret ei dalida:& ad mortẽ deficere uidereꝫ:ut ei ueritatẽ panderet. Sampson ꝓfessus est se nazareũ eẽ ab infantia domino ꝓsecratum: q̃ si caput eiꝰ rasum foret fortitudo ab eo discederet. Tunc dalida uocatis philesteis sampsonem super genua sua dormiẽtẽ p tõsorem radi fecit: & recessit statim uirtus eius ab eo. Quẽ tenẽtes philistei eruerunt oculos eiꝰ : & apud gazam uinctũ in carcere ad derisum molere fecerunt. Coegeruntq; eum facere cum mulieribus robustis:ut dicunt hebrei: ut ex eo robustam ꝓlem susciperẽt. ¶ Procedente tempore cum capilli eius renasci cepissent:& philistei i tẽplo dagon solẽne conuiuium in die festo eorum celebrarent:adductꝰ est sampson:ut ante eos luderet:& ipsi ei illuderent:qui stans inter duas colũnas:quibus domus inniteba-
tur:app̃hendit utrãq; manibus & concussis columnis cecidit domus super omẽs:& ipse mortuus est:& multo plures occidit moriens q̃ uiuus occiderat:nam p̃ter cõuiuantes quasi tria milia utriusq; sexꝰ ꝓuenerãt:q de tecto spectabant:q sepultus ẽ in sepulchro

patrum suoꝝ inter saraa & eschol. Et iudicauit israel. 20. annis. Nō autē aliter excusat: ut ait augᵉ: q seipm cum hostibᵒ ruina domus oppressit: nisi qa spūs hoc latēter iusserat: qui per illū miracula faciebat. Habuit enim fortitudinē nō de natura se de gra.

¶ De scā ruth uidua. XV.

RVth uidua de regione moab i diebus iudicū claruit. Quā sanctaꝫ fuisse probat nō solū iosephus q hoc testatur: sed etiā qa liber eiᵒ spalis historie inter sacre pagine uolumina ꝓnumerat. Elimelech enim de bethleem effrateus cū noemi uxore sua: & maalon & chelion liberis suis cū facta eēt fames in terra israel: abiit in regionē moabitidem: ut pascerent ibi. Quo mortuo filii eius duxerunt uxores de moab: orpham & ruth. Et mortui sūt ambo sine prole. Noemi uero uidua & filiis orbata cū redire uellet in terraꝫ suam facta fertilitate comitabant eam nurᵒ sue. Quas cū licentiasset orpha quidē reuersa remansit. Ruth uero oino cum socru abire uoluit. Et uenerūt in bethleem que prius effrata dicebatur: tpe quo primū hordea metebant. Erat aūt ibi uir potens & diues noie booz ꝓsanguineᵒ elimelech. Intrauitq; ruth agrum booz de mādato socrᵒ & colligebat spicas post metentes. Booz uero agruꝫ igressus cū audiuisset que esset puella ꝓpatiens ei mandauit ne ad alterius agrū accederet: sed & hora uescēdi cū messoribᵒ suis comederet Precepitq; metētibus ut de industria spicas dimitterēt quas illa sine rubore colligere posset. Reuersaq; sero ad socrum & portās hordeū qd collegerat ei omia nūciauit. Cui socrus dixit: q booz propinquᵒ eius erat. Id ipm fecit ruth diebus sequētibᵒ usq; ad aree uentilationē. ¶ Cū aūt in uentilando aream booz iuxta morem patrium ꝓuiuū faceret seruis & messoribus suis. Ruth de socrus cō silio lota & cultis uestibus induta ascendit cū aliis in areā latenter. Et cū sero booz obdormisset proiecit se ad pedes eiᵒ qui media nocte excitatus expauit uidēs puellā & que siuit que esset. Que rndit se esse ruth relicta ꝓpinqui sui: que ideo uenerat: ut eā liberis carentem in ꝓiugem sumeret prout ex lege tenebatur cū ipse booz uxore careret: booz uero rndit alium esse magis propiquum q primo de coniugio requiri deberet. Quod si renueret ipse postmodū eam libēter acciperet. Et cū diluculo surrexisset: ipleuit pallium ruth hordeo: eāq; segete onustā remisit ad socrum. Mane uero booz ꝓgregatis senioribus ciuitatis interrogauit propinquiorem illū elimelech an agrum uenalē propinqui sui emere uellet & relictā eius accipere cui nunq propinquiori predicta ꝛm legē debebatur: an sibi minus propinquo ius suum cedere. Qui ei libenter cedere uelle dixit. Sicq; booz diuino nutu ruth cepit uxorē. Ex qua genuit obed: qui fuit pater isai patris dauid. Ruth aūt sancta & pudica sanctitateq; famosa apud bethleem in pace quieuit. Hec omnia ex libris iudicū ruth: & ex chronicis iosephi & hierōymi: petriq; comestoris: nec non ex chronicis guilelmi.

¶ De scā anna ꝓphetissa. XVI.

ANna prophetissa filia phanuel de tribu aser: cuiᵒ scitatem euangelicus prodit sermo luc. 2. tpe quo xp̄us fuit ad tēplum pūtatus ibidem se repperit & eadē hora sup ueniēs multa de illo prophetauit: oibus qui expectabāt rdemptionē israel. Hec eni uixerat cū uiro suo annis. 7. a uirginitate sua. Et permansit in uiduitate usq; ad annos. 84. etatis sue: que nūq de tēplo discessit: sed in oratione die noctuq; pmansit & in bona senectute in pace quieuit. Sepulta iuxta tēplum dñi in hierusalē. cal. septēbris.

¶ De scō prisco discipulo. XVII.

PRiscus discipulus fuit unᵒ ex antiquis discipulis xp̄i: licet inter noīa. 72. discipulorꝫ: qui a dorotheo abbate ꝓscripti sunt non reperiatur. Hic eni ille paterfamilias fuisse asseritur in cuiᵒ domo xp̄s pascha sibi pari fecit: & i eiᵒ cenaculo cū discipulis discubuit: & eorꝫ pedes lauit: ut damaᵒ. Hic post ascēsionē dñi ueniēs romā cū apostolo pētro in ptibᵒ campanie euāgelium predicauit. Qui & apud capuā uia aquaria depositᵒ est. cal. septēbris: ut dicit ado.

¶ De scō egidio abbate. XVIII.

EGidius abbas apud arelatēn. oppidum prouincie floruit tpre caroli ipatoris. Hic athenien natione regia stirpe progenitᵒ: patre theodoro matre pelagia sacrisq; litteris eruditus est a puerilibus annis. Qui dum quadā die ad ecclesiā pgeret: egro cuidam in platea iacēti & elemosynā petēti tunicam suam tribuit: qua indutus mox sanitatē recepit. Parētibus uero suis defūctis patrimonii sui xp̄m fecit heredem. ¶ Die quodaꝫ dum ab ecclesia rediret obuium habuit uiꝝ a serpēte pcussum: sed oratione fusa ab eo ꝓtinus uirus fugauit. ¶ Demoniacū quēdam die dūico in ecclesia cōsistētē: & cūctos clamoribus conturbantē. Egidius orans abiit mundo spū continuo liberauit. Cum autem p totam greciam ipsius fama cresceret: ipse humani fauoris uitans piculum clam littus maris petiit: ut ad partes alias se trāsferret. Aspiciēsq; nautas maris tēpestate piclitātes facta oratione tēpestātē sedauit. Applicātes

quoq; naute gr̃as eius meritis egerunt: & ꝙ eum secum gratis ueherent promiserunt. Et cum ad quãdã insulam post dies q̃ttuor appulissent: uiꝝ dei ibidem cellula reptũ egidius adiit: & cũ ipso in dei laudibus triduo mansit: deinde uale dicens cũ nautis abscessit. Cum ergo arelatum uenisset: & biennio cum scõ cesareo eiusdem urbis epõ mansisset: & ibidẽ quẽdam qui p triennium febrici tauerat a febribus liberasset: eremũ cupiens clam discessit: & rhodano transito sec⁹ ripã guardonis apud ueredemium eremitã sanctissimũ dudũ fuit: ubi sterilitatẽ terre suis meritis fugauit: & infirmum quẽdam ei delatum ueredemio absente sanauit. ¶ Deinde famam humanam fugiẽs relicto ueredemio interiorem eremũ penetrauit: ubi uidelicet rhodan⁹ in mare defluit: qui loc⁹ septimania uocatur: ubi antꝝ spinis obsitum & fontem inueniens ceruã sibi diuinitus p̃paratam nutricem habuit: que certis horis lactis ei alimoniam triẽnio p̃buit. Cum aũt ibidẽ regis famuli uenarent̃: ceteris feris ꝓtemptis ceruam cũ canibus insequunt̃: a quibus dudũ fugam ad pedes sui ꝓfugit alumni. Ille uero admiras cur p̃ter solitum sic mugiret: exiẽs & uenatores audiens dñm pro cerua exorauit. Canes autẽ intra iactũ lapidis appropin quare minime audẽtes: cũ nimio latratu ad uenatores redibãt. Nocte supueniẽte domũ reuersi sũt: & sequẽti die retrocedẽtes cassolabore itemꝝ redierũt. Quod rex audiẽs cum multitudine uenatorꝝ assumpto epõ ad locũ accessit. Sed cũ canes ut pri⁹ accedere non auderẽt. locũ ueprium densitate inaccessibilem in gyꝝ circũdederũt. Vnus aũt incaute sagittam dirigens: ut ceruam emitteret: Viro dei oranti p cerua graue uuln⁹ iflixit. Milites aũt semitam ferro apiẽtes ad speluncã ueniunt: & senẽ uenerandũ in habitu monachali ꝓspiciunt: ceruã quoq; ad ei⁹ pedes p̃cũbentẽ reperiũt. Ad quẽ soli rex & eps pedes adeunt: & quis eẽt interrogãtes: oẽm uitam suam eo narrante ꝓperiunt. Qui dũ pro uulnere ei illato uenia postulassent: & medicos p ipso sanãdo pmisissent: ac munera obtulissent: ipse nec medicinã adhiberi uoluit: nec ad munera eoꝝ respexit: qn potius dñm orauit: ut q̃diu uiueret: ip̃m uulnus ꝓpetuo substineret. ¶ Sed cũ rex ip̃m frequẽter uisitaret: & pabulũ salutis ab eo recipet: imẽsas ei diuitias obtulit: quas scũs recipe recusauit: ut tñ de ipsis monasteriũ fabricaret admonuit. Quod qdẽ rex p oia pfecit: ipsiusq; cenobii egidius licet diu renitẽs tandẽ mulꝛa regis instantia regimis curã suscepit. Et p cessu tẽporis ad sacerdotii dignitatẽ puenit. ¶ Hui⁹ famã rex carolus audiẽs: ut ad se ueniret: p̃cib⁹ multis obtinuit. Qui ueniens aureliañ in basilica scẽ crucis energuminum liberauit: deinde ueniẽs ad regem ip̃m rex reuerenter excepit: & iter cetera salutis colloquia rex ip̃m rogauit: ut p se ad dñm oraret eo ꝙ peccatum quoddã enorme cõmisisset: quod nulli unq̃ nec ipsi scõ ꝓfiteri auderet. Sequẽti ergo dñica egidi⁹ celebrãs p rege orauit: & cõtinuo angelus eidẽ apparuit: qui schedulã i altare deposuit: in q̃ scriptũ erat regis peccatũ: & si de eo peniteret egidii p̃cib⁹ iã dimissũ. Addebaꝛ quoq; ibidẽ: ꝙ siqs p aliquo peccato egidiũ inuocaret: si tñ ab eo desisteret sibi dimissũ nõ dubitaret. Oblata igit̃ regi schedula: ille ꝺ pctõ suo ueniã hũiliter postulauit. Egidi⁹ aũt cũ honore rediẽs apud reuernẽſez urbẽ filiũ principis a mortuis suscitauit. ¶ Post aliquod tp̃s p̃nũcians monasteriũ suũ ab hostib⁹ euertendũ romaz adiit: & multa priuilegia ecclesie sue impetrauit: duoq; hostia cup̃ssima in quibus imagines apostoloꝝ sculpte erant a papa ei donata in tyberim dimisit: & diuino regimini cõmendauit. Cũq; ad monasteriũ rediret cuidã cõtracto apud cebironẽ gressum r̃sti tuit. Reuersusq; ad locũ p̃dicta hostia i portu inuenit: que in ecclesia sua ad ornatum & sedis romane monimẽtum erexit. ¶ Obituz quoq; suũ ei diuinit⁹ ꝛuelatũ p̃dixit. Et post laudabilẽ uitã in dño feliciter obdormiuit calẽ. septẽbris: ubi choros angeloꝝ ei⁹ aiam ad celos ferentiũ ꝓcinẽtes plurimi audisse testati sunt: claruit circa annos dñi. 700.

¶ De scis. xii. fratrib⁹ martyrib⁹. XIX

DVodecim frẽs martyres glorioſi pro xp̃o passi sunt. Quorũ tñ nomina originẽ passioniſq; uel locũ uel modũ mime ualui repire: nisi hoc solum quod i adonis martylogio scriptũ est: ꝙ uidelicet post cesionem & incarcerationẽ ultimo in diuersis partib⁹ capite cesi sunt calẽ. septẽbris: quos & romana ecclesia in suis calẽdariis cõscribit: & de eis specialiter festũ facit.

¶ De scõ lupo epõ senonen̄. XX

LVpus archieps senonen̄ claruit tẽpore clotharii regis frãcoꝝ: q apud aureliañ ex regali genere ortus: dũ uirtutibus polleret: archieps senonis elect⁹ est. Dũ aũt omnia sua pauperib⁹ erogaret: & die quadã plurimos ad ꝓuiuium inuitasset: cum uinuz ad medium pro recumbentibus nõ haberet orauit ad dominum: & statim nũcius affuit: qui ceti uini modios adesse pre foribus nunciauit: quod unde aut a quo delatum eẽt minime sciri potuit. ¶ Cum plures ei detraherent: ꝙ filiam predecessoris sui uirginem dedicatam imoderate amaret: coram detrahentibus ipsam deosculatus est: dicens nihil

nocere boni uerba aliena: quem propria nō maculat conscientia. Nam quia ipsam deum amare ardenter nouerat: eam mente purissima diligebat. Cum rex francorum clothari⁹ burgundiam intrās sceneschalcum suum cō tra senones direxisset & ciuitatem obsideret: lupus ecclesiam sancti stephani intrans campanam pulsari fecit: cuius sonitu tanto terrore hostes concussi sunt: ut nisi fugissent se in carcere putassent. Tandez obtento regno cū rex alium sceneschalcum misisset: & lup⁹ ei sicut alii epi fecerant nō occurrisset: sumpta occasione illa episcopum adeo apud regem diffamauit: ꝙ rex ipsum ad exilium destinauit: ubi doctrina & miraculis claruit. Interea senonici quendam episcopum: qui locuz lupi inuaserat: occidentes a rege impetrarūt ut lupus de exilio reuerteretur. Quem rex uidens exilio tabefactum: ita repente diuinitus est mutatus: ut coram illo prostratus ueniam peteret: & multis muneribus ei⁹ ecclesiam dotaret. ¶ Dum autem remeans pisius uenisset: multa carceratorum turba solutis uinculis apertisq; hostiis eidem obuiauit: & de ipsorum liberatiōe eius meritis facta gratias egit. ¶ Celebrāti ei die quodam dñico lapsa est celitus gēma in calice scō: quā rex in suas reliqas collocauit. ¶ Rex clothari⁹ campanam sci stephani senoñ. audiens esse mire dulcedinis iussit sibi parisius deferri. Sed mox ut de urbe senonica delata est son⁹ ille dulcedinem amisit. Quod rex audiens eam senonicis reportari iussit: &. 7. ab urbe miliario sonitum recuperauit. ¶ Cuz nocte quadam oraret instinctu diabolico ualde sitiens sibi aquam deferri fecit. Sed aduertens dolos inimici puluiar super os uasis posuit: & diabolum int⁹ clausit: qui tota nocte ululauit: factoq; mane confusus & dimissus abscessit. Alia nocte duz ecclesias more suo circuiret inuenit clericos quosdam rixantes: eoꝙ cum mulieribus fornicari uolebant. Qui ingressus ecclesiam p eis orauit: & mox ab eis omnis tentatio discessit. Qui coram eo prostrati ueniam postularunt. Tandem multis clarus uirtutibus in pace quieuit calendis septembris. Circa annos domini. 610. tēpore heraclii imperatoris.

¶ De scō uiuardo episcopo. XXI.

Viuard⁹ rhemeñ. archiepꝰ claruit tempore clodouei regis: ut ait sigibertus. Quo etiā tempore claruerunt reolus eius successor: & bercarius martyr primus abbas ancylateñ: & sancta berta martyr & abbatissa in partibus galliarum. Huius nempe uiuardi discipulus fuit dictus bercari⁹ abbas & multo tempore comes. Cum autem aliquando secum pergeret apud uillam que dicitur altimilare dum uiuardus graui somno premeretur sub fago dormiuit: uiditq; de celo cōlumbam fagi ramis insidere: & deinde descendere: & aream uacuam i qua dormiebat: ter uolando circuire. Indeq; celos repetere: que omnia bercarius uigilans corporaliter aspexit. Excitatus autem episcop⁹ & cum bercario de uisione mutua collatione habita intellexit a deo sibi mandatum in ipso solo cenobium edificandum. Quod & uiuardus episcopus deuotius adimplere curauit. In quo quidem loco congregationem monachorum disposuit: & bercarium eidez abbatem prefecit. Et postq̄ cuncta diligenter implesset: in christo feliciter obdormiuit cal. septēbris.

¶ De scō bercario abbate. XXII.

Bercari⁹ abbas & martyr claruit i gallijs tpe dicti clodeuei regis francoꝝ. Qui sub prefato scō uiuardo rhemoꝝ pontifice morib⁹ & sapientia ibutus luxouiēse monasterium petēs sub abbate eustasio monasticā uitam duxit. Duz die quadā in cellario uinum ex uegete in cereali hauriret: uocat⁹ ab abbate obediētia solicitus & incautus uinū: qđ fundebaī: reliquit uegete non clausa. Quod dum cerealē implesset superficiē eius ptransiēs: in modum colūne constipatum in gyrum uas coronari cepit: nec aliquid de uino in terram defluxit: donec reuerso bercario q̄ti esset meriti apud deū omnibus innotuit. Post aliqđ temp⁹ de abbatis licentia rediit ad sanctum uiuardū: a quo in monasterio predicto ab eodē edificato in loco qui dicitur altimilare: abbas prefectus est sacre congregationi monachoꝝ. Et dum filios suos sibi cōmissos more boni patris & pastoris diligenter curaret: exigente culpa quendam daguinum monachum uerbere discipline correxit. Qui molestē hoc ferens instigāte diabolo nocte abbatem dormientem letali uulnere pcussit: & ut ferrum occultaret in piscinaz demersit: qđ dei iudicio super aquā enatauit. Mox autem frater ille attonitus & amēs ad ecclesiā currens signum pulsabat. Fratres autem hora insolita excitati admirātes abbatem percussum adhuc spirantem inuenerunt: & ferrum enatans conspexerunt. Daguinum quoq; quasi insanum in ecclesia repertum uti reum homicidii cōprehensum ad bercarium iudicandum adduxerunt. Cui ille q̄tum in se erat omnem dimittens iniuriam deum per penitentiam consuluit esse placandum & in xp̄o martyr expirauit. Sepult⁹ in monasterio suo. Ex cuius tumulo oleum diu manans languentibus medelaz prestare consueuit. Passus est autem calēdis septembris.

¶De scō agilo abbate. XXIII.

AGilus abbas tēpore clodouei regis francoꝝ claruit. Hic agnoaldi nobilis ꝓsiliarii regis sigiberti filiꝰ bone indolis adhuc puer sci colūbani abbatis benedictione pcepta scō eustasio religioso uiro cū aliis plurib⁹ clericis oibus postmodū futuris epīs a parētibus tradit⁹ est sacris līis imbuēd⁹: factusq; monach⁹ sub sci colūbani abbatis disciplina fuit ꝓuersatione mirabilis. Dū autē columban⁹ brunichildi regine sicut & aliis mulieribus aditū monasterii phiberet: & ob hoc ad instantiā regine a theodorico rege de monasterio expulsus eēt: eustasio eidem monasterio substituto: missus est agil⁹ ad regem recōciliandū. Et cū longe iā a monasterio abisset: & nepos quidā uādaloni ducis: p̄cognito quare iret: cū satellitibus suis eū aggressus fuisset: ip̄mq; educto gladio p̄cutere uellet: man⁹ ei⁹ repēte arida facta ē. Cui ueniā postulanti scūs manū sanā restituit: quo audito miraculo rex placatus columbanū ad abbatiā suā r̄stituit. ¶Processu uero tēporis missus est agil⁹ cū scō eustasio a lothario rege ad uicinas gentes adhuc gētiles p̄dicandas: ubi multos ad xp̄m cōuertit: & miraculis coruscauit. Nā in uia demoniacū liberauit. Sadabergā uirginē cecā illuminauit: ei quoq; eidem itez fabricanti salutez subitā oronib⁹ ipetrauit. ¶Cū igit sanctus andoeu⁹ eps sup torrentē: quod dr̄ resbacē: in ꝓprio solo monasteriū de suis facultatib⁹ ꝓstruxisset: eidē monasterio agilū abbatē p̄fecit: ut dictū ē supra in legenda sci andoeui 3. noñ. maii. Cui⁹ uidelicet cenobii ꝓstruēdi locus eidē andoeuo diuinit⁹ taliter ostensus est. Trib⁹ eni noctibus super ip̄m locū uidit nubē in modū crucis mirabiliter radiātem: & deinde trib⁹ dieb⁹ subsequēter eundē locū in modum crucis reppit rore ꝓpsum: eo. s. ambitu quo monasteriū fuerat ꝓstruēdum. ¶Dum aūt agilus abbas hospitalitati solicitus intenderet: die quadam media hyeme leprosum ante fores inuentum ad ignem calefaciendum adduxit: ipsum subito nusq; uidit. ¶Alia uice ad metentes cum fratribus accessit: & tempestate subito ingruēte signo crucis edito imbrem a se & messoribus compescuit: grādine per gyrum circa eos nimia decidente. ¶Annorum. 98. existens orauit: ut de hac uita solueretur: cui relatum est: ꝙ post biennium uotum obtineret. Sicq; centenarius migrauit ad christum calē. septēbris in cuius transitu ado monach⁹ choros angelorum psallentes audiuit. In eius etiam sepultura frater quidam febricitans & alius dolore dentium tortus tactu corporis liberantur.

¶De scō antonino martyre. XXIIII

ANtoninus martyr apud apamiā passus est: qui ex eodem oppido oriundus nobilis genere ab infātia christo seruiens & uirgo permanens amore martyrii flagrās ex urbe sua discessit. Et dum christianos p̄quireret ad presbyteratus ordinem ascēdit: & inde uerbum domini disseminando processit. Cum autem ex itinere fatigatus siti nimia laboraret: oratione fusa uirga solum p̄cussit: & statim fons uiuus scaturiit ad ei⁹ refectionez: & deinceps ad egroꝝ salubritatē Reuersus autem apamiam & gentiles impugnans: martyrium suum fidelibus predixit. ¶Verum dum loca sacra cum quibusdam christianis uisitaret: & ab eis aliquantulum diuertisset: a paganis tentus & iuxta flumen ad radices montis apamie decurrens decollatus est. Corpus quoq; eius membratim discerptuz & una cum capite in flumine demersum est. Sed diuino miraculo sāguis de corpore fluens in unum: congelatus & in unum a fidelibus collect⁹ est. Aqua etiam fluminis a cursu desistens ad corp⁹ colligendū christianis in alueo uiam fecit. Sicq; corpus una cum sanguine leuatum atq; sepultum est. Caput autē eius ab angelis de amne sublatum nauicule parue imponitur: & duob⁹ angelis in similitudinem duarum aquilaruz nauiculā contra fluminis cursum sine remo gubernantibus ipsam ad habitaculum festi principis deduxerunt: quem sanctus antoninus ad fidē christi conuerterat. Quod fest⁹ per spiritum diuina reuelatione cognoscens ad nauem descendit: caputq; collegit: atque habitationem suam a loco illo remouens in domo propria caput deuote recondidit: domumq; suam i ecclesiam cōmutauit. Passus est. 4. noñ septembris.

¶De scō mederico abbate. XXV

MEdericus abbas apud eduensez ciuitatem claruit. Hic ex ipsius ciuitatis pago nobili genere ortus. Cum esset annorum. xiii. inuitis parentibus ad monasteriū ipsius urbis fugit: & monachus effectus penitentie mirabili operam dedit. Nam in hebdomada uix solūmodo cibum sumebat: & cilicio asperrimo carnem domabat: Succes-sit abbati defuncto in regimine loci: multis miraculis pollens. Nā monachū quendā libidine diu grauiter tentatū: & fere ad desperationem adductum: tunicam suam induens excusso ab illo demone etiam corporaliter ululante ad castitatē nimiā reuocauit. Aliū

etiam ante cõpletũ officiũ eccleſiã egrediẽtem diuq; correptum: reliquiis panis ſui cibauit:& repente ad emendationem reduxit. ¶ Verum dũ famam populi ad ſe ꝓfluentis effugeret i uaſta eremo ſe ꝓcluſit:ſed de mãdato eꝑi ad monaſterii regimẽ inuit⁹ rediit. Poſt modicũ aũt oratiõis gr̃a piſiuſ ueniens i cellula ſci petri duob⁹ ãnis &.9. mẽſib⁹ ſe includẽs diſcipulos conuocauit & eiſdẽ obitus ſui die p̃nũciato i pace quieuit.4.noñ ſeptẽbris anno dñi.984.othonis ipatoris tertii ãno prio:ſepultus ibidẽ miraculis fulgẽs.

¶ De ſcõ coſma confeſſore. XXVI.

COſmas ꝓfeſſor natione grec⁹ in inſula creteñ eremiticã uitaꝫ duxit.Qui oib⁹ dieb⁹ uite ſue ieiuniis & oratiõib⁹ uacãs i quodam antro reſedit : ubi & poſt laudabilem uitã i pace qeuit.4.noñ.ſeptẽ.Cuius corpus cũ aliquo tpe i eodẽ ſpecu ſepultum quieuiſſet ab icolis loci itra ciuitatẽ trãſlatũ ẽ ut honorificẽtius coleret .Quod deo & ſãcto diſplicuiſſe euidẽti ſigno appuit.Ná maxima aeris ſiccitate ſuperueniente arefacta ẽ terra & fames ualida ſubſecuta: nec prius illapſa de celo pluuia fertilitas abũdauit: donec ſanctũ corp⁹ ad loci ſui abdita reductũ eſt. ¶ Poſt annos uero fere.400. corp⁹ iꝑm a uenetis nauigantib⁹ inde ſublatũ ẽ:& uenetias tranſlatũ: atq; in monaſterio ſci georgii maioris reconditũ:ubi ad p̃ns quieſcit.

¶ De ſcõ elpidio eꝑo. XXVII.

ELpidi⁹ lugduñ eꝑs fuit:qui multa ſcitate fiagrauit & doctrina & miraculis coruſcauit. Qui & populũ dei ſibi ꝓmiſſum felici cura gubernans apud prefatã ciuitatẽ 4.noñ ſeptẽ.i pace quieuit. Sepultus i eccleſia ſcõꝝ.7.machabeoꝝ i qua ſci iuſti ei⁹ predeceſſoris eꝑi mẽbra tumulata requieſcũt.

¶ De ſcõ elpidio abbate. XXVIII

ELpidius abbas genere cappadox fuit.De quo ſcribit heraclides q̃ habitauit i ſpecu ſtudio abſtinentie cũctos uincens.Nã per annos xxv. quos ibi uixit dñico tantuꝫ & iouis dieb⁹ cibum ſumebat:aliis dieb⁹ nihil oio guſtabat:ac per totã noctẽ ſtando & orando pſallebat: quẽ innumera multitudo ſrum ſequebaꝫ .Dũ aũt ſcorpio illum nocte quadã percuſſiſſet: ipe eo calcato:ne ſtandi quidẽ ſpatium i quo ſteterat:mutauit:i tantum doloré ꝓtẽpſit. ¶ Sarmẽtum uitiſ aridũ extra tẽp⁹ debitũ ab eo plãtatũ adeo creuit: ut uitis magna facta infra annũ totã eccleſiã opiret.Hic per annos.xxv.nunq̃ ad occidentem ſe uertit:nec ſolẽ declinantem cõſpexit. Cuius exẽplo diſcipulus eius ſiſinnius cum apud eum.7.ãnis fuiſſet i ſepulchro ſe clauſit:in quo ſtans per triẽnium ſemper orauit: nunq̃ die uel nocte deambulãs aut ſedẽs aut iacens. ¶ Elpidius igiẽ poſt annos p̃dictos ad cappadociam regreſſuſ & preſbyter fact⁹ frẽs & ſorores in unũ collegit:& cenobio cõſtructo in pace qeuit.Cuius feſtũ agitur.4. noñ ſeptembris.

¶ De ſãctis euphemia dorothea thecla & eraſma uirginibus & martyrib⁹. XXIX.

EVphemia:dorothea:thecla: & eraſma uirgines paſſe ſunt in aquileia ciuitate tpe neronis ipatoris ſub ſeuaſto preſide. Fuerũt eniꝫ duo frẽs nobiles & ditiſſimi eiuſdẽ urbis.Quoꝝ maior noie ualẽtius pagan⁹ genuit euphemiã & dorotheam . Alter uero minor nomine ualentian⁹ xp̃ianus genuit theclam & eraſmã:qui tam filias ſuas q̃ neptes ſepius ad domũ ſuam ueniẽtes de fide xp̃i ſecreto erudiebat:quas ſcũſ hermacoras eꝑus in ip̃a domo cathetizauit: ualentius autẽ iuſſit fieri turrim excelſam ſup fluuiũ natiſuꝫ: ita ut flumẽ per mediũ turris flueret per arcus reuolutos i qua turri filias ſuas propter eaꝝ nimiaꝫ pulchritudinẽ collocaret:donec eas maritis traderet: duaſq; feneſtras tantũ i ipſa turri fabricari precepit.Sed cum ad ciuitatẽ tergeſtinaꝫ prexiſſet.Euphemia & dorothea tertiam feneſtram ceteris ampliorem conſtrui fecerunt:ut i ipſa ad orationem ſtare poſſent. ¶ Cum autem die quadam deſcẽdiſſent ad fluuium ut ex more ſe lauarent ſu peruenerunt & germane ip̃aꝝ thecla & eraſma.& orantibus uirginib⁹ ut aqua fluuii mũ daretur quatenus digne baptizarentur:natiſus fluuius retraxit undulas & ſtetit. Eadeꝫ hora ſuperuenit ualentianus cum beato hermacora:& uiſo miraculo gratiaſ deo egerũt Quas ſcũs hermacoras continuo baptizauit & deo uirgines dedicauit : eaſq; ualentiano cõmendauit. Reuerſus autem ualentius eodem die:& uidens tertiam feneſtram in turri conſtructam didicit a magiſtris ꝙ ad mandatum filiarum ſuarum eam fabricaſſent. Et interrogauit filias ſuas cur tertiam feneſtram fieri iuſſiſſent.Que dixerunt:ut maius lumẽ ibi fulgeret:nolentes ei indicare: ꝙ cauſa orationiſ eam conſtrui ordinaſſent. ¶ Poſt ali quod uero tempus cum ualentius filias ſuas uellet uiris tradere:eo ꝙ a plurimis nobilibus in coniugium peterentur. Reſponderũt uirgines ſe chriſtum ſpõſum imortalem habere cui uirginitatem ſuam perpetuo dediſſent.Quod audiens ualentius iratus arrepto gladio eas interficere uoluit . Ille uero ad domum ualentiani patrui fugerũt.Quas ualentianus una cum filiabus ſuis in angulo domus abſcondit . Et cum perrexiſſet: ut hec ſcõ Hermacore epiſcopo nunciaret:

octobris:circa annū dñi.256. Quoꝝ corpa a xp̄ianis sepulta sunt in uia appallieſi iuxta piscinam eiusdem carthaginensis ciuitatis. ¶Hic beatus martyr nōdum ad fidem christi conuersus:primum glorioſe rhetoricam docuit:deinde xp̄ianam profeſſus fidem: & carthaginensis episcopus constitutus: multa scripsit:multa ꝓposuit. Nam ingenii huiꝰ superuacuum est indicem texere: cum sole clariora eius sint opera. Scripsisse dr̄ de lapsis uolumen egregiū ꝓtra nouatianos. Itē sacramentorum librum eximium. Itē alium de laude martyrum ad cornelium papam. Epistolas octo. Contra nouatum & nouatianum diuersos tractatus & epistolas: in quibus eorum condemnantur errores. Epistolarum uolumen grande ad diuersos scriptarum sonanti ualde ornatū eloquio. Hec hieronymus libro de uiris illustribus.

¶De sancto tobia iusto. LXXIX

TObias uir sanctus cuiꝰ perfectio sanctitatis ex ipso ipsius speciali libro colligit̄: a beato hieronymo & a iosepho inter patres sanctos testamēti ueteris numerat̄: Hic ex tribu & ciuitate neptalim unꝰ fuit ex captiuis filiis israel a salmanasar rege assyriorum in assyrios translatis: qui in captiuitate positus uiam ueritatis non deseruit: adeo ut ꝓtribulibus suis euntibus ad orandū uitulos aureos: quos fecerat hieroboam rex israel: iste solus iret in hierusalem ad templū domini decimas & primitias suas fideliter offerendo. Hic accepit uxorem ānam de tribu sua: ex qua filium genitum suo nomine uocauit tobiam. Captus autem cum uxore & filio habitauit in niniue. Et quia deum timebat: obtinuit a rege gratiam perambulādi per omēs eius regiones: qui concaptiuos uisitabat: & monita eis salutis prebebat. Deueniens autem in rages ciuitatem medoruꝫ cuidam gabello contribuli suo egenti sub chirographo mutuauit decem talenta argēti: que habebat ex his: in quibus a rege fuerat honoratus. ¶Mortuo autem salmanasar cum filius eius sennacherib filius israel exosos haberet: tobias consolabatur eos: & egenis ministrabat. Cum uero reuersus esset sennacherib a iudea fugiens manū domini: & iratꝰ multos hebreorum faceret occidi: tobias sepeliebat corpora eorū: Quod audiens rex tulit omnem substantiam eius: & eum occidi iussit. Qui cum uxore & filio fugiens nudus latuit. Post dies quadraginta quinq; occiderunt regem filii eius: & tobias ad domum suam rediit: omnisq; facultas eiꝰ restituta est ei. Cum autem in quodam festo paratum esset conuiuium in domo eiꝰ: & misisset filiū suū ad uocādos amicos: reuersus ille nūciauit unum ex hebreis i platea iugulatum iacere. Cuius corpꝰ tobias occulte tulit: & nocte postmodū latenter sepeliuit: ꝓpter quod a proximis redarguebatur: eo ꝙ huiꝰ rei causa uix mortis periculum euasisset. Sed ille timorem domini omnibꝰ anteponens sepulture occisoꝝ solicitꝰ intendebat. ¶Die uero quadam cum a sepultura fatigatus rediisset: & iuxta parietem obdormisset: ex nido hirundinum calida stercora eiꝰ oculis inciderunt: & cecꝰ factꝰ est: qui tamē in oibus patientiam habuit: & sicut olim iob dominum in omnibꝰ benedixit: cū tamen ab amicis irrideretur. Anna uero uxor eius ibat ad textrinum opꝰ: & de labore manuuꝫ sibi & familie sue uictum procurabat. Et cū die quadam hedū ad domum adduxisset: tobias ꝙ cum balantem audisset: uxorem admonuit: ut si forte furtiuꝰ esset suo domino redderetur. Ad que illa irata cepit eū uerbis ꝓtumeliosis irritare: & elemosynas suas i uanū factas obiicere. Ille uero cum lachrymis orauit ad dominum: ut suum in pace suscipe ret spiritum. Eodem die contigit: ut sara filia raguelis i ciuitate medorum audiret improperium ab una ancillarum suarum: quā increpabat: obiiciēte ei ꝙ eēt interfectrix uirorum suorum. Fuerat enim nupta septē uiris: & demonium nomine asmodeus occidebat eos: statim cū ad eam ingressi eēnt. Que post ieiunium triduanū orauit ad deum: ut a tali eam opprobrio liberaret. Cuiꝰ oratio una cum oratione tobie uno & eodem tēpore sunt in conspectu domini exaudite. ¶Tobias ergo cum putaret se exauditum: ut moreret̄: filium suum uocauit: & eum de preceptis sanctis erudiuit: atq; ad sperandū in domino confortauit: deinde precepit ut uirum aliquem perquireret: qui eum in rages medorum adduceret: ut debita sibi decem talēta argēti a gabello exigere posset. Egressus ergo tobias inuenit iuuenem precinctum q̄si paratum ad ambulandum. Et cum ab eo accepisset: ꝙomnem regionem medorum & iter nouisset: & gabellum cognosceret: introduxit eum ad patrem suum: & audita narrauit. Cui & iuuenis: qui erat angelus raphael filium suum sanum ducere & reducere promisit. Paratisq; omnibus: que erant opus in uia: ambulauerunt ambo simul: & canis secutus est eos. Mater autem filium suum abeuntem amare flebat: sed eam tobias confortabat. ¶Venientes igitur illi ad fluuium tigris: exiuit tobias: ut pedes lauaret: & egressus est piscis immanis: ut deuoraret eū: quē tobias iussu angeli manu apprehendit: & traxit ad litt̄: deinde ipsum exenterauit: & cor & fel eius ac iecur reposuit: que ei angelus ad medicinam utilia fore dixit: partemq;

piscis assam comederũt: partem salitam secũ tulerunt. Quibus pgentib⁹ exposuit angel⁹ tobie: q̃ cor ac iecur piscis super prunas positum: fumo suo extricat omne genus demoniorũ: fel uero ualet ad auferendã albuginẽ & cecitatem oculorũ: ueneruntq; ad ciuitatẽ medorũ in qua raguel propinquus tobie morabatur. Ad cuius domũ dum diuertere uellent: angelus tobie dixit: q̃ filia illius unica sibi in coniugẽ cum omni sua substantia debebatur. Et dum tobias propter ea q̃ de puella audiuerat ipam accipere dubitaret: angelus ipsum edocuit: q̃ super petulantes & deum nõ timentes demoniũ potestatem habebat. Sed cum illã acciperet trib⁹ noctib⁹ in oratione pernoctarent: & de iecore piscis incensum faceret: & sic demonẽ effugaret: q̃rta uero nocte puellam cognosceret amore p creande prolis: nõ appetitu libidinis. Ingressi ergo ad raguelem cũ tobiam eius consanguineum cognouisset gratanter illos suscepit: & ad conuiuium inuitauit. Cui tobias filiam eius in uxorẽ petiit. Sed cum pater illã ei dare dubitaret ne forte ei sicut & aliis contigerat: hortãte angelo ac dicente: hoc diuine uoluntatis esse: & ꝓpterea alius eam nõ potuerat habere. Raguel saram filiã suã tobie desponsauit: & magnas nuptias preparauit. Nocte uero iuuenẽ ad puellam intromisit: qui iecur piscis super prunas posuit. Moxq; angelus demonium apprehensum in deserto egypti superioris alligauit. Exhortante igitẽ tobia ipse cũ sara nocte illa in oratiõe pseuerarunt. Sed cum circa pullorũ cantũ raguel foueam pari fuisset: ut ante lucem generũ sepeliret: misit ancillam ad explorandũ quomodo se hꝫ̃et. Que reuersa nũciauit ambos incolumes dormientes. Qui deum ex corde benedixit: & foueam repleri mãdauit. Facto q; solenni conuiuio uicinis & amicis adiurauit tobiam: ut duas hebdomadas apud se maneret: & dedit ei medietatem oium que possidebat: & de reliqua post mortẽ suã ei relinquẽda promisit. ¶ Interea angel⁹ q iuuenis putabatur: rogatus a tobia ad rages urbem accessit: a gabello mutuatam pecuniã exegit: chirographum ei restituit: eumq; secum ad tobiam reuinsendũ adduxit. ¶ Raguel igitur filiam suam tobie tradidit: & dimidium substantie sue in seruis & pecudib⁹ camelis & pecunia ei concessit: filiamq; suam salutaribus monitis eruditam i pace dimisit. Qui recedentes cum peruenissent ad charrã que est medio in itinere: raphael & tobias precesserunt: & saram cum seruis & pecudibus lẽto gradu uenire permisserũt: monuitq; angelus tobiam: ut peruenies domum oculos patris felle piscis liniret: & confestim uisum recuperaret. Cum aũt appropinquaret ad urbẽ Anna mater ei⁹ que insupercilio montis quotidie sedebat: filium suum de longe uidit: & currens uiro suo nunciauit. Canis etiam qui eos secutus fuerat cauda blandiens pcucurrit. Tobias ergo surgẽs duce puero: processit obuiaꝫ filio: & se mutuo osculantes fleuerunt pre gaudio. Cumq; tobias iunior felle piscis oculos patris delinisset: post mediam quasi horam egressa albugine: uisuꝫ ante q̃tuor annos amissum recepit. Nam annorum 56. illum perdidit & sexagenarius recuperauit. Post dies. 7. Sara nurus eius applicuit: & cum gaudio a tobia & anna recepta fuit: omnia quoq; que sibi acciderãt iuuenis enarrauit. Deinde raphael eis quis esset aperuit: & relicta illis pace dispuit. ¶ Tobias uero in timore domini perseuerans annis adhuc 52. superuixit: & uidit filios nepotum suorũ. Et post annos. ii2. uite sue: in pace obdormiuit. Sepultusq; est in niniue ciuitate. Mortua quoq; anna eius uxore. Tobias cum sara & filiis suis uenit ad raguelem: & cum eo mansit usq; ad finem uite sue: omnemq; substantiam eius possedit. Et post eius obitum in sãctitate perseuerauit annorumq; .99. in pace quieuit. Huius sancti & duarum sanctarum infrascriptarum: hic gesta posui: quia dies eorum obitus sunt incerti: & ipsorum historie hoc tempore: uidelicet ad medium mensis septembris ab ecclesia leguntur. Hec ex libro tobie: & ex chronicis iosephi hieronymi & comestoris.

¶ De scã iudith uidua. LXXX.

IVdith uidua inter sanctas ueteris testamenti matres: sancta quoq; ruth fgina a iosepho & hieronymo conscribuntur. Quarum sanctitatis laudes i earum libris specialibus extolluntur. Fuit autem iudith de ciuitate betulie oriunda: filia merari de tribu ruben: uxor nobilis manasse ab eo in multis diuitiis relicta: que nimia pulchritudine in uiduitate castissima domino seruiebat. ¶ Cum ergo cambyses filius cyri regis persarum: qui alio nomie nabuchodonosor appellatur: cui pater adhuc uiuẽs regnum assyriorum concesserat anno .xii. regni sui: arphasath regem medorum in campo uicisset: & regnum eius obtinuisset: in superbiã elatus misit ad omnes urbes mũitas syrie & damasci usq; ad hierusalẽ exigens ab eis tributa longe graviora q̃ patres sui. Qui omnes uno animo contradixerunt. Et indignatus rex misit holopherne principem militie sue cum exercitu innumerabili ad regiones illas: mandans ut nulli hominũ uel munitionum pceret oculus eius. Qui cum uastasset ciliciam & mesopotamiaꝫ: & madianitas: & ciuitates mũitas obtẽtas destruxisset: & deos

eaq; exterminasset: puenit ad terminos terre israel: ut expugnaret eos. Timētes autem filii israel ne similia faceret hierusalē & templo domini: clauserunt itinera montium: & se coram domino ieiuniis & orationibus humiliauerunt ad exhortationem heliachim sacerdotis magni. Cūq; holophernes audisset q̄ filii israel montium itinera ꝙclusissent cōtra betuliam ciuitatem: uocauit duces moab & amon: & interrogauit eos: quis eēt iste populus: aut que uirtus eorum. Tunc achior dux filiorū amon narrauit ei: quomodo uenisset populus ille de egypto in signis mirandis: & deo eorum sibi ꝓpicio terram chanaam patribus suis promissam admirabili potentia obtinuissent. Et cum deus eoꝝ placat⁹ erat eis: nemo poterat illis resistere: cū uero propter peccata sua exasperabant eū: flagellabat eos. Audiens hec holophernes iratus mandauit achior illi populo sociari: ut illis pereuntibus ipse pariter cum eis periret. Sicq; a seruis suis adductus iuxta betuliam manibus & pedibus uinct⁹ ad arborem dimissus est. Egressi autem fundibularii de ciuitate eum soluentes adduxerunt ad populum: quia omnia coram populo que sibi contigerāt enarrauit: quem princeps ozias in domum suam suscepit. ¶ Altera die holophernes ciuitatem betuliam potenter obsedit. Et ueniens aqueductus qui fluebāt in urbem abstulit eis aquam. Sed ciues betulie noctibus egrediebantur ad quosdā sōticulos iuxta muros: quibus utebātur ad refocillandum potius q̄ ad bibendum. Quod holophernes comperiens: fontib⁹ custodes apposuit: ita ut aqua in ciuitate deficeret: post dies uiginti uenerunt aūt duo sacerdotes de hierusalem ad populum exhortandū Et cum popul⁹ siti deficiens uellet ciuitatē tradere holopherni: ad preces sacerdotum adhuc quinq; dieb⁹ domini misericordiam expectare decreuit. ¶ Hoc audiens beata iudith: primum quidem eos redarguit: q̄ terminum domino posuissent: deinde eis imposuit: ut eos eodem sero ad portam ciuitatis expectarent. Premissa quoq; oratione lauit se & induit omnes uestes suas comptas: & ornamenta tulit: & ancillam suā nomine abrā secum duxit: portās secum cibos aliquos ad edendum. Venienſq; ad portam ciuitatis iussit sacerdotibus & custodibus ut se usq; ad diem tertium expectarent. Cumq; descenderet montem tenuerunt eam exploratores: & duxerunt ad holophernem: qui statim propter eius nimium decorem capt⁹ est in oculis suis. Cū aūt ipm adorasset iudith: interrogauit eam cur ad se uenisset. Que respondit: q̄ iccirco uenerat: ut saluaret aiam suā: eo q̄ populum suum propter peccata ipsorum in manu holophernis cōgnouerat esse tradendum. Addens q̄ deus suus eam miserat: ut ipsa sibi hec nunciaret: suoq; usus cōsilio ipsum usq; in hierusalem cum omni exercitu suo intromitteret: omnemq; populum sicut oues sine pastore obtineret. Que cum holopherni placuissent: iussit ei dari de conuiuio suo. Illa autem non posse de cibis eorum comedere dixit: ne super se ueniret ira dei. Petiitq; sibi dari copiam per triduū egrediendi ad orandum deum suum. Et ita per tres dies noctibus exibat: & dominū ꝓ suo populo exorabat. Quarto uero die holophernes fecit cenaz seruis suis: & iussit uagno eunucho: ut iudith uocaret ad mensam Cui⁹ pulchritudine & ornamētis holophernes captus: iocundiorq; effectus bibit uinū ultra oēm modū: & inebriat⁹ statim festinauit ad lectum. Vagno autem iudith in eius cubiculum introduxit: ut concūberet secū holophernes. Omnes quoq; inebriati ad hospitia festinarunt. Holophernes autem iacebat in lecto nimia ebrietate sopitus. Precepit ergo iudith ancille: ut ad hostium cubiculi obseruaret: & oratione premissa cum lachrymis inuocato domino: pugionem holophernis: qui pendebat ad columnam exoluit: & percutiens bis in ceruicē eius: caput ipsi⁹ abscidit: & inuoluit illud canopeo suo hoc est serico reticulato: & tradidit ancille: que misit illud in peram suam. ¶ Et egresse sunt ambe ꝓm consuetudinem quasi ad oratiōē: transeunteſq; castra uenerunt ad portam ciuitatis: & uocauit iudith custodes: aptaq; ianua ingressa est: cunctisq; ciuibus cōcurrentibus ad eam: accensisq; luminaribus protulit caput holophernis. & omnia que sibi deus fecerat enarrauit. Vocatusq; achior uisoq; holophernis capite adorauit deum israel: & appositus est ad populum domini. Cūq; ois populus laudasset deū: de mādato iudith caput holophernis in muro suspēderunt: & diluculo in hostes impetū fecerunt. Quod uidentes assyrii mādauerūt principē suum uocari. Cū aūt intrasset uagno: ut excitaret eū: uidit corp⁹ sine capite: nec inuenit iudith. Quod assyrii audiētes timore ac stupore ꝓcussi: se in fugā dederunt. Quos filii israel cedētes usq; ad fines suos ꝓsecuti sūt: & uix p. 30. dies eoꝝ spolia collegerunt. Vniuersa quoq; que fuerant holophernis iudith donauerunt. Post hec ascendit iudith i hierusalē: & deo gratias egit. Vocatusq; est cambyses ab hebreis secūd⁹ nabuchodonosor. Rediēsq; iudith betuliā ꝓseuerauit i scā uiduitate oib⁹ diebus uite sue: & dimittens abrā suā liberā qeuit in pace annoꝝ. 105. Sepultaq; est in monumento manasse uiri sui. Hec ex libro iudith & aliis quibus supra.

¶ De sancta hester regina. LXXXI.

HEster regina claruit i ciuitate susa: que postmodum edessa dicta ē tempore assueri siue artaxerxis regis persarū: qui regnauit ab india usq; ad ethiopum supra. i27. prouincias. Qui tertio anno imperii sui fecit grande ꝓuiuium cunctis principibus & magnatibꝰ prouinciarū: qđ durauit. i80. diebus in domo sua mirabili: cuius colūne erant argētee: tectum uero instar firmamēti habens gēmas diuersi coloris: in figura sideꝝ & signoꝝ dispositas. Post hos dies conuiuii inuitauit omnē populū qui erat in susis: & discubuerunt extra domū. 7. diebus in uestibulo horti delitiarū: qđ mira pulchritudie decoratum erat. Vasti quoq; regina fecit conuiuiū feminarum i palatio ubi rex manere ꝓsueuerat. Die aūt. vii. precepit rex. 7. eunuchis: ut introducerent reginā in appatu suo: ut ostēderet oibus pulchritudinē eius. Que ad imperium regis uenire ꝓtempsit. Et iratus rex de ꝓsilio. 7. sapientum qui sibi semp astabāt mandauit: ut ultra uasti non ingrederet ad regem: sed altera melior regnaret pro ea: ut per hoc discerent omēs mulieres non parui pendere mandata maritoꝝ suoꝝ. Igit ad suggestionem pueroꝝ regis: ceperūt iquiri uirgines in omni regno eius: & tradi aggeo eunucho ad custodiam: & acceperūt cultus & ornamenta ad libitum suum: ut quecunq; oculis regis placeret ipa regnaret pro uasti. Erat tunc i susis iudeus nomie mardocheus de tribu gemini: qui descenderat de transmigratione iechonie. Hic erat nutritius filie fratris edesse: que alio nomie dicebatur hester: quam orbatam utroq; parente: mardocheus adoptauerat in filiam. Hec iter ceteras puellas tradita ē eunucho: que non indicauit populum suum sicut ei mādauerat mardocheꝰ. Inuenitq; hester gratiam in oculis eunuchi: & tradidit ei ornamēta pulchriora &. 7. puellas que excolerent eā. Porro uirgines per ordinem ingrediebantur ad regē: & que ab eo egressa fuerat: non poterat ad eum redire nisi eam ex nomine uocaret. Mardocheus āt uersabatur circa domum regis curas habēs salutis filie. Tādem ex ordine uenit dies: quo hester ad regem ingressa est in ornatu speciosoꝰ. Et inuenit gratiam apud regem: & fecit eam regnare pro uasti. 7. anno regni eius: & celebrauit nuptias integro mēse: donaq; largitus est occasione nuptiaruꝫ: iuxta eius magnificētiam regalem. ¶ Eodem tempore irati sunt duo eunuchi regis ianitores: & machinati sunt in mortem eiꝰ qđ mardocheum nō latuit. Qui indicauit hester & illa regi ex nomine mardochei: quesitumq; est & inuentuꝫ & appensus est uterq; in patibulo. Et traditum est scriptūre in annalibus regis: in quibus reges accidentia sui temporis registrabant. ¶ Post hec assuerus exaltauit aman a amalechitem de stirpe agag: fecitq; eum pꝰ se primum in omni regno suo. Et adorabant eum omnes serui regis preter mardocheuꝫ: qui propter patrias leges corā eo genua nō flectebat. Quod attendens aman indignatus est: & accipiens eum esse hebreum: cogitauit omnes hebreos perdere q erant in regno assueri: ueteri motus odio: quia iudei perdiderant amalechitas. Duodecimo igitur anno assueri missa est sors in urnam coram aman: quo die & quo mense gens iudeorum interfici deberet. Et exiuit sors. i4. die mēsis duodecimi. Aman autem suggerēte regi: q gens iudeorum nouis legibus uteret & regis iussa contemneret: pacemq; regni turbaret: decreuit: rex ut gens illa omnino piret. Cumq; aman promisisset impendere decem milia talentorum argenti in gazophilacio regis ex bonis iudeorum: concessit rex omne illud argentum aman: & q de populo illo ageret ut sibi placeret. Tulitq; rex anulum quo utebatur: & dedit aman: ut scriptas litteras ex nomine regis anulo suo signaret. ¶ Tunc scripsit aman nomine regis litteras anulo regis signans: ut occiderentur iudei a paruulo usq; ad senem & bona eorum diriperentur. i4. die. xii. mēsis. Statimq; in susis pependit edictum. Quod cum audissent iudei fleuerunt. Hester quoq; hoc audiens accersiuit mardocheum: qui omnia ei per eunuchum significauit: & exemplum edicti ei misit: mandans ut ad regem itraret & ei pro suo populo supplicaret. Et quāuis hester iuxta legem regis non auderet ad eum ingredi nisi uocata sub pena mortis: tamē in domino confisa exposuit se periculo: & mandauit mardocheo ut omnes iudei pro ea orarent & triduo ieiunarent. ¶ Die autem tertio premissa oratione induta regalibus: stetit in atrio contra basilicam regis cum duabus puellis. Qui cum respexisset eam toruo uultu: timens hester collapsa est. Quod cernens rex & ei compatiens: quia ipsam pre omnibus diligebat: surgens uenit ad eam: & cepit hortari ne timeret: eo q tali legi que pro subditis facta erat ipsa utpote regina non tenebatur. Illa uero surgens de angustia regem osculata: inuitauit eum & aman ea die secum ad prandiū. Et cum secū ambo comedissent: obtulit rex hester ut peteret qcquid ab eo uellet. Que iterum eos duos uidelicet regem & aman rāt tum p die sequēti ad ꝓuiuiū inuitauit: & tūc ab eo peteret quod optabat. Egressus é ita q; aman letus. Et uidens mardocheum sibi nō assurrexisse indignatus é: & uocatis amicis indicauit eis omnē gloriam suam: addēs

q ipsum solum cum rege hester ad conuiui um inuitasset. Verūtamē nihil se habere putabat: dum uiueret mardocheus. Sed amicis consulentibus iussit trabem excelsam parari: ut regi suggereret: q̄tenus mardocheum in ipsa appenderet: & sic letus ad conuiuiū intraret. ¶ Noctem illam rex duxit insomnem: iussitq; sibi deferri annales & legi. Et uentum est ad locum: ubi erat scriptum: q mardoche⁹ nunciasset ei facinus eunuchoꝝ Cūq; rex interrogās audisset: q ex hoc mardocheus nihil premii consecut⁹ fuerat: quesiuit quis esset in atrio: & responderunt ei q aman. Ipse eni itrauerat: ut regi suggereret de morte mardochei. Cumq; uocatus intrasset: interrogauit eum rex: quid fieri deberet uiro: quem rex desiderabat honorare. Qui cogitans pro se dictum: respondit: q indut⁹ regalibus & coronatus super equum regis per totam ciuitatem deberet circūduci: tenēte habenas primo de principibus regis. Statimq; iussit rex: ut quicquid aman dixerat: mane faceret mardocheo: nihil omnino pretermittens. Quod cum fecisset consternatus rediit domum. Et ecce nuncii regis compulerūt eū ad ꝙuiuiū r̄gine uenire. ¶ Finitoq; conuiuio dixit rex hester: ut peteret quicqd uellet. Que petiit sibi donari uitam & omni populo suo: cum per omnes prouincias ab aman mandati fuissent occidi. Quod aman audiēs timuit. Rexq; iratus surrexit: & hortum intrauit: & cum post horam rediisset: inuenit aman super lectum regine corruisse: i quo ipsa iacebat: ut ei pro anima sua supplicaret: putansq; q eam opprimere uellet exclamauit. Et cū ab eunuchis audisset: q trabem ad suspendium mardochei parasset: iussit eū in ipsa imediate appēdi: & dedit hester domum aman. Auditoq; ab ea q mardocheus patruus suus esset: dedit ei anulum suum quem receperat ab aman. Qui de mandato regis scripsit nouas litteras: regis anulo signatas prioribus contrarias ad principes prouinciarum: ne occiderentur iudei: imo illos qui parati erant ad intersectionem ipsoruꝫ iudei interficerēt: & manus principum esset cum eis. Et factum est nomen iudeorum celebre. ¶ Igitur precedēti die ante diem qua iudei occidi debebant: uidelicet decimatertia die mensis duodecimi percusserunt iudei hostes suos plaga magna per omēs prouincias ad septuaginta quinq; milia. In susis uero interfecerunt sexcentos uiros. Die uero decimaquarta solēnitatem domini celebrantes conuiuia magna fecerunt. Deinde regis mandato suspensi sunt decem filii aman: & omnis eius progenies deleta est. Et constit⁹ est mardocheus loco aman princeps prim⁹ post regē. Hester quoq; regina domino seruiuit omnibus diebus: & genuit regi filium nomine artaxerxem: qui post regem assuerū in regno successit. Mortuo quoq; assuero regina hester cum filio suo annis pluribus imperium tenuit. Et post hec in pace dormiuit Sepulta in susis in sepulchro regali. Hec ex libro hester: & aliis uoluminibus quibus supra.

¶ De sancto nicomede presbytero & martyre. LXXXII

NIcomedes presbyter & martyr passus est rome sub flacco comite. Hic discipulus beati petri apostoli eiusq; in predicatione adiutor in christi nomine miracula faciebat. Cui ut castissimo uiro beat⁹ petrus ad passionem pergēs: petronillam suaꝫ filiam cōmendauit. Cum autem flaccus comes petronillam in suum cōiugium requisisset: & uirgines ac matronas: ut ipsa requisiuerat: ei misisset: ut eam ad domum ipsius associarent: ipsaq; diuinis sacramentis ab eodem nicomede presbytero perceptis expirasset: ut supra in gestis petronille dictum ē pridie calendas iunii. Turba mulierum: que ad eius nuptias celebrādas uenerat: exequias sancte uirginis celebrarunt: quam beat⁹ nicomedes sepeliuit. Et dum postmodum uerbum domini predicaret instanter: tentus est a flacco comite tempore domitiani: pro eo potissime q feliculam uirginem ab eodē comite passam sepelisset: ut supra dictum ē idibus iunii: Quem tentum dictus comes fecit adduci ad sacrificandum. Quod cum facere recusaret: iubente flacco tam diu plumbatis cesus ē: donec spiritum exhalauit. Corpus autem eius in tyberim precipitatum est xvii. calē. octobris. Hec marcellus petri discipulus scripsit.

¶ De sancto ualeriano martyre. LXXXIII

VAlerianus martyr unus fuit ex numero illorum quinquaginta: qui tēporibus antonini ueri imperatoris apud lugdunum in carcere missi fuerant cū sancto phōtino episcopo. Ex quibus christianis ipse ualerianus una cum marcello martyre patesactis ianuiis ab angelo dimissus est: ut habetur supra in passione dicti marcelli pridie noñ. septembris. Quo quidem marcello p martyrium assumpto: dum ipse ualerianus i cellula secretissima latitaret: & multos ad christi fidē conuertisset: puēit ad castrū tenocium in territorio cabilonēsi: ubi sanct⁹ marcellus passus fuerat: ubi ē a militibus prisci p̄sidis captus: & cum sacrificare nollet stipiti appēsus: & grauiter exungulatus tandē in christi confessione p̄sistēs in eo loco: ubi nunc corpus eius sepultum colitur:

gladio animaduersus est. Qui in eius agone ut olim protomartyr stephanus uidit celos apertos: & christum ei coronam ostendere preparatam. Passus est autem .xvii. calendas octobris.

¶ De sancta euphemia uirgine & martyre. LXXXIIII.

EVphemia uirgo filia senatoris philophronis i ciuitate chalcedonia passa est tēpore diocletiani imperatoris sub proconsule prisco. Qui prio in ipsa ciuitate .49. xp̃ianos iuuenes detentos una cū euphemia uirgine cum nollent deo marti sacrificare per dies .20. in carcere macerauit. Deinde ipsos eductos alapis in faciem cedi: deinde graui ter flagellari fecit: ipsosq; uinctos iterum in carcere imperatori puniendos reseruauit. De quibus dicetur infra .8. calen. octobris. Quos beata euphemia cum eis piter detenta uiriliter hortabat. Propter qđ ante proconsulem adducta: cum sacrificare nollet alapis diu cesa est: deinde in carcerē remissa. Quā iudex secutus ex libidine opprimere uoluit: sed subito manus eius exaruit. Qui se incantatum putans: prepositum domus sue ad eā direxit: ut eā faceret ꝑsētire. Sed ille carcerē clausū: nec clauib⁹ apire: nec securib⁹ frāgere potuit: donec a demonio arreptus seipm dilaniās uix euasit. Deinde educta posita est sup rotam: cuius uectes carbonibus pleni erant: & artifex intra rotam signum trahentibus dederat: ut quando sonū faceret simul traherent: & sic exeunte igne: uectes corpus uirginis dissiparent. Sed nutu dei ferrū quo rota temperabatur manu decidens sonum fecit: & continuo trahentib⁹ illis rota artifices ꝑminuit: & euphemiam illesaz ꝑseruauit. Tunc parentes artificis suppositō igne: ipam rote alligatam: simul cuz rota comburere uoluerunt. Angelus autem domini de celo descendit: & rota combusta euphemiam intactam eduxit: ministros quoq; omnes paralysi percussit. Tunc iussit eam proconsul in fornacē ardentem mitti: cuius ignis latitudo .45. cubitis extendebat. Sed signo crucis edito: inde illesa educitur: & in loco excelso stare cōspicitur. Apelianus autez proconsulis assessor: eidem consuluit: ut eam decollari faceret: dicens uirtutem christianorum: non nisi ferro uinci posse. Erectis ergo scalis cum sosthenes & uictor ad eam feriendam missi essent: uidentes eam angelorum & uirginum choris circundatam: & imenso lumine circū fusam: conuersi sunt ad christum: & reuersi eam percutere noluerunt: ut supra in eoruz passione actum est. 4. idus septēbris. ¶ Post hec priscus eam per capillos suspendi fecit: sed imobilem permanētem: negato cibo: iterum diebus .vii. in custodia macerauit. Illa uero ab angelo quotidie refecta .vii. die educta: subter quattuor magnos lapides posita est: quatenus sicut oliua confringeretur. Ad cuius orationem lapides ut puluis comminuti sunt. Quod cernens priscus ipsam in ꝓfundam foueam proiici iussit: ubi tres erant bestie immanissime que omnem hominez deuorarent. Que statim uirgini blandientes iūctis caudis: ei quasi cathedram ad sedenduz fecerunt: & uirginem illesam de fouea eduxerunt. Priscus confusus ut eam uel dolo occideret: fecit gladios & palos acutos configi & obscure ac terra modica operiri ut illa ex improuiso in ipsos incidens moreretur. Gladiis uero & palis ab angelis alibi transpositis: euphemia ueniens ad locum nil lesionis pertulit: ministri uero incidentes interfecti sunt. Que omnia dum priscus magie attribueret: iussit eam uirgis cedi. Et cum nec sic superari posset: mandauit eam ferris membratim diuidi: & in sartagine membra torreri: uerum angeli domini ferras confregerunt: & ignem sartaginis extinxerunt: uidēs apelian⁹ proconsulem angustiari. Iussit uirginem i harenario mitti: & bestias ei laxari. Et laxati sunt ei duo leones & due urse. Et cum bestie ei procidentes: uestes eius oscularentur orauit euphemia: ut deus eam tali martyrio dignaretur assumere. Sicq; una ex ursis cursum arripiens: morsum corporis eius solummodo infixit: liuorem tamen nullum ei fecit. Sicq; uoce celica ipsam uocante spiritum emisit. Cuius corpus parentes rapuerunt: & miliario uno a ciuitate chalcedonia sepelierunt decimosexto calēdas octobris. Cuius meritis omēs iudei & gentiles eiusdem urbis in domino crediderunt.

¶ De sanctis lucia & geminiano martyribus. LXXXV.

LVcia uidua & geminianus martyres passi sunt in ciuitate mendula in prouincia sicilie posita tempore diocletiani & maximiani imperatorum. Fuit autem beata lucia nobilis in urbe roma: que annis .xxxvi. manserat uidua: & ānis septua ginta q̃nq; ꝑmansit in hac uita. Quam filius eius eu ꝓpius diocletiano accusauit: q̃ esset christiana. Quam imperator detentam: & ante se adductam: cū non posset inducere ad sacrificandū: iussit in carcerem recludi. Subitoq; fūdamēta carceris ꝑmota sunt: & odor suauissimus fragrauit: uoxque de celo lapsa ipsam in domino confortauit. Deinde christus ei in somnis apparuit: & celestia regna promisit. Post dies quattuor tyberis fluuius inundauit: & pars maxima murorum urbis corruit. Pala

tium quoq; diocletiani impetus aque fundi/
tus euertit. Impator uero qui urbe tunc exi
uerat: hoc audito rediit: & ueniens ad carce/
rem: ubi lucia detinebatur: ipsum apertum
inuenit: & lucem maximam irradiãtem aspe
xit. Eductam ergo sanctam extra urbem: &
deos adorare recusantem: nodosis fustibus
cedi fecit. Et ecce qui eam cedebat: fact⁹ est
lapideus: manus uero carnea remansit usq;
in presens: unde & locus ad manum carneaꝫ
uocatur. Imperator uero pene totus aridus
factus est. Sed oranti pro eo sancta sanitati ẽ
restitutus. Et cum ad templum iouis accede
ret ad gratias diis exoluẽdas subito templũ
corruit: & omnia idola cõminuta sunt. Tunc
iratus diocletianus iussit ollam eream addu
ci & picẽ: plumbum: ac resinam in eã lique/
fieri: & luciam nudam in olla deponi: & per
triduũ ignẽ subter ministrari. Quarto uero
die lucia a mistris ex olla egressa: ac oino
illesa inuẽta ẽ. Quod audiens impator irat⁹
mandauit ipsam ferro & plumbo oneratam
per totam ciuitatẽ duci: & deinde i equuleo
torqueri. Que dum ducereꝫ: puenit ante do
mum hominis prepotentis nomine geminia/
ni: in cuius domo. 320. simulacra erant. Et
ecce subito columba niuea de celo descẽdit:
& sup caput geminiani tertio crucem figu/
rans resedit. Qui respiciẽs uidit celum aper
tum: & sedem dei omnipotentis. Et statim re
lictis omnibus cucurrit ad locum: ubi iam
sancta dei torquebatur: & prostratus pedi/
bus eius: se christianum asseruit: & baptis/
mum expetiit. Qui statim detentus una cuꝫ
lucia carceri mancipatus est. Sacerdos autẽ
quidam prothasius nomine per noctẽ ab an
gelo monit⁹ ad carcerem accessit: & apertis
hostiis: luceq; de celo profusa: ac odore aro
matum refragrante: fonte quoq; de terra e/
rumpẽte. geminianum baptizauit: quem lu/
cia de sacro fonte suscepit. ¶ Post tertiũ diẽ
ambo de custodia educuntur: & iterum pe/
nis afficiuntur: sed ab angelo coronis de ce/
lo sibi impositis laureantur. Cum autẽ eos
imperator ireꝫ i carcere reclusisset: & extra
urbẽ equitaret: dũ pueniſſet ad pontẽ galla
tium: iudicio dei pons cecidit: & multis i flu
uio necatis: ipse uix cuꝫ paucis euasit. Cui⁹
prefectus nomine pyrrhopogon pamphil⁹
natione: luciam & geminianum nolẽtes diis
immolare ceruicibus contundi fecit. Et sta/
tim facto nimio terremotu camera fori cor
ruit: & prefectum cum quadraginta ex mi
nistris oppressit. Lucia uero cum geminia/
no illesa permansit: quos tumultus populi
ereptos liberauit. ¶ Post ãnum uero sancti
martyres ab angelis in siciliam insulaꝫ per/
ducuntur: & in mõte tauromenio dimittun/
tur: indeq; uenerunt ad predium alesinum:
ubi filiam cuiusdam eucarpionis a spiritu
immundo decennio uexatam liberauerunt.
Altera uero die peruenerunt ad fluuium psi
miphum: & cum nimium inundaret: oratio/
ne facta aqua stetit: & sancti super undas sic
cis pedibus transierunt: & peruenerunt ad
mendulam ciuitatem: ubi multos infirmos
curabant: & demonia clamantia eiiciebant:
eosque omnes ad christum conuertebant.
Quod audiens iudex nomine aprophasius
iussit omnes qui puersi fuerant decollari ✠
numero septuaginta quinq;: qui mox ut do
mum redibat ex equo colapsus & mortuus
est. Tunc magasius iudex hoc comperto a
syracusana ciuitate uenit mendulam: ut san/
ctos interficeret. Orante uero lucia mons
crepuit: & sanctos suscipiens triduo occul/
tauit: deinde sitientibus illis fontis aqua sca
turiit: eosq; refecit. Orauitq; lucia ad domi/
num: ut eius in pace susciperet spiritum:
& statim in domino obdormiuit. Geminia/
nus uero post duos dies egressus: ut corpus
eius sepeliret: a carnifice inuentus gladio p
cussus est. Et cum odor maximus de monte
fragraret: christiana quedam ad odoris sen/
sum montem intrauit: & in sepulchris mar/
moreis ibideꝫ ab angelis preparatis sancto
rum corpora reperta sepeliuit: atq; in mon/
tis uertice ecclesiam eorum nominibus fa/
bricauit. Qui passi sunt decimosexto calen.
octobris.

¶ De sancto lamperto episcopo & martyre. LXXXVI

LAmpertus episcopus & martyr
passus est tempore pipini fran/
corum regis. Hic eni genere no
bilis ex oppido traiectẽsi oriun
dus ab annis puerilib⁹ sacris lit
teris eruditus: diotardi episcopi discipulus
fuit: a quo & ecclesiasticos ordines usq; ad
diaconatum accepit. Qui pro sui sanctitate
adeo ab omnibus amabatur: ut mortuo dio
tardo magistro suo traiectẽsi occlesie in epi/
scopum ab omni populo mereretur promo
ueri. Quẽ hydricus rex pre omnibus episco
pis suis chari⁹ diligebat. Quo mortuo iui/
dog; malitia ciues eius impii ipsum sine cau
sa de episcopatu eiecerunt: & feramundum
in eius cathedra statuerũt. At lampertus ad
monasterium: quod dicitur scabolañ: decli
nauit: & p septem ãnos ibidẽ in penitẽtia &
optima conuersatione stetit. ¶ Quadam ue
ro nocte ad orationem surgens in pauimen
to per ignorãtiam casu sonitum fecit. Quod
audiens abbas mandauit: ut quisquis esset
ille: qui sonitum illum feciſſet: statim ad
crucem: que erat in campo sub diuo usq;
post matutinũ moraturus accederet. Cre/
dens q; aliquis ex fratribus strepitum stu/

dioſe feciſſet. Tũc lampertus illico nudis pedibus & cilicio indutus ad crucem cucurrit acſi tali obedientie uti unus ex monachis eſſet aſtrictus: ibiq; uſq; poſt matutinum perſeuerauit: donec abbas in matutino omnib⁹ uiſis fratribus: eꝝ deeſſe cognouit. Et audito q; ille fuiſſet qui ad crucem iuiſſet: eum introduci fecit: quem totum capite cum hyems eẽt horrida: niue perfuſum & pene frigore extinctum aſpexit: & ab eo cum monachis ueniam poſtulauit. ¶ Poſt. vii. annos autem iubente pipino rege feramundus expellitur: & lampertus in ſedem ſuam reducitur. Et cum ipſe ſicut prius uerbo & exemplo polleret duo germani fratres maligni iſurgentes i eum grauiter perſequi ceperũt. Quos puidem amici epiſcopi eo inſcio occiderunt. Eodemq; tẽpore lampertus pipinuꝫ de quadam eius concubina plurimum increpauit. Dodo autem conſanguineus occiſorũ & frater ipſi⁹ meretricis aule regie domeſticus: occaſione accepta cõgregauit exercitũ: & domum epiſcopi: que erat in uico leodio nocte circundedit: uolens occiſorum necem in ſanctum uindicare lampertum. Quod cũ uir domini puero nunciante didiciſſet: gladium quem tenebat abiecit: ſuoſq; conſtanter admonuit: ut peccata ſua confiterẽtur: & patienter mortem ſubſtinentes in domino confortarentur. Cum autem hoſtes domuꝫ eius undiq; inflammaſſent in ſanctum martyrem irruerunt: & ipſum orantem iaculis & gladiis pemerunt. Quibus abeuntibus: quidaꝫ ex epiſcopi famulis euadentes: corpus ei⁹ ad eccleſiam ſuam nauigio perduxerunt: quod traiectenſi cũ multa ciuitatis meſtitia ſepulture dederunt: paſſus eſt. xv. calẽ. octobris circa annũ dñi. 610.

¶ De ſcõ tharraſi confeſſore. LXXXVII.

THarraſis confeſſor grecia ut creditur oriundus: eo q; de uita ipius nihil certum habetur: confeſſione chriſti & penitentia clarus apud conſtantinopolim eremi i cola angelicam uitam duxit: ubi in pace qeuit. Corpus autem eius in ſpelunca repertũ eſt: in qua & penitentiam egiſſe putatur: cuꝫ titulo in tabula ſcripto. Hic requieſcit corpus ſancti tharraſis confeſſoris. Quod inde leuatum tempore alexii imperatoris: intra urbis regie ambitum honorifice ſepulture traditum eſt. Proceſſu uero temporis inde tranſlatum fuit uenetias ab ipſi⁹ patrie ciuibus: atq; in monaſterio ſancti zacharie depoſitum quieſcit. Cuius tranſlatio facta eſt. xv cal. octobris. Nam & de eo quo tempore floruit: quo ue die ad chriſtum migrauit aliter reperiri non ualuit.

¶ De ſanctis emiliano & hieremia martyribus. LXXXVIII.

EMilianus diaconus & hieremias martyres apud corduba hiſpanie ciuitatem paſſi ſunt. Qui p confeſſione fidei xp̃iane detenti: & diuerſi afflicti ſuppliciis: tandem gladio decollati ſunt. xv. cal. octobris hec ado in martylogio.

¶ De ſanctis uictore & ſtephana martyribus. LXXXIX.

VIctor & ſtephana martyres apd ſiciliã paſſi ſunt ſub perſecutiõe antonini imperatoris agente duce ſebaſtiano. Qui militẽ uictorem captum hortabatur: ut diis ſacrificaret. Quod dum r̃cuſaret: iuſſit dux confringi digitorum eius articulos: donec oſſa de corio ſuggregarẽtur. Et cum in his gratias ageret: iuſſit eum mitti in caminum ignis ardẽtis. Orauit autem uictor ad dominum: & ignis eum non tetigit: ſed poſt triduum dux ip̃m illeſum inuenit. Tunc mãdauit uenena preparari: & ea in carne iniici & ei dari. Et continuo manducauit: nec aliqd mali ſenſit: uenenarius autem acriores uenenorum ſtimulos porrexit. Et cum comediſſet iterum ſanus ſtabat. Statimq; magus ille conuerſus: omẽs codices ſuos combuſſit: & fidẽ xp̃i ſuſcepit. Poſt hec iuſſit dux neruos corpis ei⁹ dirũpi: & oleum decoqui: & partib⁹ occultioribꝰ corporis infũdi. Ac demũ i equuleo ſuſpẽdi & lãpades ei ardentes applicari. Que cũ oia ꝑportatus a dño ſuperaſſet: fecit acetũ & calcẽ in os eius ifundi: deinde ip̃m exoculari: & ſic uerſis pedib⁹ ſuſpẽdi: donec ex ei⁹ naribus ſanguis diſtillaret. Dimiſſo igit̃ eo triduo in illo ſuſpẽdiculo: carnifices eũ mortuum exiſtimantes acceſſerunt ut uiderẽt: & ſtatim excecati ſunt. Sed orante uictore tã ipſe q̃ illi uiſum percepe runt. Iratus autem ſebaſtianus hoc audito mandauit eum decoriari. ¶ Tunc uxor uni⁹ militis nomine ſtephana annorũ circiter. xvi exclamare cepit: & ſanctum martyrem beatificare: uiditq; duas coronas ab angelis de celo deferri: & maiorem uictori: minorem uero ſibi dari. Et cum hec omnia coram cũctis enarraſſet: & xp̃m dominũ confeſſa fuiſſet. Iuſſit dux arbores duas palmarum ad ſe inclinari: ita ut ſe tangerẽt: & in utriſq; ligari manib⁹ ac pedib⁹ beatã ſtephanã: & ſimul arbores ad naturalẽ erectionẽ reuertẽtes dimitti: ſicq; dirupta ẽ ſtephana i duas partes & a xp̃ianis occulte ſepulta. Sanctũ aũt uictorem iuſſit dux decollari. Percuſſoq; illo ex ei⁹ corpe ſanguis & lac emanauit. Cuius corp⁹ a xp̃ianis ſepultũ ẽ in ſarcophago: qđ ipſe ſibi ꝑpauerat i ciuitate ſua. Paſſi ſũt aũt ſci mr̃es. xiiii. cal. octobris.

¶De scō methodio epō & marty. LXXXX

Methodi⁹ martyr primo olympi lycie epūs & postmodū tyri fuit. Qui nitidi ꝓpositiq; ſmonis aduersus porphyriū libros luculētos ꝓposuit. Itē ſympoſiū. x. uirginum. Item de resurrectione ꝓtra origenē opus egregium. Et aduersus eundē de phytonissa & ā arte georgiox. In genesim quoq; & in cātica canticox cōmētarios edidit. Et multa alia que uulgo leguntʒ: q ad extremū nouissime pſecutiōis sub diocletiano: uel ut alii affirmant sub decio & ualeriano in chalcide grecie martyrio uitam finiuit. Cui i carcere existenti facta est reuelatio plurimox de tpe aduent⁹ antixpi: que scūs martyr scripture ꝓmēdauit: passus est. i4. calē. octobr. Hec hieronymus de uiris illustribus.

¶De scō fereolo martyre. LXXXXI

Fereolus martyr & iulianus eius comes in aluernia nati deo in militari habitu ſuiebant: ut dictū ē supra in passione iuliani mr̄is. 5. calē. septēbr̄. Cū aūt pſecutores sanctū iulianū apud aluerniā decollassent: & caput ei⁹ uiēne ad fereolū detulissent: a crispino ꝓsulari tali ꝓditione missi: ut aut fereolus sacrificaret: aut similē sniam acciperet: cū eis assentire nollet: ꝓsertim in xpi ꝓfessiōe capite cesus est. Cui⁹ corp⁹ una cū capite sācti iuliani in ipsa ciuitate in eodē tumulo sepultum est. i4. calē. octobr̄. ¶Post multos aūt ānos cū mamert⁹ epūs uienneñ corp⁹ sci fereoli trāsferre uellet: inuenit caput sci iuliani inter man⁹ fereoli: & utrūq; ipsox ita itegrū & illesum ac si ea die fuisset sepultum.

¶De scō flocello martyre. LXXXXII

Flocell⁹ mr̄ puer decennis passus est apud urbē augustuduneñ tēporib⁹ antonini ipatoris sub ualeriano pside. Cū eni pses audisset: q flocellus scōs martyres in eox passionib⁹ cōfortaret: iussit eū teneri: & suspensum in equuleo diutius flagellari. Deinde carceri una cū leone recludi: ut ab eo deuoraret. Orante uero puero leo subito morit. Statimq; .7. lucerne cū cādelabris ei pſentāt: quax lumine tenebre carceris repellunt. Quod audiēs gētilis q̄dā filiū suū cecū surdū & mutum ei obtulit: cui sanctus martyr ꝓfestim uisum auditū & loquelā restituit: & ipm cū patre ad xpm ꝓuertit. Que dū pses audisset ipm in ignē maximū extra urbem mitti fecit. Sed puer ab angelo sibi a dextris assistente hortatus ignē ingressus est Et cōtinuo tempestate & imbre ualido igruente ignis extinct⁹ est. Quē pses iussit ligua & palmis clauis ꝓfigi. Et dum nihilominus xpm ꝓfiteret: stola indutus linea feris in platea exponitur: & ab eis discerptus martyrio coronatur. i4. calend. octobris.

¶De sāctis ianuario episcopo & sociis martyrbus. LXXXXIII

Ianuarius epūs & socii ei⁹. i. sest⁹ sosius & proculus diaconi: desiderius lector: acaci⁹ & eutyches passi sunt apud ciuitatē puteolanam sub pſecutiōe diocletiani agente preside timotheo. Qui preses missus a cesare ad ciuitatē nolanā campanie ad xp̄ianos exterminandos. Sosium ecclesie messenateñ & ꝓculum puteolane ecclesie diaconos & eutychetē & acaciū ciues nolane urbis laicos xp̄ianos in carcerem clausit. Ianuarium uero epm beneuēti ei de xp̄ianitate delatum teneri: & sibi pſentari mandauit. Quē cū ad deorum sacrificia: nec blanditiis: nec minis inclinare posset. Iussit caminū ignis p triduox incendi: & ianuariū interim custodie detētū inter flāmas immitti: qui oone fusa cū angelis decantās in medio ignis deābulabat ille sus. Quod dū milites timotheo pſidi nūciassent: iussit caminū ignis apiri. Et erūpēs flāma plurimos paganox circūstātes pemit. Ianuarius aūt ex camino ꝓsiliuit: ita ut nec capilli ei⁹: nec uestimēta exusta i aliquo apparerent. Quod dū preses magicis artib⁹ attribuisset: iussit eū in custodia detineri. Die uero sequēti ante se adduci: & neruos de corpore ipsius separi: deinde itex in earcerē recipi: ut interim noua supplicia excogitaret. Ad quem uenientes festus diaconus & desiderius lector beneuentane ciuitatis: & eius suppliciis condolentes: iussu eiusdem presidis detinentur: & una cum ianuario uinculis mancipātur. ¶Post hec dum timotheus ad ciuitatem puteolanam transire uellet iussit omnes martyres prefatos catenis uinctos ante currum suum protrahi ad exemplum christianorum: ipsosq; cūctos in amphitheatrum eiusdem urbis introduci: & ursos eisdem laxari. Sed mansuefacte fere quasi oues ad pedes martyrum procidebāt. Quod cernens preses dictata sententia iussit eos omēs capite cedi. Statimq; lecta sentētia: cum sancti ad decollationem ducerentur: cecus effectus est preses. Ianuarium quoq; mox reuocatum rogauit: ut pro se ad deum suum oraret. Et cum pro illo orasset: confestim lumen oculorum recuperauit. Quo uiso miraculo fere quinq; milia gentilium conuersi sunt. Preses uero in malū obstinatus hec uidens: ianuarium ad martyrium una cū ceteris remisit: quē senex quidam rogauit: ut de uestibus suis aliquid pro reliquiis acciperet. Cui episcopus post decollationē suā orarium suuʒ ei se datux promisit. Decollati sunt ergo sācti martyres. .i. ianuari⁹ epūs

festus & procul⁹ diaconi: desiderius lector & acacius: & eutyches. Sosius uero diacõus qui inter alios promptior appuerat in carcere est seruatus: donec postmodũ ab eodem preside passus est: ut dicet infra i eius passione. 9. cal. octobris. Ianuarius aũt post martyrium suũ seni appuit: & orariũ suum sanguine pfusum quo decollãdus oculos texerat: eidem tradidit. Quẽ senex militibus ab eoꝝ occisione redeuntib⁹: i testimonium miraculi ostẽdit. Eadem aũt hora qua sci capite cesi sunt: timotheus a demonio arreptus diuꝙ uexatus infeliciter expirauit. Mater uero sancti ianuarii i ipsa hora in urbe beneuẽtana sõnium uidit: ꝙ filius ei⁹ p aera ad celum uolaret. Et diẽ & horam notans inuenit ipm tunc palmã martyrii suscepisse. ¶ Cum uero martyr dñi decollaret: & orariũ ante oculos teneret: digitus ei⁹ una cũ capite abscisus excidit. Sed dum xpiani corpus ipsi⁹ & ceteroꝝ martyꝝ nocte sepelire uellẽt: apparuit eis ianuarius: eos admonẽs: ut digitũ simul cum capite ꝑcisum requirerẽt. Quod illi facere curauerunt: & scõꝝ oium corpora honorabiliter iuxta ciuitatẽ sepelierunt. Qui passi sunt. iꝫ. cal. octobris.

¶ De scõ goderico epo. LXXXXIIII

GOdericus eps claruit apud metensem ciuitatẽ tpre theodeberti regis frãcoꝝ. Qui aqtania exortus: primo quidẽ miles egregi⁹ cuꝫ multas ꝓtra barbaros uictorias obtinuisset: & corã deo & hõibus famosus esset: oculoꝝ cecitatem incurrit: nũq̃ tñ ipm patiẽtia defuit. Eodẽ aũt tẽpore scũs arnulph⁹ metẽsi ecclesie presidebat. Goderic⁹ autẽ ab angelo monitus ad ciuitatem metensem uenit: & ibidẽ in ecclesia sci stephani ꝓtomartyris: ut monit⁹ fuerat: ad deũ deuote orauit: & lumẽ qđ dudum amiserat recuperauit. Arnulph⁹ aũt ei carne propinqu⁹ ipm in domũ suam suscepit: & diuina iussione p̃sbyterum ordinauit. Deinde solitariã uitam eligens epatui resignauit: & successorem sibi godericũ reliquit: & eremũ petiit: ut supra i eius gestis dictũ est. i7. cal. septẽbris. Godericus aũt ecclesie metensi: exẽplis & doctrinis laudabiliter prefuit. ¶ Cũ autem corp⁹ sci arnulphi defuncti ad ecclesiã suã cum ciuibus deferret: deuenit ad uillam hõis impii: ut illac transitum haberet: quẽ uidelicet scũs arnulph⁹ sepius in uita sua monitũ: non potuerat a sceleribus reuocare: dumꝙ uille appropinquarent omnes imobiles facti: ultra procedere nõ ualebant: eo ꝙ sanctũ corpus illac transire nolebat: sed dũ omnes ꝓpter hoc hesitarẽt: & sol iam occasui festinaret: occurrit eis uir fidelis: qui eos ad uillaꝫ suam aliam iuitauit. Ad quã cuncti cum tanta celeritate uenerunt: ut uolasse potiusquaꝫ measse putarent: ubi dum uinũ nõ repiret: modicuꝫ ceruisie scõ episcopo oblate: adeo multiplicatuꝫ est: ut nocte illa cũctis ad poculum abundaret. Quieuit autẽ in pace uir domini. xiii. cal. octobris: & tumulat⁹ iacet in ecclesia metensi.

¶ De sanctis peleo & nilo episcopis & martyribus. LXXXXV.

PEleus & nilus epi apud palestinam martyrio claruerunt. Qui tempore ꝑsecutionis in xpianos seuientis: pro ꝓfessiõe gloriosi nominis xpiani: cum plurimis clericis detenti: & ignib⁹ ꝓsũpti: imortaleꝫ a dño coronam percipe meruerunt. xiii. cal. octobris: ut ait ado in martylogio.

¶ De scis felice & ꝓstantia mr. LXXXXVI.

FElix presbyter & constantia martyres tẽpore persecutionis neronis impatoris apud nuceriam ciuitatem passi sunt. Qui rabie dicti cesaris i xpianos crassãte: duꝫ xpm ꝓfiteri nõ dubitassent: gladio capite cesi martyrium consumauerunt. xiii. cal. octobris. hec ado.

¶ De scis fausta & euilasio mr. LXXXXVII

FAusta uirgo & euilasius martyres apud cyzicum ciuitatem passi sunt: sub maximiano impatore. Cum enim fausta eẽt infantula annorum. xiii. filia gemelli ꝓtectoris ciuitatis: parentib⁹ ambobus orbata: xpm dominum clara confitebatur uoce. Missus est igitur euilasius preses annoꝝ. 40. a maximiano augusto ad cyzicum ciuitateꝫ. Qui puellam detentam fecit radi: & ad turpitudinem decaluari. Sicꝙ in equuleo suspẽdi & torqueri. Statimꝙ coruscationibus flectis: multi ministrorum occisi sunt. Deinde in loculis missa: dum ab hora prima diei usꝙ ad sextam serra ferrea secaretur: nec i aliquo ledi posset: predicante uirgine gloriam christi: euilasius preses conuersus ipsam dimisit: & baptismum suscepit. Deinde maximianus hoc audito misit alium presidem nomine cracum: quem iurare fecit ne unq̃ crederet in christum. Qui euilasium & faustam iussit comprehendi: & euilasium in equleo suspẽdi & torqueri. Faustam uero sicut crepidas capite: frõte: facie: pectore: totoꝙ corpore clauis configi. Cum autem illesa permansisset: mandauit eam cum euilasio in fartaginem mitti: & plumbo bulliente ollã repleri. Quibus orantibus & psallentibus: plumbum sicut aqua tepida refrigeratum est. Sancti uero quasi in balneo iacẽtes: uoce ipsos de celo uocante spiritum emiserũt xii. cal. octobris.

¶De sancto priuato episcopo & martyre. LXXXXVIII

PRriuatus episcop⁹ & martyr pas
us est in territorio gaualitane ci
uitatis temporibus ualeriani &
galieni imperatorum sub per
iecutione allemānorum : qui ab
occidente aduersus rempublicam cum rege
ipsorum herode ꝙuenientes: transmisso rhe
no gallias infestabant. Veneruntq; ad mon
tem gedronem i solo gaualitane ciuitatis po
situm: ad quem gaualitani ciues quasi i pre
sidium confugerāt: quem ipsi hostes per bi
ennium obsederunt. Sed beatus episcopus
cum populo suo in ipso monte non erat : eo
ꝙ in alio sibi monte cellam construxerat: in
qua lectioni & orationi insistebat. Cum igit
hostes episcopum ibidem esse comperiunt:
ad eum accedūt: & sperantes per hoc popu
lum obsessum flectere: priuatum capiunt: &
ut suos ciues ad se tradendum hostib⁹ indu
cat compellunt. Recusantem uero hoc face
re: fustibus grauissime cedunt : & ducentes
illum ad gaualitanam quam ceperāt ciuita
tem: cum nec ipsum ad immolandum idolis
compellere possent: in ignem miserunt: Sed
cum inde illesus euasisset : lanceis & cultris
pluribus ipsum plagis confoderunt. Rede
medicis cõsumpsisset: ad scõs dei accessit: & ab eis sanitatem itegrã reportauit. Tunc illa damiano munusculũ obtulit. Et cũ recipere nollet: & illa cũ sacramẽtis per nomẽ domini adiurasset: recipere acquieuit: ut eius deuotioni satisfaceret: & ne nomẽ dñi spernere uideret. Quod ut cosmas ꝓpuit: turbat⁹ ꝑcepit: ne corpus eius cũ frĩs corpore poneret. Sequẽti uero nocte dñs cosme appuit & fratrẽ de suscepto munere excusauit. ¶ Audiẽs autem preses lysias famã eoꝝ: & ꝙ i xp̃i uirtute ifirmitates sanabant: eos ad se accersiri fecit: & que essẽt eoꝝ nomina: que patria: q̃ conditio: que fortuna requisiuit. Illi uero responderũt ad singula: ꝙ nomina eoꝝ erant: cosmas & damian⁹: patria uero arabia: conditio xp̃iana: fortunã autem xp̃ianos nescire dixerunt. Addẽtes se & alios tres fratres cõsobrinos habere: antimũ: leõtium: & euprepium. Quos preses misso cũ eis officio sibi p̃sentari iussit: & cepit agere ut sacrificarẽt: qđ cũ facere ꝓtemnerẽt precepit eos in manibus & pedib⁹ grauiter torqueri. Et dũ eius supplicia deriderẽt: iussit eos catenis uictos i mare precipitari. Sed stati angelus dñi affuit: & diruptis uinculis illos e pelago liberauit. Et cũ hoc miraculũ preses magicis artib⁹ ascriberet: & ip̃i ei xp̃i uirtutẽ p̃dicarẽt: illeq; se eos i noie dei hadriani uelle seq dixisset: ꝓtinuo duo demones affuerũt: & eũ in faciẽ ceciderũt. Sed orãtib⁹ ꝑ eo scis statim demones discesserũt. Tunc presẽs dicere cepit: ꝙ dii ꝓtra eũ indignati fuissẽt: quia illos relinquere cogitasset. Mandauitq; scõs i carcerẽ trudi donec eos qũo pderet cogitaret. Sequenti die illos eductos iussit in ignẽ copiosum iactari. Sed tũ eos i nullo lesit: quin potius flãma erũpens multos de astantibus interemit. Iubentur ergo i equuleo suspendi: sed angelo eos custodiẽte fatigatis admodum ministris incendẽdo: ante presidẽ deponuntur illesi: tres igit̃ fratres fecit in carcerẽ recludi: & cosmã & damianũ crucifigi: & a populo lapidari. Sꝫ lapides iaciẽtes redibant: & plurimos uulnerabãt. Eductis ergo trib⁹ frĩb⁹: & stãtibus iuxta crucẽ. Cosmã & damianũ ꝑcepit a quattuor militib⁹ sagittari Sagitte aũt mr̃es nõ ledebant: sꝫ ꝓuerse plures occidebãt. Lysias aũt se ꝓfusum i oibus cernens: oẽs .v. fr̃es ĩsimul gladio cedi iussit. Xp̃iani autẽ memores uerbi qđ dixerat scũs cosmas: damianũ cũ eo sepelire dubitabãt. Et ecce subito camelus aduenit: & humana uoce loquẽs scõs in unũ sepeliri mandauit. Quod & factũ ẽ. Processu uero tp̃is duorũ fratrũ cosme & damiani corpa romã sũt trãslata & ecclesia eoruꝫ nomini edificata. Passi sunt aũt sci martyres .v. cal. octobris. Circa annũ dñi. 277.

¶ De scis florentio & hilario mr̃i. CXXIIII

Florẽtius & hilari⁹ martyres passi sunt in galliis castro seduno. Qui a paganis tenti dũ xp̃m ꝓfiterent̃: postq̃ lingue eoꝝ precise fuissent: dũ adhuc integro sermõe loquentes fidei nostre ꝑconia p̃dicarent: gladio feriri iussi sunt: & sic martyrii a domino coronam perceperunt. .v. calẽ. octobris. Hec ado in martylogio.

¶ De scis adulpho & ioãne marty. CXXV

Adulphus & ioãnes apud cordubam hispanie ciuitatẽ passi sunt. Qui ꝑ ꝓfessione nominis xp̃iani capite cesi: a xp̃o dño coronari meruerunt. .v. calen. octobris: ut ait ado in suo martylogio ex datariis hieronymi sumpto.

¶ De sancto forseo epõ. CXXVI

Forseus eps anno qnto ꝓstantis: qui & ꝓstãtinus in hibernia claruit: ut dicit sigibert⁹. Hic nobilis genere sed nobilior fide ab infantia sacris litteris erudit⁹: duꝫ inter parentes suos sacri uerbi semiaret eloquium: quadaꝫ die subito egrotans q̃si mortuus stetit: & quattuor manus ad se desuper extensas conspexit: que tenentes eum ꝑ brachia pennis subuehabant. Ipse autem quasi per caliginem da angelica corpora cernebat. Viditq; tertiũ angelũ armatum scuto se p̃cedere: & canticũ mellifluum audiuit ignotum. Sed ab angelo supiori mandat̃ istis: ut ipsum ad corp⁹ reducant. Ipse autem postq̃ ad se rediit: & attinẽtes flentes aspexit: hortatus est eos: diuinisq; sacramentis ꝓceptis die illo & altero supuixit. Media uero nocte serie tertie mortẽ letus excepit: recordatus iocundissime uisionis. ¶ In transitu quoq; suo uisum mirabilẽ uidit: quem beda describit. Vidit enim bonos angelos se suscipientes: & demones clamantes: ac cõtra eos bella commouentes. Et cum eos precessissent: conuersi ignita iacula in eum iactabant: sed angel⁹ quidam precedens: ea scuto suscipiebat: & ꝑtinus extinguebat. Tunc demones angelis oppositi sunt: ꝙ forseus sepius ociosos sermones dixisset. Sed angeli responderunt: ꝙ nisi principalia crimina proferrent: propter ista minima non periret. Et cum dudum super hoc disputassent: tandem prelliante angelo cum demonibus demones in hoc contriti sunt. Tunc demon alius opposuit: ꝙ seruus qui scit uoluntatem domini sui: nec facit plagis uapulandus est multis. Hic autem dona iniquorum recepit. Nam a quodam usurario uestem perceperat: quam nunq̃ restituerat. Excusantibus autem eũ angelis & dicentib⁹: ꝙ demones occulta dei iudicia nõ

cognoscebāt: diabolus tam grauiter eū per cussit: ut postmodū uite restitutus semp per cussiōis uestigiū retinuerit. Arripiētes enim demones unū de his quos i ignib⁹ torrebāt: ipm in eum iactauerūt: qui eius humeꝝ maxillamq; icendit. Cognouitq; forseus hominem: quia ille erat cuius uestē acceperat. Et hanc pcussionē ꝑmittente deo pro receptiōe illius uestis recepit. Deinde cepunt demões cum angelis contēdere de proximi dilectione: qa uidelicet ꝓximū sicut seipm nō dilexerat. Et cū in hoc etiā demones uicti fuissēt ad alias accusationes uersi ceperūt ꝓferre q̄ digne penitētiā delinquētib⁹ nō annūciasset. In omni uero ꝓtradictiōe demonum ualida extitit pugna: donec iudice deo triūphantibus angelis deuictisq; aduersariis immēsa claritate uir scūs circūfusus ē. Et ad mandatum angeli mundū respiciēs uidit uallē tenebrosam: & .4. ignes in aere aliquib⁹ spatiis a se distantes. Quos dixit ei angel⁹ eē .4. ignes mundū succēdētes: quoꝝ unus ē ignis superbie: ēs inuidie: terti⁹ auaritie: & quart⁹ luxurie. Qui postmodū i unū redacti illi appropinquabāt. Et cū flāmā ascendentē timeret: ꝓfortauit illū angelus dicēs: qa qđ non accēderat i eum nō arderet. ¶ Deinde ab angelis sup tectū ecclesie spūs ei⁹ adducit: ubi iam corpus eius mortuū adductum plāgebāt: iubetur ab angelis cadauer suū agnoscere: & ipꝫ reassumere. Ille uero oino recusabat. Tandē coactus ad corpus reducit: & sic cūctis stupētib⁹ forseus suscitat. Qui uisa oia populo rettulit: & deiceps asprimā uitā duxit. Incendia uero que i spiritu sumpserat in scapulis corpis & gena appebāt. Inde egressus pdicauit scotis: & que p uisum hūerat enarrabat. Deinde eps factus ab angelo monitus apud hiberniā pdicauit. Ac inde populoꝝ iuidia iectus p britāniā i saxoniam deuenit: & a rege sigiberto suscep⁹ monasteriū ꝓstruxit. Quod frī suo forlano noie gubernādū dedit: ipe āt cū ulcano alio frē suo eremū petiit: ubi per ānū pmānsit: inde ꝓpulsus a rege clodoueo ꝓsilii gra ad galliaꝝ litora nauigauit. Et a rege suscep⁹ honorifice monasteriū i latiniaco oppido cōstruxit. In quo laudabiliter uitā finiuit .4. cal. octobris. Cuius corp⁹ in uilla: que dicit parona sepultum ē: ut dicit beda.

¶ De scō uincesłao martyre. CXXVII.

VIncesłaus dux boemioꝝ tpe henrici ipatoris martyriū passus ē. Qui postq̄ sacras litteras didicisset: amore celestis patrie: non ad supbie uentū accepit dūii dignitatē: sed ut multis ꝓdesse posset: unde & sua paupib⁹ & ecclesiis largiflue ipendebat. Cū aūt uocatis principib⁹ & baronib⁹ cūctis ad curiā ipatoris frīs sui germāi: ipe postrem⁹ oiuꝫ aduenisset: & alii principes idignati locuꝫ ei ad sedēdū dare nullaten⁹ decreuissēt: statiꝫ ut aulā intrauit: crux aurea i frōte ei⁹ appuit: aliiq; duo splēdidi uiri uisi sunt hic ide ipm comitātes. Cui cesar mox assurgens ipm p̄ ceteris honorauit. A quo adhuc gentile ad ꝓuiuiū i dolo iuitatus est. Et licet eū cesar honorasset ipꝫ tñ ut xpianissimū oderat: unde cū uincesłaus p⁹ prādiū ex more ad ecclesiā pgeret: eū ipator cū turba gētiliū isecut⁹ é. Ipmq; ante ecclesie fores pcūbentem occidi fecit: & mrem dño ꝓsecrauit. Cui⁹ sanguis i pauimēto effusus i testimoniū fratricidii p multa ānoꝝ curricula nec abradi potuit nec abstergi. ¶ Post aliqđ tēp⁹ dū fideles corp⁹ ipi⁹ trāsferre uellent: iuenerūt ei⁹ uulnera plene sanata: excepta auricula: que ei fuerat totaliter abscisa: que tñ loco suo applicata ꝓtinuo ꝓsolidata ē. Cū aūt ad fluuiū maximū & inundātē deuenissent: & ipm transire dubitarēt: iuocato scō mrē currū cū supposito corpe ex alia pte flumis repēte trāsuectū uiderūt: oēsq; stati sine piculo trāsierūt. Dū aūt ad ciuitatē pragā corp⁹ detulissent: carcer subterrane⁹ ꝓfesti illuminat: & facto terremotu apiē: cūctiq; captiui solutis uiculis liberant. Eadēq; nocte xps crucifixus regi dacie appuit: eiq; dixit: q̄ peccata ei⁹ ipm iterato crucifixerant: & q̄ nisi ecclesiam scō mri uincesłao ꝓderet peccatoꝝ uenia minime ꝓueniret: unde ex hoc rex territ⁹: ecclesiam cū mōasterio ordis sci benedicti scō mri fabricauit: & bōis suis largiflue dotauit: ubi & scūm corpus ei⁹ reqescit miraculis clarēs Passus ē autem .4. cal. octobris.

¶ De scō maximo martyre. CXXVIII

MAximus mr passus ē sub decio cesare: optimo āt ꝓcōsule apud asiaꝫ ciuitatē. Quā igressus deci⁹ maximū detentū dū ad sacrificia deoꝝ ꝓpellere ñ posset. Iussit eū fustib⁹ cedi: deide in equuleo leuatū grauiter exungulari. Ita ut carnes una cū sanguine i terrā defluerēt. Cūq; martyr dñi diceret tormēta sibi nō dolorē: sed unctionē iferre. Iussu ꝓconsulis mādāte decio: extra ciuitatem educt⁹: ibiq; lapidib⁹ obrutus occubuit 4. cal. octobris. Sepultusq; ē a xpianis iuxta muꝝ ciuitatis memoria nois eius a fidelib⁹ desuper edificata.

¶ De scō exuperantio epō. CXXIX.

EXuperantius epus claruit apud tolosanam ciuitatem. Qui beatus uir ipsius urbis pōtifex: quā tum sibi extiterit parcus quantū q̄ aliis largus: sanct⁹ hieronym⁹ memorabili prosecut⁹ est relatu. Qui & domini confessor inclytus quarto cal. octobris

in xpō feliciter requieuit: sepultus i ecclesia tolosana: ut ait ado in martylogio.

¶ De dedicatione basilice sancti michaelis archangeli. CXXX

DEdicatio basilice sācti michaelis archāgeli dupliciter noiaf .s. dedicatio basilice: & memoria ipsi⁹

¶ Dicif aūt dedicatio: eo q̄ hac die locū ei⁹ siue templū in mōte gargano sibi dedicatū fuisse michael archangel⁹ reuelauit. Cū eni: ut dictū ē supra i ei⁹ appitiōe. 8. id⁹ maii: scūs archangel⁹ michael in mōte gargano: sipōtinis fidelib⁹ q̄tra neapolitanos adhuc gētiles victoriā miraculose q̄tulisset. Sipōtini quoq; añ os spelūce: ubi archangel⁹ appuerat: quotidie oīonib⁹ uacarēt: sipōtini adhuc dubitabāt: an p̄dictū locū ingredi uel dedicare deberēt. Tūc eps duxit sup his romanū pontificē p̄sulēdū: q̄ sup hoc reqrendā decreuit archāgeli uoluntatē Instātib⁹ ergo cūctis triduo ieiunio: appuit i hac die michael archāgel⁹ epo: dicēs nō eē opus ipsā quā edificauerat ecclesiā dedicari Ipse. n. q̄ p̄diderat: ipse & p̄secrauerat: precepitq; ut die sequēti locū cū populo igrediēs ipm p̄cib⁹ frequētaret: & specialē suū patronū sentirent: deditq; eis p̄dicte p̄secratiōis signū: ut .s. ab oriēte p̄ posterulā ascenderent: & ibidē marmori uestigia hois impssa uiderent. Mane igif eps & popul⁹ ad locū ueniūt & introgressi cryptā magnā & tria altaria inuenerunt: quoq; duo in australi parte posita erant: tertiū uero in oriētali uenerandū & rubeo pallio circunte ctū: ubi celebratis missarum solēniis: uestigia ut archāgel⁹ p̄dixerat inuenerunt: & oēs ad p̄pria cū gaudio redierunt. In eadē spelunca aqua lucida & nimiū dulcis emanat: que post cōionē sūpta diuersas egritudines sanat. His auditis papa in honorem sci michaelis & oium beatoq; spūum hunc diē uidelicet. 3. calē. octobris p̄ totum orbē statuit celebrandū. ¶ Dicif etiā hoc festū memoria: eo q̄ in ipso: ut dictū est oium angeloq; memoriā agimus. Circa quod sciēdum est: q̄ sicut dionysius ponit in libro de celesti hierarchia. Omniū angeloq; sūt tres hierarchie & nouē ordies: ita q̄ quelibet hierarchia tres ordies p̄tiet: & dī ab hieron qđ est sacq; & archos priceps q̄si sacri principatus. Supior aūt hierarchia p̄tinet seraphin: cherubin: & thronos. Media dñationes: uirtutes & potestates: Vltima uero principatus archangelos & angelos. Eoq; aūt ordinatio & dispositio pōt uideri p̄ simile in terrenis. Nā ministroq; q̄ sunt sub uno rege: qdā operant imediate circa p̄sonā regis sicut p̄silia rii & assessores & cubicularii: q̄ similes sunt prime hierarchie: quidā circa regimē regni in cōi: ut pricipes milites & iudices: & hi sūt similes secūde: qdā aūt opant circa regimē alicui⁹ p̄tis regni: sicut p̄positi & baiuli ac p̄sides: & hi sunt similes tertie. ¶ Tres igif ordines prime hierarchie accipiunt: inquantū deo assistūt. Ad hoc autē tria necessaria sunt s. summa dilectio: & hoc quātū ad seraphin q̄ interptant ardentes. Perfecta cognitio: & hoc q̄tum ad cherubin: q̄ interptant plenitudo scientie. Perpetua fruitio siue q̄etatio: & hoc q̄tum ad thronos: qa in eis deus sedere dī: dū eos in se quiescere facit. ¶ Tres autez ordines medie hierarchie accipiunt: inq̄tuz habent regere uniuersitatē hoium in cōi. Et hoc p̄sistit in trib⁹. Prio in p̄sidendo siue imperādo: & hoc ptinet ad ordinē dñationū: q̄ aliis inferiorib⁹ p̄sunt: & eos in dīnis dirigūt ac eis impant. Secūdo in opando: & hoc ptinet ad ordinē uirtutū: qbus nihil ē impossibile exeq̄ quod mandat: & iō eis attribuit opatio miraculoq;. Tertio in arcendo & expellēdo contraria ipedimenta: & hoc ptinet ad ordinē potestatū: q̄ habēt arcere demōes & p̄trarias potestates. ¶ Tres uero ordines ultime hierarchie accipiunt ēm quod habēt regimen limitatū & determinatū. Nā quidā p̄sunt uni p̄uincie: & hi sūt de ordine principatus: sicut erat princeps p̄saq;: qui p̄erat p̄sis: de quo hēt dañ. 10. quidā p̄sunt uni multitudini uel ciuitati: & hi dicunt archangeli quidam uero cuilibet p̄sone singulari: & hi sunt angeli: & iō angeli minora: archangeli uero maiora nunciare dicunt: quia bonum multitudinis dignius q̄ bonū uni⁹ hominis. ¶ Decet aūt nos nedū in hac solēnitate: sed cōtinue omēs istos angelos honorare p̄pter septē rōnes. ¶ Primo quia sunt custodes nostri. Cuilibet eni homini dant duo angeli: unus mal⁹ ad exercitiū: ali⁹ bonus ad custodiendum. Effect⁹ autem angelice custodie i homine triplex assignari pōt. Prim⁹ est: ut p̄ficiat in aīa in bonum gr̄e. Et hoc facit angel⁹ trib⁹ modis. Primo omne impedimentuz ad bonum remouendo: hoc significatum ē exo. 12. ubi angel⁹ percussit primogenita egypti. Secundo pigritiā excitando: quod significat zach. 4. Angelus dñi excitauit me: q̄si uiq; q̄ suscitat a somno. Tertio in uiā penitētie ducendo & reducēdo: quod significatū ē tobie v. i angelo q̄ eū duxit & reduxit. Secūd⁹ effect⁹ est: ut aīa nō cadat in malū culpe. Et hoc facit angelus tribus modis. Prio ipediendo peccatū futuq; ne fiat: hoc significatū ē nūeri 22. in balaā q̄ ad maledicēdū israel p̄gēs ab angelo in uia ipedit⁹ ē. Secūdo increpādo p̄teritū: ut ab eo qs recedat: qđ significatū est iudic. 2. Cū āgel⁹ filios israel de p̄uaricatiōe increpasset: ipsi eleuauer̄t uocē ⁊c. Tertio q̄st uiolētiā iferēdo ut a pñti eripiat qđ significatū ē i uiolēta eductōe loth de sodōa geñ. 19.

¶ Tertius effectus ē: q; si aia cadit postmodum resurgat. Et hoc facit etiā trib⁹ modis. Prio mouēdo cor ad contritionē: qđ significatur tobie. xi. ubi tobias iunior ad documētū angeli de felle p qđ intellígitur contritionis amaritudo: liniuit patri oculos. ſ. cordis Scđo purgādo labia ad ꝓfessionē: qđ significat isa. 7. ubi p angelū labia isaie purgant. Tertio ꝓgaudēdo ad satisfactionē luc. 15. gaudium ē angelis dei super uno peccatore ꝛc. ¶ Secūdo debemus eos honorare qa sūt ministratores nr̄i heb. i. Omēs sunt admistratorii sps ꝛc. Omēs eim pp nos mittunt: quia supiores ad medios medii ad ifimos & ifimi ad nos. Et hoc quidē ꝓpetit. Prio bonitati diuine: in hoc enī manifestat dīna bonitas: q̄tū nr̄az salutē diligat: dū nobilissimos sps & sibi itima charitate unitos: ad nos dirigit & trā smittit. Scđo charitati angelice. Cū enī charitatis ardentis sint: maxie desiderāt alioz̄ salutē. Ideoq; ut ad nos mittāt lex exigit angelice charitatis. Tertio hūane idigētie. ¶ Mittunt enī angeli ad inflāmandū affectū ad dilectionē: unde in huiꝰ figura leguntur missi in curru igneo. 4. ro. 6. Ad illuminādū intellectum ad cognitionē: figura huiꝰ apoc. x. in angelo q hēbat librū aptum i manu sua. Ad corroborādum omne ꝓfectū usq; in ꝓfectionem: huius figura. 3. g. 19. Angelus portauit helie panē subcinericiū: & uas aque: & comedit & bibit: & ambulauit in fortitudie cibi illius usq; ad montē dei. ¶ Tertio honorādi sunt: qa sunt fres & ꝓciues nr̄i. Oēs enī electi assumūt ad ordies āgeloz̄: quidā ad supiores: qdā ad iferiores: quidā ad medios ſm diuersitatē & exigētiā meritoz̄: licet beata uirgo sup omnes fuerit exaltata. Et hoc greg. i quadā homelia p prolixa uerba insinuare uidet. ¶ Quarto qa sunt aiaz̄ nr̄az̄ i celis portitores. Et hoc faciūt triplici modo. Prio uiā ꝓparādo malach. 2. Ecce ego mitto āgelum meū & ꝓpabit uiā ꝛc. Tertio p uiā ꝓpatā i celum baiulādo exo. 24. Ecce ego mitto angelū meū q te cust. i uia: & idu. i ter. quā ꝓmisti patrib⁹ tuis. Tertio i celo collocādo luc. xv factū ē ut moreret mēdic⁹ & portat⁹ ab angelis i sinū abrahe. ¶ Quito qa sunt ofonū nr̄az̄ ante deū presentatores: ipsi enī primo oratões nr̄as deo repntāt tob. 12. qñ orabas tu cū lachry. & sepeli. mor. ego obtuli orationē tuā dño. Scđo ibidē pro nobis allegāt zach. i. Rndit angelus dño & dixit: dñe exerci. usq; quo nō miſebe. Iuda & ur. hierusalē quib⁹ iratꝰ es ꝛc. Tertio dei sniam & gratiaz̄ nobis renūciado dan. 9. dicitur q gabriel ad eū uolās dixit. Ab exordio p̄cum tuaz̄ egressus ē ſmo glo. i. Snia adeo & ifra. Ego autē ueni ut idicarē tibi ꝛc. ¶ Sexto sūt honorandi qa sunt regis eterni nobilissimi milites secundū qđ dicit iob. 25. Nūqd ē nūerus militum ei⁹: uidem⁹ aūt q; i militib⁹ alicuius regis: quidaz̄ semp i aula regia ꝓmorant & regem associant: quidā citates & castra custodiunt & ꝓseruāt: quidā uero regis inimicos expugnāt. Ita hoz̄ militū xp̄i: quidā i celo empyreo semp regē regū associāt: & ad ei⁹ honorē cantica letitie & glorie cātant: dicētes: scūs scūs scūs ꝛc. isa. 6. Itē benedictio & claritas & sapiētia ꝛc. apoc. 7. Alii āt custodiūt ciuitates & uillas: illi. ſ. qui nobis sūt ad custodiā deputati isa. 62. Sup muros tuos hierusalē ꝓstitui custodes. Alii uero dei inimicos. i. demones expugnāt apoc. 12. Factū est preliū magnum i celo. i. i ecclesia militāte se cūdū unā expositionē: michael & angeli ei⁹ prelia cū dracone ꝛc. ¶ Septio & ultimo qa sunt tribulatoz̄ ꝓsolatores zach. prio. Angelus q loquebat i me uerba cōsolatoria: hoc autē faciūt trib⁹ modis. Prio ꝓfortādo & roborando dan. xi. Cū daniel corruisset tetigit eū angelus dicēs. Noli timere pax tibi cōfortare & esto robust⁹. Scđo ab ipatientia ꝓseruando ps. Angelis suis mandauit de te: & infra. In manib⁹ porta. te. ne. for. offen. ad lapidem pedē tuum. Tertio ipam tribulationem refrigerando & minuēdo. Et hoc significat dan. 3. ubi angelus dñi cū trib⁹ pueris descēdit in fornacem: & fecit mediū fornacis quasi uentū roris flantem.

CXXXI

¶ De scō maximo epo.

MAximus epūs apud rhegyū ciuitatem claruit. Qui de uico q dicit deconiato ortus: pentib⁹ xp̄ianis ab ifantia uirtutib⁹ & sacris litteris eruditus: relicto seculo insulam lerinēsis monasterii petiit: ubi mōach⁹ factus omni scitate pollebat. Mtaq; ifidias diaboli perpessus deuicit: postea uero fact⁹ est abbas mōasterii successorq; sci honorati Quē diabolus nocte quadā exterrere uolēs eidē i forma horribili appuit: sed signo crucis edito ꝓfesti euanuit. Moxq; scūs febricitare cepit. Cui decūbēti rursum demon in spē dracōis se oñdit: sed cū orasset ad dñm mōstrum depellit: & scūs protinus a febre curatur. ¶ Nocte quadā orationis gr̄a ad litt⁹ egressus: uidit nauē ad portum applicuisse cuius naute ad eum ueniunt: eidemq; dicūt q; fama eius ad syrie partes ꝓuolauerat: multusq; populus eum desiderabat: ubi si uellet accedere multum domino populum posset acquirere: offerentes se illum in sua naue uecturos. Qui diaboli figmēta perpendens orauit: & signo crucis edito: nauis phantastica cum nautis disparuit. ¶ Electus deinde a populo in episcopū rhegyne citatis gregē dñicū uerbis nutriebat & exēplo: q ēt basilicā sci albani itra castellum rhegyi ꝓstruxit.

Ad quam edificandam dum pauci boues eo presente columnas faciliter traherent: absente uero plurimi trahere non possent: uocatus eps uidit demonem in forma parui ethiopis plaustro insidentem. Quem postq̃ sua oratione fugauit: boues opus solitum etiam in eius absentia celeriter perfecerunt. ¶Cum aũt reliquias ad eccleſiã ꝓsecrandã deferrent: puer quidã frater rhegyni diaconi de muro lapsus cecidit & expirauit: cui⁹ corp⁹ diaconus in cubile epi collocauit. Ad cuius ꝓces finito officio maximus thalamus ingressus pueꝝ oratione suscitauit. ¶Alias etiam filiam cuiusdã uidue nobilis ciuitatis defunctam: motus maternis lachrymis ad uitam reduxit. ¶Adolescentulum insup morsu rabidi canis extinctũ: sua oratione pristine uite restituit. Canẽ quoq; qui multos laniauerat: leui ictu baculi peremit: uulnera etiam cunctis inflicta sanauit. ¶Quendam hominẽ quem bos cornupeta feriens euiscerauerat: uulneribꝰ alligatis infra dies septẽ sanum effecit. ¶Cecum quendã qui ab annis. xv. lumen oculoꝝ amiserat: dũ ad matutinum ꝓgeret: & pedibus ipsum cepisset diutius postulatus: signo crucis edito protinus illuminauit. Obitum autem suum & presciuit & predixit. Et in stratu ꝓprio quasi leui sopore detentus spiritum emisit. ⅴ. calendas octobris. Cuius corpus ꝓtinuo miro odore fragrauit. ¶Sed dũ in eius exequiis puella nuper defuncta loculo uiri sancti substrata fuisset: ꝓtinus a mortuis resurrexit: & una cum ceteris corpori sepulture interfuit: & deum collaudare cepit. Sicq; sepultus est in eccleſia sancti petri rhegyne ciuitatis: ubi iacet miraculis clarꝰ.

¶De sancto hieronymo presbytero & doctore. CXXXII

Hieronymus presbyter & doctor eximius filius eusebii uiri nobilis oppido stridonis: quod dalmatie quondam pannonieq; confinium fuit: extitit oriũdus. Hic adhuc puer romam adiit: ubi litteris grecis & latinis & hebraicis plene eruditus est. In arte grãmatica donatum: in rhethorica aũt preceptorem habuit uictorinum. In scripturis autem diuinis exercitabatur die ac nocte & inde hausit auide: quod postmodum effudit abunde. ¶Quodam uero tempore sicut ipse in epistola ad custochium refert: dum de die tullium: de nocte platonẽ auide legeret: eo ꝙ sermo sibi incultus in libris propheticis nõ placeret: circa mediam quadragesimam subita febre corripitur: adeo ut calore iã uitali deficiente exeqe funeris parẽt Subito igit̃ i extasi ad tribunal sũmi iudicis rapitur: & cuius ꝓditionis eẽt interrogatus: xp̃ianum se fore ꝓfitetur. Quẽ iudex aperto ore demẽtiens: ciceronianũ esse dixit: nõ xp̃ianum: eo ꝙ ubi thesaurꝰ suus ibi eẽt cor suum. At hieronymus obmutuit: & iudex illũ acriter cedi iussit. Cum aũt misericordiã postularet: & astantes ꝓ iuuene ueniã supplicarent. Iurauit hieronymꝰ: ac protestatus est: ꝙ si unq̃ codices seculares legeret: xp̃m negaret. In hec uerba dimissus reuixit: & lachrymis se totum ꝓsum inuenit: ac ex uerberibus scapulas repperit liuiẽtes. Extũc se diuinoꝝ uoluminũ studio totaliter cõtulit. ¶Dũ autẽ eẽt annoꝝ. 20. per liberiũ papaⅴ romane eccleſie cardinalis p̃sbyter ordinat̃ Tunc sub impatore ꝓstantio in arrianam heresiⅴ lapso: & alie hereses pululare ceperũt: quas omẽs uir sanctꝰ uerbo & scripto iuxta sibi a deo datã sapientiã cepit infringere: cui paula nobilissima romanoꝝ eius discipula sedule ministrabat: eiusq; filiã eustochium uirginẽ sacratissimã hieronymus diuinorumⅴ studiis imbuebat. ¶Mortuo uero papa liberio sanctꝰ doctor dignꝰ sũmo sacerdotio ab oibus acclamat̃. Sed dũ clericoꝝ & monachoꝝ lasciuiam ĩcreparet: ab eis turpiter derisus est. Nam ut ait ioannes beleth. Cum hieronymꝰ ad matutinũ ꝓgeret: uestẽ mulieris lineam: quam iuxta lectũ posuerãt super pelliceũ suum putans induit: & sic ad eccleſiam ꝓcessit. Hoc autẽ faciebãt emuli: ut mulierem hr̃e in thalamo crederẽt. Quod ille uidens: eoꝝ cessit uesanie: & ad gregoriũ nazanzenũ ꝓstãtinopolitañ epm̃ puenit. a quo multa in sacris litteris didicit. Deinde alexãdriam prexit: & didymũ doctorem pluribꝰ mensibꝰ audiuit. Post hec in syriam abiit: in possessione euagrii presbyteri aliquantulumⅴ cõmoratus. ¶Deinde in egypti eremũ ꝓperauit: ubi quanta pro xp̃o substinuit in epistola ad eustochium ipse cõmemorat. Nã in credibili se penitẽtia & humano corpori penitus importabili se macerauit: ibiq; quadriennium exegit. Quo peracto ad bethleẽ oppidum remeauit: ubi prudẽs animal ad presepe domini se obtulit permansuꝝ. Penitentiam uero ꝓsuetam nullatenꝰ dimisit: & carnem diris uerberibus flagellauit. Ad portã quoq; bethleem occidentalẽ cenobium construxit: & multos discipulos ꝓgregauit: inter quos eusebiũ nobilẽ cremonẽsem predilectũ habuit. Bibliothecã autemⅴ suam quam summo sibi ediderat studio: iterũ relegens: diem ieiuniis ducebat ad uespeꝝ. In translatione etiam scripturaꝝ. ⅹⅹ. annis &. ⅴ. mensibꝰ desudauit: & semp uirgo ꝓmãsit. Monasteriũ quoq; ancillaꝝ dei ꝓdidit: in quo paulam uiduam & eustochium eiꝰ filiam uirginẽ: que eũ secute fuerãt: mꝝtis sacris uirginibꝰ p̃posuit: & regulã eis monasticã dictauit.

¶ Cum aũt usq; tunc in ecclesia unusquisq; caneret qđ uolebat: ad instantiam theodosii imperatoris damasus papa hieronymo ipo/suit: ut diuinum officiũ ordinaret. Qui psal/terium p ferias & nocturnos & horas alias canonicas diuisit: & gloria patri in fine psal mos cantari instituit. Epistolas & euãgelia per ãni circulum: ceteraq; omia ad officium pertinẽtia preter cãtuz ordinauit. Quod pa pa damasus sibi missuz approbauit: & eccle sie celebrandũ tradidit. ¶ Quadã uero die adueſpascẽte: dum hieronymus cũ frib⁹ ad sacram lectionẽ legendã sederet: leo quidaz claudicans monasteriũ igressus est. Fugien/tibusq; cũctis: eum solus scũs doctor exce/pit: & leonis plantã a sentibus uulneratã iue nit. Adhibita ergo cura leo qualuit: & inter eos quasi domesticũ aial habitabat: fenũq; si cut bos comedebat. Cui hieronym⁹ officium imposuit: ut asinũ loci ligna de nemore dese rentem: ad pascua & ad nemus duceret & cu stodiret. Quod & factũ est: leone asinũ cõti/nue more pastoris industrii comitãte: ipsũq; fideliter defensante. Quadã autẽ uice leone grauiter soporato: mercatores cũ camelis il lac trãseuntes: asinum solũ pascentem a leo ne elongatũ rapuerũt. Expgescũs leo: sociũ rugiendo querẽs huc illucq; discurrebat. Et eum non inueniẽs: ad portã mõasterii tristis rediit: & intus acsi pre uerecundia igredi nõ presũpsit: uidentes autẽ fratres q; sine asino rediisset: putauerunt q; fame ꝓpulsus illũ de/uorasset: nolebant q; ei ãnonam prebere con suetam. ¶ Tunc admonẽte hieronymo offici um asini leoni iungũt: & ligna cedẽtes ei i/ponũt. Quod cũ leo patiẽtissime ferret: qua dam die expleto ope: ad agrum exiuit: & q̃si diuino instinctu undiq; discurrere cepit. Et ecce uidit a longe negociatores cuz onustis camelis precedẽte asino ueniẽtes: leo igitur recognito asino: rugiẽs sup eos irruit: & om nes homines i fugã ꝓuertit. Deinde terribili/ter cauda terrã percutiens: asinũ & camelos pterritos sicut erãt onusti: ante se ad cellam ire coegit. Quod cum fratres uidissent & mi rati hieronymo nũciassent: iussit scũs came/los introduci: & depositis sarcinis pedes eis lauari: & sup hoc uolũtatem dñi expectari. Tunc leo cepit p monasteriũ discurrere: sin/gulos fratrũ uestigiis se ꝓsternẽs: & de per petrata culpa quasi cauda alludẽs ueniã po stulabat. Hieronym⁹ aũt futuros ꝓsci⁹ iussit hospitibus uenturis refectionẽ parari. Et ec ce hospites adsunt preforib⁹: abbatẽ uidere querentes. Ad quos cũ exisset illi pedib⁹ ei⁹ aduoluti: pro ꝓmissa culpa ueniam postula/bant. Quos ille benigne introducẽs: ac resi/ciens: admonuit ut suis ꝓtenti aliena de cete ro nõ usurparent. Illi aũt beato hieronymo licet dudum recusanti medietatem olei qđ se cum attulerãt pro benedictiõe obtulerunt: eãdẽq; mẽsuram ãnis singulis se & suos here des eius sribus daturos ꝓmiserũt. ¶ Tanta autẽ lassitudine fatigatus ẽ: ut in stratu suo iacens funiculo ad trabẽ suspẽso supin⁹ mani bus se leuaret: ut. s. officium monasterii ꝓut poterat exhiberet. Per annos uero. 50. nunq̃ coctum nisi bis i ultima egritudie mãducauit: carnẽ cilicino sacco semp domauit: nec stratum aliud nisi terrã unq̃ sciuit: semel in die post uespas radices aut folia arborũ de/gustauit: sem p oratiõi: aut eruditiõi: aut le/ctiõi intẽtus. ¶ Appropinquãs aũt uite ter/mino: se sup nudã humũ collocari precepit: & sacco quo induebat opiri: ubi primo fres suos ad se cõuocatos dulci eloquio & sacris admonitionib⁹ iformauit: & eusebiũ eis i ab batem dimisit. Deinde sacrã eucharistiã sibi oblatã cum lachrymis sumpsit. Et suppin⁹ ad terrã rediens: manib⁹ in modũ crucis su/pra pectus extensis: symeonis ꝓphete uatici nium decantauit. Quo finito cum esset hora ꝓpletorii: subito lux maxima ac si sol in me/ridie eũ circũfulsit: i qua luce ab astãtib⁹ ui/se sunt acies angelo; discurrẽtes: tanq̃ scin/tille i arundineto. Auditaq; ẽ uox saluatoris ipm ad celestia inuitãtis: & sci doctoris se pa ratũ uenire respondentis. Et post horaz lux disp uit: & iclytus doctor cũ luce spiritũ ad dominũ emisit: pridie cal. octobris. Anno e/tatis sue. 99. mẽse. vi. anno honorii impera/toris. xii. Corp⁹ uero qđ pre nimia afflictio ne & uerberib⁹ leprosi speciez ptẽdebat: o/dorem nimiũ oia aromata superantẽ fragra/bat. ¶ Eadẽ hora cyrillus hierosolymitan⁹ eps olim eius auditor: orãs in cella raptus i spiritu uidit iter speciosuz & lucidissimũ de mõasterio sci usq; ad celũ: & multitudinem angelo; splẽdẽtium alternati cũ melodiis & cantib⁹ cereos deferẽtium: & aliã non mino/rem istis obuiã modo simili ueniẽtẽ. Animã quoq; hieronymi post oẽs ad saluatoris ipi⁹ dexteram ad celos ꝓcedẽtẽ. Quei loco ubi cyrillus degebat subsistẽs: se eidẽ aiam esse doctoris inclyti reuelauit: & ut ad suos per geret filios mãdauit: quatenus eos lugentes ꝓfortaret: & que uiderat nũciaret. Statimq; uisio euanuit: & cyrillus eadem hora illum migrasse cognouit ¶ Eadẽ etiam hora augu stinus epus hipponeñ. i sua cellula exist ens dum tractatum de uisiõe beata ꝓpilare uel let: & sup hoc hieronymũ ꝓsulẽdum dispo/suisset: ac epistolã ei scribere cepisset: in effa bile lumen cum odo; fragrãtia in ꝓpabili cellam repleuit: eoq; admodũ stupente: uox de luce isonuit: que ipm de nimia p sumptio ne redarguit: eo q; existens i carne mortali: beatitudinem eternã ꝓprehẽdere cogitasset:

quod nulli mortalium aliqñ possibile foret. Cū autē aug⁹ ab eo queteret qs eēt. Rñdit se esse hieronymi aiam: cui ipse epistolā notaꝛ ceperat destinandā: que ipsa hora a carne soluta ad celi gaudia ꝓperabat. Cū autē aug⁹ ab ea multas qōnes de trinitate & āgelica natura atq; de beata uita queliuisset: & ipse ad singula clarius rñdisset: lux illa cū uoce disparuit: odor tñ plurib⁹ dieb⁹ pmānsit. ¶ Eadem hora in ciuitate turoneñ duo monachi monasterii sci martini cū quodā alio uoces oium musicoꝝ instrumentoꝝ dulcisonas audierunt: & lucē sole clariorem ꝓspexerunt: odorem quoq; cunctoꝝ aromatū psenserūt. Et admirantes tāta: audierunt uocē de celo: qualiter xps cū angelis oibus priarchis prophetis: apostolis: martyrib⁹: ꝓfessoribus: & uirginib⁹: ac beatoꝝ omniū aiabus hieronymo pbō tunc in bethleem mortuo occurrebat: eiusq; aiam ad celoꝝ gaudia tā feliciter ꝓducebat. ¶ Corpus aūt eius cilicino sacco quo uiuēs utebaꝛ inuolutū in terra ꝓut ipse mādauerat sepultū est: uidelicet ante hostiū spelunce: in qua xps fuit natus: & in psepio reclinatus. In cui⁹ exequiis cec⁹ unus a natiuitate uisum recepit. Surd⁹ & mutus audiendi & loquendi facultatē accepit. Hereticus etiā qdā qui corp⁹ illud incendio dignū asseruit: subito in ligni spēm est mutat⁹: & mox fulmine de celo descendente cōbust⁹: atq; in cinerem redact⁹. Alia quoq; signa & miracula stupenda & innumera p sanctū suū dominus opari dignatus est: que i epistolis eusebii: augustini: & cyrilli leguntē: que p singula ponere longū eēt. ¶ Hic gloriosus doctor ꝑter sacraꝝ expositionē ueteris testamēti: quod ex hebraico: & noui: quod ex greco ꝑmone transtulit in latinū: infinita pene alia opuscula edidit. Oēs enī.ió. ꝓphetas exposuit. Quorundā grecoꝝ doctoꝝ uolumina i latinā linguā transtulit. Scripsit opuscula si ue epistolas ad diuersos circiter.i46. Tractatus qnq. Epistolas alias breues.70. Sermones.io. Itē libros hebraicaꝝ qōnum. Itē hebreoꝝ nominū. Libellū de locis terre sācte ꝓditum ab eusebio in latinū uertit ex greco. Sup libro psalmoꝝ.iso. tractatus plixos edidit. Libꝝ de optimo genere interꝑtandi ad pāmachiū. De uiris illustrib⁹. Itē cōtra iouinianū libros.2. Itē cōtra heluidiū de btē marie uirginitate ꝓpetua li.i. Cōtra pelagiū li.i. Cōtra origenē li.4. Cōtra uigilantium li.i. Ad nepotianū li.2. Super euāgelio matthei li.4. Vitā pauli primi eremite & aliorū patꝝ monachoꝝ. Libꝝ chronicū oīmode historie. De seraphin li.i. De osāna li.i. De frugi & luxurioso filiis li.i. Homelias origenis 28. in hieremia & ezechiele ex greco in latinum cōuertit. Itē de tribus qōnibus ueteris legis. Homelias in canticis canticoꝝ.2. Commentarioꝝ in epistola pauli ad galatas li.3. In epistola ad ephesios lib.3. In epistola ad titum li.i. In epistola ad philemonē li.i. Super genesim li.i. Didymi libꝝ de spūscō ex greco in latinū uertit eloquiū. In lucam homelias origenis.38. In psalmis a.io. usq; ad ii6.tractatus.7. Captiui machi monachi gesta descripsit. Cōtra rufinū aquileieñ pbm inuectiuas plurimas. Ad beatū augustinum epistolas multas. Itē libꝝ phemioꝝ super libris diuine scripture. Ad heliodoꝝ exhortariū Altercationē luciferiani & orthodoxi. Ad eustochium de uirginitate seruanda li.i. Ad marcellam epistolaꝝ li.i. Cōmentarios in ecclesiasten plures. Enchiridion in psalterium. Aduersus heliachim li.i. Et opuscula alia aduersus hereticos q̄ plures. De mansionibus filiorū israel li.i. & alia innumera uolumina ad edificationē ecclesie catholice sua pietate ꝓposuit. Et pene oēs libros noui ac ueteris testamenti cōmentatus est.

¶ De sancto antonino martyre. CXXXIII

ANtoninus martyr apud placētiā ciuitatē passus est. Qui unus fuit ex sacra legione thebeoꝝ & soci⁹ beati mauritii martyris. Qui de placentinis finibus egressus per orientales ꝓuincias ptransiuit: & multa miracula fecit. Demū ad urbē suam rediens ab infidelibus tentus & capite cesus glorioso martyrio coronatus est. Cuius corpus ignotum dominus beato sauino ipsius ciuitatis epō reuelauit. Apparuit enim ei uir splendidus: qui ostendit ei: ubi iacebat sancti martyris corpus: qui etiam formam corporis & mēbra & annos militie & nomē & caput ab scisum signauit: urceū quoq; plenum ei⁹ sanguine pro testimonio seruatum innotuit. Et ut ipsum corpus ex eodem loco leuare: & digno sepulchro ꝓdere deberet admonuit: qui euigilās uisionem clero & populo reserauit & in loco ostenso fodere cunctos pcepit: ubi sanctū corpus sicut episcopo ostensum fuerat: per omnia inuentum est. Quod dum leuarent: gutte alique sanguinis ex eo profluxerunt. In cuius translatione cum solus ibi esset sauinus eps sex alii epi apparuerunt: q essent uel unde uenissent omnib⁹ ignoti. Leuantes ergo corpus martyris posuerunt in sepulchro sācti uictoris episcopi. Qui alias in uita sua spiritu prophetico predixerat: q; post eius obitum maior eo in ipso tumulo quiescere debebat. Sepulto quoq; corpore episcopi illi: qui apparuerant subito discedentes nusq̄ uisi fuerunt: sicq; sanctum corpus condigna reuerentia condiderūt pridie calē. octobꝛ.

¶ De scis uictore & urso marty. CXXXIIII

Victor & ursus mr̃es passi sunt in galliis castro salodoro. Hi fuerunt ex gloriosa legione thebeorum: cuius mauritius dux extitit inclytus. Qui primo diris supplicijs excruciati: sed celesti sup eos lumine coruscãte: ruẽtib⁹ i terrã ministris erecti. Deinde in ignẽ missi: sed i nullo penit⁹ lesi. Nouissime gladio ꝑsumati sũt pridie cal. octobris ut ait ado i suo martylogio.

¶ Explicit liber octauus.

¶ Incipiunt capitula noni libri.

De sancto mathathia duce. i
De sancto iuda machabeo ii
De sancto ionatha machabeo iii
De sancto simone machabeo iiii
De sancto ioanne hyrcano v
De sancto simone sacerdote vi
De sancto onia sacerdote vii
De sancto eleazaro martyre viii
De sancto remigio episcopo ix
De sancto banone confessore x
De sancto piatore ꝑsbytero & mr̃ xi
De translatione sci germani xii
De sanctis leodegario episcopo: & gerino martyribus xiii
De sanctis eleutherio & aliis innumerabilibus martyribus xiiii
De sanctis duobus euandis presbyteris & martyribus xv
De scõ dionysio episcopo & mr̃e xvi
De scis crispo & caio discipulis xvii
De sancto francisco confessore xviii
De sancto aniano episcopo xix
De sancto petronio episcopo xx
De scis amelio & amico mr̃ib⁹ xxi
De sanctis marcelliano & marco & sociis martyribus xxii
De sancta aurea uirgine xxiii
De scõ prasea episcopo & mr̃e xxiiii
De scã gala sanctimoniale xxv
De scã fide uirgine & martyre xxvi
De scõ gangulpho martyre xxvii
De scõ sigone episcopo & mr̃e xxviii
De scis sergio & baccho mr̃ibus xxix
De scis marcello & apuleo mr̃ib⁹ xxx
De scã iulia uirgine & martyre xxxi
De scã iustina uirgine & martyre xxxii
De scõ marco papa primo xxiii
De scõ marco papa secondo xxxiiii
De scõ marco scriptore ꝑfessore xxxv
De sancta pelagia peccatrice xxxvi
De scã margarita dicta pelagius xxxvii
De sancta thaide meretrice xxxviii
De sancta reparata uirgine & mr̃e xxxix
De scã benedicta uirgine & mr̃e xl
De sanctis dionysio episcopo: rustico & eleuterio martyribus xli
De sancto donino martyre xlii
De sancto cerbonio episcopo xliii
De sancto paulino episcopo xliiii
De sancto geraldo cõfessore xlv
De sanctis cassio & florentio & sociis martyribus xlvi
De scis gerone & sociis mr̃ibus xlvii
De sanctis malosо & uictore & sociis martyribus xlviii
De sancto pinyto episcopo xlix
De sancto pierio presbytero l
De sanctis tharaco probo: & andronicho martyribus li
De sancto eustathio abbate lii
De sancto eustathio episcopo liii
De scis quattuor milib⁹ & nongentis & septuaginta sex martyrib⁹ liiii
De scõ marcello ep̃o & mr̃e lv
De sancto carpo discipulo lvi
De scõ eduardo rege & cõfessore lvii
De scõ eduardo rege & martyre lviii
De sancto theophilo episcopo lix
De sancto theophilo confessore lx
De sanctis felice ianuario & marciale martyribus lxi
De sancto calixto papa & mr̃e lxii
De sancto gaudentio ep̃o & mr̃e lxiii
De sancto fortunato episcopo lxiiii
De sancto fortunato alio episcopo lxv
De sancto iusto episcopo lxvi
De scis trecẽtis & sexaginta mr̃ib⁹ lxvii
De sancto antiocho episcopo lxviii
De sancto basolo abbate lxix
De sancta placidia uirgine lxx
De apparitione sancti michaelis archangeli lxxi
De sancto gallo abbate lxxii
De scis ducẽtis septuaginta mr̃ib⁹ lxxiii
De sancto magnobono episcopo lxxiiii
De scõ ambrosio bituricẽñ ep̃o lxxv
De sancto ambrosio confessore lxxvi
De sancto herone episcopo & mr̃e lxxvii
De sancto priuato martyre lxxviii
De sancto luca euangelista lxxix
De sancto iusto puero martyre lxxx
De sancta tryphonia regina lxxxi
De scõ asclepiade ep̃o & martyre lxxxii
De scis ptolemeo & lucio mr̃ibus lxxxiii
De sancto ethbino confessore lxxxiiii
De sancto maximo leuita & mr̃e lxxxv
De sanctis caprasio primo & felicia no martyribus lxxxvi
De sanctis undecim milibus uirginibus & martyribus lxxxvii
De sancto hilarione abbate lxxxviii
De sancto asterio martyre lxxxix
De sancto uiatore confessore lxxxx

De ſancta ſalome diſcipula xci
De ſcō marco epō & martyre xcii
De ſancto melanio epō xciii
De ſancta melania maiore xciiii
De ſancta melania iuniore xcv
De ſanctis munilione & eledia uirgi. & marty. xcvi
De ſcis ſeruādo & germano mr̄ibus xcvii
De ſancto ſeuerino epō xcviii
De ſcō ſeuerino boetio martyte xcix
De ſcō theodorico preſbr̄o & mar. c
De ſcis felice epō & ſociis mr̄ibus ci
De ſancto martino abbate cii
De ſancto maioro epō ciii
De ſancto maioro martyre ciiii
De ſanctis chryſantho & daria uirgi. & martyribus cv
De ſcis criſpino & criſpiniano mar. cvi
De ſcis quadraginta ſex martyribus cvii
De ſancto minyate martyre cviii
De ſancto frontone epō cix
De ſancto demetrio martyre cx
De ſancto euariſto papa & martyre cxi
De ſcis rogatiano & feliciſſimo mar. cxii
De ſancto frumentio epō cxiii
De ſanctis uincentio ſabina & chriſti na uirginibus & martyribus cxiiii
De ſcis ſimone & iuda apoſtolis cxv
De ſancto abdia epō cxvi
De ſancto pharone epō cxvii
De ſcā cyrilla uirgine & martyre cxviii
De ſcō ioāne epō auguſtuduneñ. cxix
De ſancto narciſſo epō cxx
De ſcō zenobio preſbr̄o & martyre cxxi
De ſancto ſerapione epō cxxii
De ſancto leontio confeſſore cxxiii
De ſancto marcello martyre cxxiiii
De ſcō germano epō capuañ. cxxv
De ſancto quintino martyre cxxvi
De ſancto natale confeſſore cxxvii

Explicit tabula noni libri.

Incipit prologus noni libri.

NOnus liber p̄ſentis catalogi p̄tinet in ſe paſſiones & geſta illorū ſāctorū: quorū feſtiuitates occurrunt infra tēpus: in quo eccleſia rep̄ſentat p̄pagationē filiorū: qui fuerunt ipſius eccleſie defenſores: quales fuerunt ſci martyres. ¶Hoc aūt tēpus eſt a calendis octobris uſq; ad calēdas nouembris. Et hoc ſub figura ſanctorū machabeorū: quorū tunc libri leguntur: q uti ſci martyres p̄ fide: ſic & illi p̄ lege dei uſq; ad effuſionē ſanguinis uiriliter decertarunt. Ad ipſius ergo tp̄is feſta p̄tractanda pcurrendū eſt. ¶Notandū aūt: q̄ qa ſci machabei: uidelicet mathathias & eius filii: q̄ iter ſcōs teſtamēti ueteris p̄numerantur: nullas certas in anno feſtiuitates habēt: eo q̄ eorū dies obiti ſunt ignoti. Iccirco in principio huius libri p̄mittūt: eorūq; geſta p̄tractant: qa eo tp̄e eorū libri in eccleſia dei leguntur. Acta etiā quorūdā aliorū ſcōrū eiſdem machabeis p̄téporaniorū: quorū ſimiliter feſtiuitates certos dies nō habent: p̄ſatis machabeorū inſerūt hiſtoriis: ut ſanctorū onie & ſimonis eius filii ſacerdotis & martyris eleazari.

Finis prologi.

¶Incipit liber nonus a calendis octobris uſq; ad calendas nouembris.

¶De ſancto mathathia duce. Cap. I.

MAthathias dux populi iudeorū: cuius laus & ſanctitas ex geſtis ſuis colligit que in primo libro machabeorū deſcribunt. Qui cū oib⁹ filiis ſuis a ioſepho & hieronymo in catalogo patrū ſcōrū ueteris teſtamēti p̄numerant. Tēpore antiochi epiphani regis ſyrie & egypti iudeorū p̄ſecutoris claruit. Hic d' ciuitate modin oriūd⁹: de uice ioachim qnq; filios illuſtres p̄genuit: uidelicet ioannē: ſimonē: iudā: eleazarū: & ionatham. ¶Cū aūt rex antioch⁹ filios iſrael ad ritum gentilitatis p̄duxiſſet: idolum quoq; ſup arā tēpli dñi in hieruſalē poſuiſſet: oēs quoq; iudeos nolētes idolo ſacrificare: & iuxta legē gentiliū uiuere: diuerſis penis affligeret. Egregius mathathias & filii eius uidētes mala: que fiebāt: decreuerunt p̄ lege dei uſq; ad mortem fideliter decertare. Et cū legati regis uenīſſent in modin: ſtatuētes idola: qdā ex iudeis imolauit in medio. Et ſurgens mathathias cū ſuis trucidauit eū ſup arā: & nūcios regis antiochi interemit: arāq; depoſuit: & cū oi tribu ſua exiit in ſolitudinē oia relinquēs. Ad quos multi cū filiis & uxoribus p̄fugerunt: malentes herbis uti: q̄ cibis gentiliū coinq̄nari. Tunc emiſſarii regiſ aggreſſi ſūt eos i ſabbatis: qb⁹ nefas erat iudeis arma cape: & pcuſſerūt quoſdā: alios in ſpelūcis fumo ſuffocātes. Et pierunt ex eis mille: plures aūt liberati adiuncti ſūt mathathie: eūq; ſibi ducē ſtatuerunt: qui docuit eos pugnare i ſabbatis: ne lex ſimul cū populo piret: & colligens armaros aras depoſuit idolorū: imolantes quos potuit iterfecit: pueros incircunciſos iuſſit circūcidi. Et uno anno geſſit hunc magiſtratū. Cūq; graiter egrotaret: p̄uocans filios ſuos benddixit eis: & cōſtituit eis ſimonem in patrem: &

ꝓſiliariū ꝓp ſapiẽtiã. Iudã uero ducẽ i armis ꝓp fortitudinẽ. Et mortuus ẽ mathathias & ſepultus ẽ i modin. Surrexitq; iudas cognomine machabeus filiꝰ eiꝰ ꝓ eo: & factꝰ ẽ q̃ſi leo defẽdẽs iſrl̃ clypeo ſuo. Hoc ex libro machabeoruꝫ: & ex hiſtoria ſcholaſtica atq; ex chronica guilelmi.

¶ De ſcõ iuda machabeo. II.

IVdas machabeꝰ ſacerdos & dux iudeoꝝ filiꝰ mathathie ꝑſati i ducatu iudeoꝝ patri ſucceſſit. Qui prio apollonĩū ducẽ ſamarie: q ꝓtra eũ iſurrexerat deuicit: & inde ſpolia multa tulit cũ gladio eiꝰ: quo deinceps pugnauit. Inde ſaron ducẽ ſyrie cõtra ſe ueniẽtẽ occidit: & eius agmia ꝓtim ceſſit: ꝓtimq; fugauit. Quod itellígẽs antiochus epiphanes rex ſyrie: oẽm ꝓpriã uirtutẽ ꝓgregauit: & multos ab iſulis mercede cõduxit. Cũq; uidiſſet ſibi ſtipẽdia deficere: iuit i perſidem accipe tributa regionũ: relinquẽs lyſiam de genere regali ſup negocia regni: tradiditq; ſibi medietatẽ exercitꝰ: ut iudeoꝝ genꝰ extirparet: & euerteret hieruſalẽ. Lyſias uero elegit ptolemeũ: nicanorẽ: & gorgiam uiros potẽtes & miſit cũ eis q̃draginta milia peditũ: & ſeptẽ milia equitũ: ut uenirẽt i terrã iuda. Iudas uero machabeus cũ tribꝰ militꝫ ſolũmodo uiris electis: hoſtibꝰ ſuis occurrit: & eos iopinatos i cãpeſtribꝰ emaus iuuadẽs: multos eoꝝ occidit: reliquoſq; fugauit: & ſpolia multa tulit. Cui redeunti igens multitudo iudeoꝝ ſe ꝓiũxit uſq; ad decẽ milia deum laudãtes ſup uictoria obtẽta. Hoc audiẽs lyſias ꝓgregauit exercitũ q̃draginta milia uiroꝝ peditũ & qnq; milia equitũ: & uenit i iudeã. Tũc occurrẽs eis iudas cũ decẽ militꝫ i bethoron: ꝓcurſores eiꝰ ſtati ꝓſtrauit: & cũ lyſia ꝓgreſſus de eiꝰ exercitu qnq; milia occidit. Quod attẽdẽs lyſias: iudeoꝝ audaciã timẽs rediit antiochiã & ꝑegrinorũ ꝓſidia ꝓgregãs: cũ maiori appatu diſpoſuit redire i iudeã. Iudas uero iterea hieruſalem cũ populo ſuo uenit: & tẽplũ ab alieni genis pollutũ emũdauit: & de nouo dedicauit: diẽq; encenioꝝ. 25. die mẽſis nouẽbris inſtituit. Tũc ſtatuerũt eũ iudei ſũmum ſacerdotẽ: & ſic quodámodo regnũ iudeoꝝ i iuda renatũ eſt: q muꝝ hieruſalẽ ꝑ circuitũ repauit: turreſq; erexit: & caſtellũ bethſurã ad tuitionẽ munuit. ¶ Antiochus aũt rex reuertẽs ad ꝓpria: audito q iudaſ machabeꝰ ſuos principes debellaſſet: uerſus i furorem: ꝓcepit agitari currũ uerſus hieroſolymã: ut eã euerteret: Sꝫ apprehẽſus dolore uiſceꝝ ſubito de curru cecidit: & colliſus grauiter: pꝰ dies modicos miſerabiliter mortuꝰ ẽ: relicto ſilio ſuo puulo antiocho eupatore rege: & philippo collactaneo ſuo ſibi dato tutore. ¶ Eodẽ tẽpore gẽtes finitime iudeis rẽpationẽ hieruſalẽ a iuda factã egre ferẽtes iudeos ꝑſequebãt. Quos iudas machabeus potẽter debellãs idumeos pcuſſit plaga magna: pugnans quoq; ꝓtra timotheũ ducẽ filioꝝ amon fugauit eũ: ac uaſtata iacer rediit i iudeã. Tũc cõgregate ſũt gẽtes: q̃ erãt in galaad: aduerſus iudeos: q erãt i finibꝰ eoꝝ. Qui fugiẽtes i locũ munitiſſimũ themã: miſſũt ad iudã ut ſerret eis auxiliũ. Cũq; adhuc legerent epiſtole: ſupuenerũt nũcii a galilea: idicãtes aggregari eos: q erant i ptolemaide & tyro & ſidone aduerſus iudeos: utrobiq; ergo hoſtibus nũciatis: miſit iudas ſimonẽ frẽm ſuũ cũ tribꝰ militꝫ electoꝝ i ſolatiũ galileoꝝ. Ipe uero cum ionatha ſre ſuo & octo militꝫ exiit i galaaditidẽ: relinquẽs i iuda ioſephũ & azariã duces: ut ſuarẽt iudã: ſed tñ nullo iteriꝫ hoſtiũ bellũ ꝓmitterẽt. Et uenit ſimon i galileã: & ꝓrite ſunt gẽtes ab eo: & ꝑſecutꝰ ẽ eos uſq; ptolemaidẽ: tollẽſq; ſpolia eorum: & iudeos quos captiuoſ trahebãt rediit i iudeaꝫ. Iudas uero machabeus & ionathas frater eiꝰ trãſito iordane pꝰ triduum aſſumptis nabutheis icẽdit uezor & ſpoliauit: & nocte ꝓſurgens applicuit diluculo ad caſtra timothei ducis filioꝝ amõ. Qui cognoſcẽteſq; machabeus eẽt: ab eo fugerũt: & ceciderũt ex eis fere. 8. milia: uaſtauitq; iudas ciuitates gentiũ i galaaditide. Poſt hec ꝓgregauit timotheus exercitũ alium: & ſedit ſecus torrẽtẽ. Iudas uero cũ ad eos tranſiret: appuerunt aduerſarii de celo uiri. v. i equis ducatũ iudeis prebentes. Eqbꝰ duo machabeũ circũſeptuꝫ cõſeruabãt hinc inde. Alii uero i aduerſarios tela & fulmia iaciebãt. Et ſic ꝓrite gẽtes fugerunt ad phanum: qđ erat i carmaim: ſed ipſũ iudas cũ oibꝰ: q erãt in eo ſuccẽdit. Cõgregatis ergo iudas oibꝰ iudeis: q erãt in galaaditide: ut ueniret in terrã iuda: cũ uenirẽt in ephron: & ciues nollent ei trãſitum dare: deſtruxit ephron: & tranſiuit ſup interfectos. Reuerſuſq; cũ oibꝰ hieruſalẽ: obtulit holocauſta i mõte ſion: q̃ nemo ex eis cecidiſſet. Eodẽq; die redierũt cum uictoria: iudas de galaad: & ſimon de galilea i hieruſalẽ. ¶ Interea uero dum abeſſent ioſephus & azarias uolẽtes ſibi facere nomẽ: ꝓgreſſi ſunt cũ gentibꝰ & fugierũt: ceciderũtq; de populo duo milia. Et magnificatꝰ ẽ iudas i hieruſalẽ: uaſtauitq; idumeos & philiſteos: ꝓburẽs aras & deos eoꝝ. Quibꝰ auditis rex antiochus eupator iratus nimiũ collegit exercitũ centũ milia peditũ & uigintimilia equitũ: & .32. elephantos: & applicuit ad bethſurã iudeoꝝ munitionẽ ut expugnaret eã. Quo cognito iudas collecto exercitu ſuo occurrit antiocho regi. Et inito duro certamie ceciderunt de exercitu regis ſex milia uiri. Tunc diuer-

terunt iudei a ꝑlio:& aſcendit poſt eos rex: captaq; bethſura:obſedit hieruſalē. Sed qa eſca eis deficiebat:inita pace ficta rex cū iudeis:ut ſuis legib⁹ uterent:intrauit in mōtē ſion:ſtatimq; rupto federe muꝝ deſtruxit in gyro:occiſoq; menelao:q pōtifex fuerat:reuerſus eſt antiochiā cū gente ſua. Demetri⁹ uero ſother olim frater antiochi epiphanis & patruus antiochi eupatoris:audito q̄ frater ſuus mortu⁹ eēt:cum eēt rome: rediit in ſyriā:q oi populoꝝ fauore ſuſceptus occiſo antiocho nepote ſuo:& lyſia eius nutritore: rex ꝑſtitut⁹ eſt. Ad quē uenientes qdā impii exiſrael cū alcimo uiro alieno a genere ſacerdotali:q ſacerdotium ambiebat:accuſauerunt iudā:q̄ oēs regis amicos occidiſſet: uel a terra ſua expuliſſet. Rex uero ꝑſtituit alcimū ſacerdotē:& miſit bacchidē cū exercitu in iudeā. Qui miſit nūcios ad iudam & frēs eius in dolo loquētes de pace: nec attendit iudas ſmonibus eoꝝ. Multi uero de populo credentes ei egreſſi ſunt ad bacchidez: q occidit ex eis .600. uiros:alii aūt ab eo fugerūt. Tūc receſſit bacchides a hieruſalē:cōmittens regionē alcimo:& reuerſus ē ad demetrium regem in antiochiā. Alcimus uero ſeducens populū uerbis fecit mala in iſrael pluſq̄ gentes. Iudas uero faciebat uindictā in uiros legis deſtores. Alcimus ergo uidēs q̄ nō poſſet iudā uincere:rediit ad regē: accuſans illū in multis. Qui miſit nicanorē ad ꝓdendū populū iudeoꝝ. Et uenit nicanor in hieruſalē cū exercitu uſus iude uerbis pacificis. Sed iudas itelligens ei⁹ inſidias:exiliit ab eo:& ad ſuos refugit. Sz poſtea ꝓgreſſus cū nicanore uict⁹ ē:& fugit in ciuitatē dauid Nicanor aūt apponēs manū capiti cū exiret ex hieruſalē:iurauit ſe tēplū dñi ſuccenſuꝝ Et ueniens bethorē ſuſcepit exercitū ſibi a rege deſtinatum. Iudas uero cū .3. milib⁹ ſequens eum cōmiſit ꝑlium cū eo .3. die mēſis martii:& ꝓtrita ſunt caſtra nicanoris:fugitq; eius exercitus:quos iudei ꝑſequētes eos occiderunt. Et caput nicanoris amputatū: dexteraq; manum: ei⁹ quā ſupbe ꝓtra tēplum extenderat ſuſpēderunt. Linguā uero minutatim iciſam auib⁹ ad comedendū dederūt: & diē hunc ſolemnē ſtatuerunt. ¶ Deinde iudas cū populo romanoꝝ ꝑfederatus eſt: faciens ſecū amicitias ꝑpetuas in tabulis eneis ꝑſcriptas in memoriale ſempiternum. ¶ Demetri⁹ uero rex audita morte nicanoris miſit rurſum bacchidem & alcimū in iudeā cū exercitu copioſo. Qui uenerunt in beroea. Iudas uero cum trib⁹ milib⁹ caſtra poſuit i laiſa. Qui uidentes multitudinē hoſtium timuerūt:uñ & plures de caſtris ſe a iuda ſubtraxerunt:ut nō remanerent cū eo niſi .800. uiri. Sed iudas diſſolutus eſt:qa bellū purgebat eum:nec hēbat tēpus exercitum ꝓgregandi. Cūq; oēs abire uellent: hortat⁹ ē eos iudas:ut pugnarent p lege dñi:& poti⁹ i uirtute ſua morerēt q̄ iducere ſibi opprobriū. Et hoc dicto ꝓgreſſi ſūt cū hoſtib⁹ expugnātes cornu dextꝝ. Qui aūt i ſiniſtro cornu erant:uenerunt eis a tergo: & ingrauatū eſt ꝑlium. Occiſuſq; eſt iudas:&ceteri fugerūt. Simon aūt & ionathas frēs ei⁹ redimētes corpus iude ab hoſtib⁹:tulerunt illud in modin & ſepelierunt in ſepulchro patꝝ ſuoꝝ. Planxitq; eum ois popul⁹ plāctu magno. Elegit q; ionathā in ducem ſibi. Hec unde ſupra.

¶ De ſancto ionatha machabeo. III

IOnathas machabe⁹ ſacerdos & dux iudeoꝝ filius mathathie ſuprapoſiti iude fratri ſuo in ducatu iudeoꝝ ſucceſſit. Qui accepto principatu fugit cum ſuis in deſertum thecue ꝓpter bacchidem ducē demetrii regis:de quo ſupra ꝓximo dictū eſt. Miſitq; ioannem frēm ſuum ad nabutheos amicos ſuos:ut ei apparatum ſuū cōmodarent. Sed exeuntes filii zābri ꝑcuſſerunt ioannez. Quod audiens ionathas & ſimon frater eius ſurrexerūt i filios zābri dū nuptias celebrarent:& occiderunt eos i uindictā ſāguis fris ſui. Hoc autē bacchides intellecto uenit contra iordanem in uirtute magna. Cōmiſſoq; ꝑlio cum ionatha & ſuis occiderunt ex parte bacchidis mille uiri:uerſuſq; i fugam rediit ad regē ſyrie demetriū. Tunc alcimus precepit deſtrui muros dom⁹ ſcē interioris opaq; ꝓphetaꝝ. Sed ꝑcuſſus a deo paralyſi mortu⁹ eſt cum tormēto magno. Et extunc ionathas pontificatum tenuit. ¶ Eodem tpe qdā iniq ex iſrael reduxerunt bacchidem ducē regis demetrii in iudeā. Qui uoluit ꝓhendere ionathā occulte:ſed non potuit:quia innotuit eius ꝓſilium ionathe. Qui apprehēdens .50. uiros ex inſidiis occidit eos:& receſſit cū ſuis in bethbeſſa:que eſt in deſerto. Et aſcēdit bacchides:& obſedit bethbeſſam. Et egreſſus ionathas ꝑcuſſit p noctē multos hoſtiuz in tabernaculis ſuis. Et pugnauit cōtra bacchidem:& ꝓtritus eſt ab eo. Qui irat⁹ cōtra uiros: qui reduxerāt eum in iudeā:multos ex eis occidit. Deinde cū ionatha pacē firmauit reddēs ei captiuos:quos ꝓdatus fuerat. Et ſic rediit in terrā ſuam. Ionathas autē ſedens in machinas iudicabat ibi populū: & extermiauit impios ex iſrael. ¶ Poſt hec egreſſus quidā extreme ſortis iuuenis nomie alexander: adiuuantib⁹ ſe ptololemeo philomatre rege egypti:& attalo rege aſie belluz demetrio regi ſyrie intulit:uictumq; uita & regno priuauit:& ſic regnum ei⁹ obtinuit. Qui mox audita fama ionathe & fratꝝ ſuoꝝ:ſcripſit ad eum epiſtolas ꝓſtituens eū

sibi amicum: misitq; ei purpurā & coronaz. Et iduit se ionathas stola scā i die solēni sce nophegie: & ꝓgregauit exercitū: & fecit sibi arma copiosa. ¶ Cū aūt alexander rex cleo patrā filiā ptolemei euergetis regis egypti i uxorem duceret apud ptolemaidā: uocauit ad se ionathā ducē iudeoꝝ ac sūmū sacerdo tem: qui iuenit gratiā i ꝓspectu predictorū duoꝝ regū: & honoratus ē ab eis: & indutus ē purpura: & scriptꝰ inter primos amicos re gis. Et sic honoratꝰ hierusalē cū gloria ma gna regressus ē. Qui deide cū romanis ami citias renouauit: & cū lacedemoniis denouo ꝓtraxit. ¶ Post hec aūt demetriꝰ filiꝰ primo genitus demetrii oli regis syrie resūptis uiri bus rediit i maritimā philistinoꝝ: & in syriā celes: ducēq; sui exercitꝰ ꝓstituit apolloniū: qui ionathā prouocauit ad bellū. Egressus q; ionathas de hierusalē cū decē milibus ue nit iopen: & expulso ide apollonio obtinuit eam. Deide ꝓmisit cū eo preliū in campo: fu gientesq; equites apollonii i azotū intraue rūt phanum dagon. Ionathas uero eos inse cutꝰ: phanū cū eis: q it erāt succēdit: fuitq; numerꝰ occisoꝝ octo milia: ide trāsitū faciēs per ascalonē: susceptus ē cū gloria: indeq; re diit hierusalē. Quod audiens alexander rex addidit adhuc glorificare ionathā: mittēs ei fibulā aureā: que solet dari cognatis regis: utebaturq; ionathas insignibꝰ regis. ¶ Cum autez alexander pambulasset i supiores par tes syrie: socer eiꝰ ptolemeus rex egypti cū uirtute magna igressus ē syriam. Cui ut pote regis socero ciues occurrerūt: & ciuitates ei apuerunt. Qui obtētis urbibꝰ i dolo tulit fi liā suā: quā alexādro i ꝓfugē dederat: & tra didit eā demetrio quōdā filio demetrii ꝝgis: & iposuit ei diadema syrie & egypti. Quod alexāder agnoscēs uenit ꝓtra eū: sed a ptole meo uictus fugit i arabiā cum antiocho filio suo ad parētes maternos. Rex aūt arabum ti mēs ptolemeū: occidit alexādrū filiūq; eius reseruauit. Et sic regnauit demetriꝰ i syria p ptolemeū. ¶ Eodem tpe cum ionathas expu gnaret arcē hierusalē: demetrius nouus rex syrie uenit ptolemaidā: & scripsit ionathe: ut sibi occurreret arce dimissa. Qui ueniens ad regem honoratꝰ ē ab eo: & in sacerdotiū cō firmatus. Interea cū misissēt ionathas macha beus tria milia electoꝝ uiroꝝ: & liberassent regē: quē antiocheni uolebāt occidere. Rex quoq; postmodū pacē cum antiochenis fecis set: ad eoꝝ suasionē uexauit ionatham ualde recedēs ab eo. Sed postq̄ tryphon de arabia reuersus adducto secum antiocho alexandri filio uenisset antiochiā: eamq; ui armoꝝ ob tinuisset: & demetriū expulisset: ipositoq; si bi antiochꝰ diademate regnare cepisset: scri psit antiochꝰ ionathe gratas epistolas: fecitq; secum amicitias: & in sacerdotē illum cōfir mauit. Simonē autem frem eius principem iudeoꝝ ꝓstituit. ¶ Postmodum uero cogita uit tryphon occidere antiochum: quē regez syrie sublimauerat: & regnū inuadere: sed ti muit ionatham ducē iudeoꝝ strenuissimum antiochi defensorē. Eligēsq; primū ionathā occidere: scripsit ei: ut sibi i bethbessam oc curreret. Qui dum uenisset ad eū cum qua dragita milibꝰ uiroꝝ: suasit sibi tryphon: ut paucis assumptis secū iret ad ptolemaidam: quā sibi traderet possidēdā. Et credidit ei io nathas. Cepitq; illuz tryphon: & qui cum eo erant occidit. Ionathā uero in custodia deti nuit. Deinde ueniēs hierusalē scripsit simo ni: qa pro argento: quē ionathas debebat eū detinuerat. Quod si mitteret centū talēta ar genti & duos filios eius obsides: iām remit teret. Simon autē licet dolū cognosceret: ne tamē populus murmuraret: q; frem nollet redimere: misit pueros cū argēto. Et uenti tus ē tryphō: occiditq; ionathā & filios eiꝰ. Reuersusq; antiochiā occidit antiochū dōm suum: & regnū usurpauit. Simon aūt accipi ens ossa ionathe frīs sui & filioꝝ sepeliuit ea in tumulo paterno i modin. Factusq; ē dux iudeoꝝ loco frīs. Hec unde supra.

¶ De scō simone machabeo. IIII.

Simon machabeus dux & pōtifex iudeoꝝ filius supra noīati matha thie ionathe frī suo in ducatu iu deoꝝ successit. Qui accepto prin cipatu faciēs pacē cum demetrio rege. Quē tryphō a regno syrie expulerat: ut supra proxime dictū ē: misit ei munera: ut faceret remissionē regioni iudeoꝝ. Deme trius aūt oblata gratāter accipiēs: absoluit iudeos ab omni tributo. Extūc cepit popu lus israel scribere in tabulis & gestis publi cis annotatiōes tēporis. Tūc descendit simō in gazā: & capta ciuitate eiecit idolatras ex ea ac mūdauit eā. Dehic obsedit illos: q erāt in arce i hierusalē. Quibus inde eiectis & ar ce mundata: intrauit in ea simon cū musicis instrumētis hymnis & ramis palmaꝝ: statu ens: ut omnibꝰ annis ageret hic dies cum le titia: uidēs autē simon ioannē filium suum: q uir erat prelii: posuit eum sub se ducē: & de dit ei gazam ad habitandū. ¶ Eodem tēpore ꝓgregauit rex demetrius exercitum: ut try phonem qui eū ab antiochia fugauerat expu gnaret. Sed tryphon auxilio regis ꝓsidis de metrium uicit: quem princeps regis ꝓsidis uiuum cepit: & apud hyrcaniam i custodia posuit. Antiochus autē frater demetrii hoc audiēs: qui in asia educatus fuerat uenit i sy riam. Exceptus ab omnibus cum fauore: per secutus est tryphonē: qui regnum occu pauerat: eoq; fugato regnauit i syria. Simō

autem dux iudeoꝝ dilatatis finibus suis: & facto portu in ioppe: cū haberet tunc pacē: misit ad lacedemonios ad innouandam fraternitatem. Romanis quoq; misit clypeū aureum: & recepit ab eis amicabilia scripta de amicitia & unione confirmata. Cum ergo antiochus rex syrie tryphonem apud doram obsedisset: misit ei simō machabeus duo milia uirorum in auxilium: & argentum & aurum multuꝫ. Qui noluit ea recipere: sed fregit pactum: quod fecerat cum simōe: anteq̄ rex esset constitutus: misitq; ad eum anthenobium militem: mandans ut reddat sibi arcem: que erat in hierusalem: ioppem: & gazam: atq; tributa locorum: quibus dominatus fuerat: alioquin ueniret contra eū. Cūq; uenisset athenobius hierusalem: & uidisset gloriam & apparatum simonis: & affluentiā auri & argenti: miratus est. Cui simon constanter contradixit: & eum uacuum ad regē remisit. Qui rediēs regi rettulit uerba simonis & gloriam eius. Cum autē iam tryphon de doram fugisset. Auditis rex sermonibus simonis: tryphonem insecutus est: relinquēs cendebeum ducem exercitꝰ: ut expugnaret iudeam. Qui cendebeus cedronem edificauit: ponens in ea milites: ut uastarent fines iudee. Simon autem dux & pontifex iudeoꝝ cum iam senuisset: uocatis duobus filiis suis maioribus iuda & ioanne: posuit eos loco sui: ut pugnarent pro populo dei: deditq; illis. xx. milia pugnatoꝝ: qui ꝓfecti sunt aduersus cendebeū. Cūq; uenissent ad quendā fluuiū: timebant transire: sed ioannes prior transiuit: & secuti sunt eū oēs. Conuersusq; est cendebeus in fugā & castra eius. Cecideruntq; ex eis duo milia uiroꝝ. Et reuersi sūt filii simonis uictores. ¶ Post hec aūt ptolemeꝰ filius abobi: q erat dux ꝓstitutus in hiericho: cū eēt gener simonis ducis iudeoꝝ: inuitato eo ad prandiū in hiericho: occidit eū cū duobus filiis iuda & ionatha in dolo: ut principatum obtineret. Misit quoq; nūcios occupare hierusalē: & alios in gazam: ut interficerēt ioannē. Sed p̄currēs q̄dā in gaxā: nunciauit ioanni: que facta fuerāt. Qui festinauit occupare hierusalē: occiditq; eos: qui uenerāt eū pimere. Et factꝰ ē dux pōtifex iudeoꝝ post patrē: q etiā corpa patris & fratrum precio redempta ab his: qui erāt i hiericho: sepeliuit in tumulo paterno in ciuitate modin: ubi & iudas & ionathas depositi fuerant. Hec unde supra.

¶ De sancto ioanne machabeo. V

IOannes machabeus cognomine hyrcanus dux & pontifex iudeorū filiꝰ supradicti simonis post mortem patris in ducatu iudeorum successit. Quem iosephꝰ in tribus cōmendat: scilicet in religione sacerdotii: in strenuitate ducatus: & quia uir propheta erat. Qui accepto ducatu insecutꝰ est ptolemeum: qui patrem eius dolo interfecerat: & matrem suam cum duobus paruulis tenebat in uinculis: & cōfugerat ad oppidū ultra hierichonta. quod uocabat agon: Obsesso quidem oppido: cum ioannes ipsum acriter impugnaret. Ptolemeꝰ matrem & fratres ioannis super muros usq; ad sanguinis effusionem cedebat. Propter quod fractꝰ pietate ioannes ab impugnatione se temperabat: matre tamen clamante ne pro se scelus ptolemei sineret inultum. Mortem enī suam sic iudicaret immortalitate meliorem. Ob hoc diutius tracta obsidione: cum septimus annus iudeis feriatus ueniret: ioannes ab obsidione recessit. Ptolemeus uero matre ipsiꝰ & fratribus occisis: confugit ad zenonē philadelphie tyrannum: qui totilla cognominabatur. ¶ Deinde ioannes aduersus bircanos bellum gerens: & eos deuincens: hircani nomen accepit: & a romanis ius amicitie postulans decreto senatus inter amicos relatꝰ est. Postmodū autem samariam: que nunc sebaste uocatur obsidione captam: solo coequauit: quam suo tempore herodes instaurans: sebastem in honore augusti uocari uoluit. Hic primus instituit xenodochiam pauperū in hierusalem. Et mortuus est annis. 33. rebus optime administratis: relictis quinq; filiis: scilicet aristobolo primogenito & antigono cum tribus aliis. Cumq; nullus eorū ad regendum populum sufficeret: uxorem suam disertissimā iudee prefecit & filiis. Sepultusq; est in modin. Hec ex historia scholastica: & ex cbronicis iosephi: hieronymi atq; guilelmi.

¶ De sancto simone sacerdote. VI

SImon sacerdos filiꝰ onie temporibus machabeoꝝ in iudea claruit: de cuius sanctitatis & strenuitatis cumulo: multa laudabilia ecclesiastici. 5. capitulo legūtur: Qui templum dñi in hierusalē nō solū reparauit: sed cultu mirabili ampliauit. Doctrina etiā diuine legis i populo floruit: sub quo iesus filiꝰ sidrac sapie libꝝ ꝓponēs: qui ecclesiasticꝰ dr̄: uocauit eū panareton: simonis etiā ipsiꝰ i eo: ut dictū ē: laudabilē faciēs mētionē. Qui tpe antiochi magni regis egypti: iudeoꝝ postmodū ꝓsecutoris in pace senio uitā finiuit: hec ex libro ecclesiastici: & ex chronica guilelmi.

¶ De scō onia sacerdote. VII

ONias sacerdos iustissimus filius supradicti simonis: cuius laus ex secūdo macheorum libro colligitur: & inter sāctos testamēti

ueteris a Iosepho cõnumerat: ꝑfatis patrib⁹ ꝓteporaneus extitit: cuius ope ac pietate: cũ sca ciuitas in omni pace habitaret: & tẽplus domini a regibus gentiũ oblationib⁹ multis uenerarẽt: offenso onia pontifice cõtra simonem tẽpli prepositum: Simon ad apollonĩ ducem celes: syrie: & fenicis ꝓfugit: & multis sibi promissis muneribus: sacerdotium sibi uendicare cepit. Quo audito seleuc⁹ philopator rex syrie misit heliodorum militem suum in hierusalem ad spoliandũ omne erarium templi: nõ uasa sed donaria in usus tẽpli. Quo templũ ingresso: apparuit terribilis sessor equi: & conculcabat eum: duoq; iuuenes splendidi: quos Iosephus angelos fuisse asserit: eidem apparuerunt: qui dextra leuaq; sessorem equi circũstantes: heliodorus ad mortem flagellauerunt. Timẽs aũt onias indignationem seleuci: obtulit pro heliodoro sacrificium: & orauit ad dñm. Statimq; ille ab angelis dimissus est: dicentibus ei: q̃ orationibus onie eidem de⁹ uitam donasset: qui ꝓtinuo surrexit illesus: & ad regem rediens cũcta gesta narrauit. ¶ Tempore autem antiochi regis: cum onias uidisset mala: que fiebant in hierusalem populo iudeorum ad gentilitatẽ puerso: & quia duo frẽs ei⁹. s. Iason & menela⁹ de põtificatu ꝓtẽdẽtes: ut placerent antiocho: ad rit⁹ gentiũ declinassent. Iuit ad antiochũ regem in antiochiã tentare cupiens: si posset eius animũ imutare: quod cũ nequisset: sedebat apud antiochiam i asylo. Cum autẽ quinquenalis agon apud tyrũ celebraretur: & rex syrie antioch⁹ ibi esset: Iason: qui pontificatum in hierusalem ab eo emerat: misit regi. ccc. argenti dragmas: i sacrificiis herculis. ¶ Post hec ueniẽs ãtioch⁹ hierusalẽ: cũ suscept⁹ eẽt a Iasõe honorifice: tantum fecit menelaus frater Iasonis & onie q̃ ipse sacerdotium a rege haberet: & Iason i exilium missus esset. Deinde menela⁹ faciẽs conuocari oniam de asylo: i quo erat apud antiochiam in hierusalem datis antonico: cui antiochus iudeam commiserat regendam: quibusdam uasis templi: que furatus fuerat: fecit oniam per eundem andronicum occidi. Cui⁹ cedis cum querela ad regẽ hierosolymam redeuntem delata esset: recordatus uiri sanctitatem fleuit oniam: & andronicum purpura exutum: & per totam ciuitatẽ circũductũ: in eodẽ loco: quo oniã pereme rat: occidi iussit. Hec ex secũdo libro machabeorũ: & ex aliis quibus supra libellis.

¶ De scõ eleazaro martyre. VIII

Eleazar⁹ martyr unus ex primoribus scribarum hierusalem machabeis ꝓtemporaneus sub antiocho rege iniquo: ne legem dñi sanctam uiolaret: martyriũ passus est. Et in ꝟo machabeoꝝ de martyrii tolerantia cõmendat. Cũ eni eẽt etate ꝓuectus ꝓpellebat suillas carnes sacrificii manducare. Quidã uero amici eius uereres: carnes licitas secreto afferẽtes rogabãt: ut simularet se ad regis imperiũ mãducare carnes porcinas. Quod renuẽs aiebat: se uelle exemplus forte adolescentibus mortis relinquere: ne illicita simulando: alios suo exemplo ad nefaria prouocaret. Sicq; etiã odiũ se diligentium incurrit. Et plagis multis ꝑempt⁹ memoriam mortis sue: & exemplum fortitudinis dereliquit. Hec unde supra.

¶ De scõ remigio episcopo. IX

REmigius episcop⁹ rhemen. tempore clodouei regis francorum in galliis claruit. Qui ex eadem urbe & nobilibus parentibus exortus: a quodam eremita nasciturus est preuisus. Cum enim uandalorum persecutio fere totam franciam deuastasset: & quidam recluſus uir sanctus & cecus: pro pace ecclesie gallicane dominum exoraret: angelus dei eidem in uisu astitit: & remigiũ ex zelina muliere nasciturum nunciauit: qui gentem suam a malorum incursibus liberaret. Qui cũ euigilans uisa zeline narrasset: & illa utpote iam anus hoc credere nollet: ait ille uir dei: q̃ post q̃ puer⁹ ablactaret: oculos ipsius ceci lacte suo perungeret: & continuo uisum recuperaret. ¶ Cum autẽ hec omnia per ordinem contigissent. Remigius mundũ fugit: & monasterium introiuit. Crescente autem eius fama cum esset annoꝝ. 22. ab omni populo in rhemẽsẽ archiepm est electus. Tante autem mansuetudinis fuit: q̃ etiam ad mensam eius passeres ueniebant: & de manu eius ciborum reliquias comedebãt. ¶ Quodam tempore hospitatus in domo cuiusdam matrone: cum illa modicũ uini haberet. Remigius cellarium introiuit: & super dolium crucem fecit. Moxq; uinum crescens desup egreditur: ita q̃ per cellarium fundebatur. ¶ Hic autem primus gentem francorũ sua doctrina ad fidem xp̃i conuertit. Cum autẽ clodoueus rex francoꝝ gentilis esset: nec ab uxore christiana conuerti posset: uidens q̃ infinitus exercit⁹ allemanoꝝ super se ueniret: domino deo quem uxor sua colebat uotum uouit: q̃ si de hostibus sibi uictoriam cõcederet: mox xp̃i fidem susciperet. Quod cum fuisset ad libitum assecutus: remigium episcopum adiit: & se baptizari petiit: Cũq; ad fontem uenissent: & chrisma sacrum nõ haberent: ecce columba ampullam cum chrismate in rostro detulit: de quo regem pontifex liniuit. Hec autem ampulla in rhemẽsi eccle sia usq; hodie conseruatur: & inde continue reges francie inunguntur. Rex autem chri-

stianus effectus uolens rhemẽsem ecclesiam dotare: beato remigio dixit: ut quantum circuiret donec ipse meridie dormiret: tantum ei concederet. Quod & factum est: sed dum quoddam molendinum haberet intra fines circuitus: molendinarius ipsum dum circuiret cum indignatione reppulit. Cũq; remigius ei diceret: q; una secum habere molendinum cõmune paratus esset. Ille iterum eum reiecit. Statimq; rota molendini in contrarium uerti cepit. Sed cum molendinarius sanctum uirum reuocaret: ut molendinum cõmuniter secum haberet: illeq; ei respõdisset: q; neutriusꝫ esse oporteret: statim se terra aperuit: & molendinum protinus deglutiuit.

¶ Preuidens remigius famẽ futuram cum in quadam ualle bladi cumulos congregasset: rustici inebriati senis prouidentiam deridentes: ignem in segetem suppossuerunt. Quod ille audiens illuc uenit: & pro frigore etatis & uespertini temporis: se calefaciens: tranquillo corde dixit. Semper focus bonus est. Illi uero qui ignem accenderant omnes mares in genitalibus diruti sunt: omnesq; femine gutturose fuerunt. Et tales oẽs semper in uilla ipsa deinceps extiterunt: quousq; p carolum dispersi sunt. ¶ Hic etiam beatus episcopus inter alia per eum ostensa miracula: puellam quandaꝫ a morte corporis suscitauit. Qui & in pace quieuit cal. octobris. ¶ Cũ autem corpus eius ad ecclesiam sanctorum timothei & apollinaris in pheretro deferretur secus ecclesiaꝫ sancti christophori: cepit adeo ponderare: q; nullatenꝰ moueri poterat: unde coacti illi dominum rogauerũt: ut eis ostenderet si forte corpus illud in ipsa ecclesia ubi nulle sanctorꝫ erant reliquie sepeliri uellet. Statimq; corpus leuissime itra ecclesiam tulerunt: ubi cum multa miracula fierẽt ecclesiã ampliarunt: & facta crypta retro altare: dũ corpꝰ ibi ponere uellẽt: mouere iteꝫ nullatenus potuerũt. Cũ aũt i orationibꝰ pnoctarent: & media nocte oẽs piter obdormissent: i crastinũ iuenerunt corpꝰ sci in ipam cryptã ab angelis deportatum. Floruit circa annos dñi. 490. ¶ Hic doctor illustris ecclesie dei in exponẽdis scripturis diuinis mirabilis & studiosus fuit: plurimaq; opuscula pdidit. Cõmẽtarios sup ps cõpilauit. Sup. 4. quoq; euãg'lia utiles expositões edidit.

¶ De scõ banone confessore. X.

BAnon qui & aloninus per sanctũ amandũ epm eluonẽsem: q i gallia predicabat: ex predone pquerſus: & gãdani reclusus est: ut ait sigibertus. Hic in inuẽtute seculi uoluptatẽ prauis actibꝰ exercens: habuit uxorem filiã comitis odilonis: de qua genuit algadrudem uirginẽ xpi. Vxore aũt defũcta aliam supducere uoluit: sed interim a sãcto amãdo ad penitentiã pquerſus relictis oibus factꝰ est clericus in cenobio gandauensi Et dũ fabricaretur cella: in qua includi debebat: ut ipse popposcerat: & quidam ad opꝰ cementum in curru deferret: canesq; multi eũ circundantes sibi insultarent: ille ipatiẽs banonẽ blasphemauit. Quẽ diabolus illico subuerso curru: uehiculum cũ aialibus sup eum proiecit: & oppressũ extinxit. Quẽ uir dñi oone & lachrymis suscitauit. ¶ Quadã die cũ uidisset quẽdã: quẽ ipse sectaris exñs uendiderat: genibus illius prouolutus: ueniã petiit: & ab eodẽ uix obtinuit: ut uinctis ferro mãibus ac pedibꝰ carceri traderet: ut sic pniam ageret de pmisso & aliis sceleribꝰ ppetratis: ubi usq; ſ proximũ exitus sui diẽ pstitit: mira pnia carnem atterens & peccata sua continue deflẽs. Hordeaceo pane cinere mixto: & potu modice aque contentus: uilissimum cilicium sup stratũ suum expansum hẽbat cineribꝰ desuper aspsis: lapideq; capiti supposito dormitabat. Et dũ ad laudes dñi soluẽdas surgeret: lapidẽ ipm uix a duobus deferrẽdũ humeris baiulabat. Ibi quoq; obediẽtiam regule nũq; dimisit: & multa diaboli tẽtamia deuicit. Qui ut eũ ide deiiceret i diuersis illi feraꝫ & ſpẽtiũ formis appebat sꝫ mox ipm sopori deditũ: angelꝰ eũ in colũbe spe pfortabat. Cum aũt morti appropinquaret ministrũ suum misit: ut deuotuꝫ sibi pſbyteꝫ lõge positum ad se uocaret: qui uiaticum sibi deferret: quẽ ignorantẽ uiam ãgelus dñi usq; ad pſbrm deduxit: illeq; ad banonẽ pcitꝰ ueniẽs: dina ei sacra mistrauit: statimq; uir dñi i pace quieuit calẽ. octobr. cuiꝰ obitꝰ ptinuo geltrudi uirgini lõgiꝰ abñti diuinitꝰ reuelat: eiq; ut sci corpori uestimẽta ad sepeliẽdũ mitteret: mandat: quod & illa festinanter adimplere curauit: in quibus uir scũs inuolutus sepultꝰ fuit.

¶ De sancto piatore martyre. XI

PIator martyr apud tornacẽse oppidũ passus ẽ: qui cũ btõ dionysio epo suisq; sociis ab urbe roma egressus: galliam pdicatiõis causa expetiit: & ab eodẽ pſbyter ordinatus fuit. Atq; postmodum pro cõfessione nominis christi consumato martyrio ad dñm migrauit cal. octob. ut ait ado.

¶ De translatione sancti germani. XII

TRanslatio corporis sancti germani antisiodorensis episcopi apud eandem ciuitatem colitur calendis octobris: quo uidelicet die corpus eius de rauenna translatum: ubi in pace dormierat: antisiodorũ delatum est: quod regina placida ad galliam

ut eidem in extremis agẽti promiserat defti-
nauit: ut supra dictũ est in eis legẽda pridie
cal. augusti. ¶ Cũ autem beatus germanus
p ciuitatẽ uercellẽsem trãsiens: eusebio epo
promisisset: q̃ in reditu eius rauennã pgen-
tis ecclesiam: quã ille fundauerat dedicaret.
audiens eusebius q̃ germanus defunctus es
set: ecclesiam consecraturus cereos accendi
fecit. Sed quanto plus accendebantur: eo am
plius extinguebantur. Quod uidẽs eusebi⁹
intellexit ecclesiam alio tempore dedicãdã.
Cum ergo corpus sancti germani qđ ad gal
lias trãsferrebatur: uercellas delatum esset:
mox ut in ecclesiam ipsam inducitur: cerei
omnes diuinitus inflãmantur. Tunc eusebi⁹
promissionis memor intellexit: ut qđ germa
nus uiuens se facturum promiserat: mortu⁹
adimplebat. Sicq; tali dedicatione content⁹
ecclesiam dimisit. Et corp⁹ ad ecclesiam suã
delatum ibidem honorifice conditum fuit.

¶ De sanctis leodegario epiſcopo & gerino
martyribus. XIII.

LEodegarius episcopus & gerin⁹
martyres apud eduensem ciuita
tem passi sunt tempore childeri-
ci regis francoꝝ. Qui leodegari-
us dum esset episcopus eduensis
clothario rege decedente: uoluntate dei &
principum consilio childericuꝫ fratrem clo
tharii adolescentem idoneum prefecit in re-
gem. Hebroni⁹ uero maior dom⁹ regie theo
doricum childerici germanum prefficere ni-
tebatur: non propter regni commodum: sed
quia omnibus odiosus iram regis & pricipũ
uerebatur. Timens igitur regeꝫ hebronius:
licentia obtenta monasterium introiuit. Rex
uero theodoricum: ne contra regnum moli
retur in custodia detinebat: & prudentia epi
scopi omnes populi pace gaudebant. ¶ Sed
post aliqđ tempus: rex malignorum consi-
lio in tãtum in leodegarii odium incitatur:
q̃ opportunitatem mortis eius inquirebat.
Episcopus uero blande ferens: & inimicos
ut amicos amplectens: egit cum rege: ut in
urbe: cui preerat: die pasche celebraret: &
cũ eodem i mensa cõmunicaret. At uero cũ
audisset: q̃ rex eius mortem perficere decre
uisset: sic persecutorem perfugit: q̃ in luxo-
uiensi monasterio domino seruiens etiam he
bronio: qui in ipso cenobio: in monastico ha
bitu latitabat: deuote seruiuit. ¶ Post modi
cum rex moritur & theodoricus in regẽ su-
blimatur. Leodegarius uero populi sui la-
chrymis & precibus motus: & abbatis impe
rio cõpulsus: ad sedem suam rediit. Hebro-
nius quoq; statim apostatauit: & regis senes-
chalcus est ordinatus. Qui deterior effect⁹
leodegarium occidere nitebatur. Missis igi-
tur militibus eum cepit. Qui in habitu pon
tificali detẽtus: ab eisdem exoculatus ẽ: sic
q̃ dimissus. Post biennium uero scũs leode-
garius cum fratre suo gerino quem hebroni
us relegauerat: in palatium regis adductus:
dum ad irrisiones hebronii sapienter & paci
fice responderet: nequissimus ille iussit geri-
num lapidibus obrui: episcopum uero tota
die nudis pedibus per quendam fluuium su
per accutissimos lapides decurrentem dedu
ci. Et audiens q̃ in his tormentis deum lau-
daret: linguam eius precidi fecit: & postmo-
dum cuidam custodi tradidit. Ille autẽ usuꝫ
loquendi non amittens predicationi populo
rum instabat: predicens quomodo & quali
ter hebronius moriturus erat. Lux etiam i-
mensa in modum corone eum circundedit.
Quod hebronius audiens: missis quattuor
speculatoribus eũ decollari mandauit. Quo
rum tres uerba eius pacifica audientes: adeo
sunt cõpuncti: q̃ ad pedes eius procidentes
ueniam postulabant. Quartus uero cum eũ
decollasset a demonio arripitur: & in igneꝫ
proiectus exuritur. ¶ Expleto biennio audi
uit hebronius corpus sci miraculis illustra
ri: & inuidens misit militem ad uidendum si
sic ueritas se haberet. Qui ueniens & sanctũ
corp⁹ deridens: ac tumbam calce percutiẽs
statim a demonio inuasus expirauit. Deinde
hebronius ſm q̃ scũs predixerat: gladio ne-
quiter occisus est. Passio hoꝝ martyruꝫ agi
tur. vi. noñ. octobris. Qui passi sũt circa an
nnm domini. 680.

¶ De sanctis eleutherio & aliis innumera bi
libus martyribus. XIIII.

ELeutheri⁹ martyr & alii innume
rabiles martyres apud nicome-
diam sub diocletiano imperato-
re: huius ocasione passi sunt. Cõ
tigit enim aliquam partem pala-
tii incendio conflagrare. Hoc imperator a
xp̃ianis factum falsa suspitione presumens:
iubet omnes collectos coaceruari: & alios
gladiis obtrũcari: alios ignib⁹ p̃sumi. Quo-
rũ prior & nobilior eleutheri⁹ ceteros hor-
tabatur. Ita ut eoꝝ aliqui se sponte ignibus
traderẽt: alii uero se ultro gladiis offerẽt. Et
cũ etiã ipos ministros nimia crudelitas hor
resceret: ptẽ illoꝝ nauiculis ipositos in me-
dio pelagi adductos in p̃fundum demerge-
bant. Alii uero crudeliores quorũdaꝫ mm
effodientes cadauera in mare p̃iiciebant: ne
forte dii xp̃ianoꝝ efficerẽtur. Beat⁹ uero eleu
therius imanissimis tormentis cruciatus: ui-
ctoriã suã per ignẽ uelut augꝫ exaiat⁹ cõple
uit. Cui⁹ reliquias furtim xp̃iani quidã in ci
uitate nicomedie p̃diderunt. Qui passi sunt
vi. noñ. octobris.

¶ De sanctis duobus euandis presbyteris &
martyribus. XV.

EVandus & alter euand⁹ ambo ꝑ
sbyteri & mares apud antiquos
saxones passi sunt. Qui cū uile-
boldo epo uenientes germaniam
transierunt ad saxoniā āno iusti-
ni impatoris. 7. quoꝝ un⁹ dicebat euand⁹ al
bus: & alius euadus niger. Et cū ibidē xp̄m
predicarent: a paganis tenti & occisi sūt. Ad
quoꝝ corpa nocte diutius lux apparens: &
ubi essent: & cuius eēnt meriti declarauit: q
iussi pipini regis in agrippinensi colonia se-
pulti sunt. Passi sunt aūt. 5. noñ octobr̄. Hec
ado & sigibertus.

¶ De scō dionysio epo & martyre. XVI

DIonysi⁹ eps & martyr apud athe
nas passus est. Qui post clarissi-
mam ꝓfessionē fidei: post grauis-
sima tormentoꝝ genera glorio-
so martyrio coronat⁹ ē: ut testat̄
aristides athenienſis uir fide ſapiētiaq; mira-
bilis: eo uidelicet tēpore quo de xp̄iana fide
libꝝ ꝓposuit: qui passus est. 5. noñ octobris
ut ait ado in suo martylogio.

¶ De scis crispo & caio discipulis. XVII

CRispus & cai⁹ discipuli apud co
rinthū claruerunt: quos ad cori
thios epistola pria ad principiū
apostol⁹ se scribit baptizasse. Hu
ius ēt caii meminit idē apostol⁹
ad ro. 14. & eidē ioānes tertiā epistolā scribit
ut dicit glo. ro. 14. Crisp⁹ aūt ille est: de quo
act. 18. cap̄. mentio fit: qui ambo apud corin-
thum quieuerunt. 4. noñ octobris: & eorum
corpa ibidem tumulata seruanť. Hec ado.

¶ De scō frāciſco ꝓfeſ. ordis minoꝝ. XVIII

FRancisc⁹ ordis minoꝝ dux & fū
dator prim⁹ in ciuitate assisii or
tus: fili⁹ petri bernardonis nego-
ciator effectus usq; ad. xx. etatis
sue annū tps suū uane uiuēdo cō
sumpsit: quē dñs infirmitatis flagello corri-
puit: ac in uiꝝ aliū subito trasmutauit: ita q;
iā spū ꝓphetico pollere cepit. Et romā ten-
dens cā deuotiōis uestimēta sua paupib⁹ tri
buit: & iā pauptatis amator: paupis uestimē
ta iduit: & ante eccleſi ā sci petri iter paupes
sedit: & cū eis uelut un⁹ ex ipſis māducauit.
Et ſimile ſepi⁹ feciſſet: niſi eū uotoꝝ uerecun
dia impediſſet. ¶ Quēdā leproſū obuiā hñs i
oſcula ei⁹ ruit: & ille poſt hec ſtatiꝫ diſpuit:
quapp ad leproſos ꝓperat: & eoꝝ manus de
oſculās pedeſq; lauās: eiſdē pecuniā donat.
¶ Eccleſiā ſci damiani oīonis cā igredit̄: &
imago crucifixi eū miraculoſe alloquit̄: mā
dās ut ad domū ſuā repandā accederet: que:
ut ipſe cernebat: tota deſtruebat̄. Ab ea er
go hora crucifixi ꝓpaſſio mirabiliter cordi
eius inſigit̄. Inſtititq; ſolicite eccleſie repan-
de: & uenditis oīb⁹ cū pecuniā cuidā p̄sbr̄o
daret: & ille eā timore pentū accipe formida
ret: corā ipſo illam ꝓiecit: qua ꝓpter a patre
ligatus & ceſus: eidē pecuniā reſtituit: ac ue
ſtem pariter reſignauit: & ſic nudus coram
epo ciuitatis oīb⁹ paternis bonis renunciās
ad dñm ꝙuolauit: & ſe cilicio induit. ¶ Qua
dam die cum audiret ea: que dñs ad diſcipu
los ſuos ad predicandū miſſos locutus eſt:
ſtatim ad uniuerſa ad lr̄am ſeruanda conſur
git. Soluit calciamentū de pedibus: tunica
una ſed uili iduit̄: & ꝓ corrigia mutauit funi
culum. ¶ Tēpore niuis p ſiluā ambulans: a
latronibus capit̄: & interrogat⁹ qs ſit: ſe dei
preconē aſſerens: in niuē ceſus ꝓiicit̄. Multi
deinde clerici & laici ſpreta ſeculi pōpa: ei⁹
ueſtigiis adheſerunt: quos pater ſcūs docuit
euangelicā pfectionē adimplere: & p uiā ſcē
pauptatis incedere. Sicq; minoꝝ ordinē ico
hauit: quos minores ex humilitate uocauit.
Regulā quoq; ſuā ipſe dictauit: quā papa i-
nocēti⁹ 3⁹ ꝓfirmauit: & extunc uerbū dei u-
biq; diſcurrēs p̄dicare cepit. ¶ Fatigatus ex
itinere: cū aſinū eqtaret: & ſoci⁹ ei⁹ frater le
onard⁹ de aſſiſio pedes iret: turbatus i corde
ſuo dicebat: q; parentes utriuſq; ipſoꝝ non
de pari ludebant. Cui⁹ cogitationē uir dei p
ſpiritum cognoſcens: ꝙtinuo de aſino deſcē-
dit: & ſocium aſcendere uoluit: dicens q; no-
bilior ſe fuerat: & iō ipſo equitante: illuꝫ pe
des ire nō decebat. Stupefactuſq; frater ue-
niā poſtulauit. ¶ Mulier quedā ipſi ſolicite
rettulit: q; ſanctū ei⁹ ꝓpoſitum: quod icepe-
rat: uir ei⁹ ꝑturbabat: cui p uxorem uir dei
precipiendo mandauit: ut ex parte dei omni
potentis ei diceret: q; nūc tēpus ſalutis: poſt
modū eqnitatis futuꝝ eſſet. Qua denunciati-
one uir dei ſubito immutat̄: & ꝙtinentiā una
cum ꝙuge pollicet̄. ¶ Cuidam ruſtico ſiti-
enti in ſolitudine fontē aque ſuis oīonib⁹ im
petrauit. ¶ Cuidam fratri ſibi familiari pro
phetico ſpiritu rettulit: de ſe quaſi ā alio lo
quens: uiꝝ eſſe ſup terrā: ꝓpter quē quoad-
uiuerer dñs famē futurā deſeuire nō permit
teret. Qui poſt trāſitū ei⁹ eidē fratri appuit:
& famē: que ſuper terram uenerat: eo de me
dio ſublato permiſſam a deo nūciauit. Sicq;
tam per reuelationē q̄ per euentum: q; de ſe
ſe dixiſſet: frater ille cognouit. ¶ Pauptatē
adeo diligebat: q; dñam ſuā ſemp eam uoca
bat: & ſi paupiorem ſe uidebat: protinus in-
uidebat: & ab eo ſe uinci timebat. Cum pau
peri tranſeunti ꝓpatereť: ſocius ait: q; ſi ille
pauper erat effectu: forſitan diues eſſet uo-
luntate. Sanctus uero ꝙtinuo fr̄i iuſſit: ut tu
nicā exutā paupi tribueret: & ab eo ueniam
poſtularet: cui ille ꝙtinus obediuit. ¶ Qua
dam uice tres domine uultu & habitu per
omnia ſimiles obuias habuit: que eū ſalutā
tes dixerunt: Beneueniat domina paupertas

Et ſtati diſpuerũt. ¶ Cũ in urbe aretii bellũ iteſtinũ ꝓmotũ eẽt. Frãciſc⁹ uidit de burgo demones ſup ciuitatẽ iſultantes. Qui fratrẽ ſiluestrum uocans eidẽ mandauit: ut ad portam citatis iret: & demõibus i dei uirtute ac ex ſui ꝑte mandaret: ut ꝓtinuo abirẽt. Quod dum ille feciſſet: ꝓeſtim demões receſſũt: & ciues ad cõcordiã redierũt. Qui frater dum eẽt i ſeculo ꝓſbyter: uidit aliqñ crucẽ aureã ex ore franciſci ꝓdeuntẽ: & ad celos uſq; ꝓtigẽtez: ac utrãq; ꝑtem mũdi cingentem. Qui mox ꝓpunct⁹ ſeculũ dereliqt: & ordinẽ itroiuit. ¶ Exñti aliqñ in oratiõe diabol⁹ ei graue carnis tentationẽ immiſit. Illeq; ueſte de poſita ſe cordula duri⁹ uerberauit. Et cum nec ſic tentatio diſcederet: foras exiit: & i niuẽ ſe nudũ demerſit & ſic tentatio diſceſſit. ¶ Dũ aliqñ maneret i domo dñi leonis cardinalis ſcẽ crucis: nocte quadã a demonib⁹ grauiter ceſus ẽ. Quod ſcũs mane ſocio nunciauit: eidẽq; dixit: q ꝺe⁹ hoc fieri uoluerat: qa i curiis magnatũ manebat. Statiq; ide receſſit. ¶ Vidit aliqñ demones ſupra tectũ domus diſcurrẽtes. Qui exiẽs: eiſdẽ ex ꝑte dei mãdauit: ut qcqd eis permiſſum eẽt: i corpore ſuo faceret: ſeq; de ei⁹ carne ſibi aduerſaria uindicarẽt: ꝓfuſi aũt demões euanuerũt. ¶ In uiſione dei beat⁹ frãciſcus ſupra ſe crucifixũ ſeraphin aſpexit: q crucifixiõis ſue ſigna ſic ei euidẽter ipreſſit: ut crucifix⁹ uideret & ipe. Cõſignanturq; man⁹ pedes & lat⁹ crucis charactere: ſed diligẽti ſtudio ab omnium oculis ſtigmata abſcondebat. Quidaz tñ hec in uita uiderũt: ſed in morte plurimi ꝓſpexerũt. ¶ Colũbina ſimplicitate plenus omnes creaturas ad creatoris hortat amorem. ꝑdicat auib⁹: audit ab eis: tangunt ab ipo: nec niſi licẽtiate recedunt. Apud portiũculã cicadam i ficu canentẽ uocauit: que ſtatim i manu eius aſcendit. Et ad ei⁹ tuſſionem & in ipius manu cãtauit: & licẽtiata receſſit. Fraternoq; noie aialia cuncta uocabat: uermiculos etiã ne lederent de uia colligebat. ¶ Vir qdã ſecularis franciſcũ duob⁹ enſib⁹ fulgẽtib⁹ i modũ crucis ſignatũ: p uiſionẽ aſpexit. Qu ẽ cũ nũq; uidiſſet: poſtmodũ ꝓſpiciens: tali indicio recognouit: & ꝓpunct⁹ ordinem itroiuit. ¶ Cũ ex nimio fletu oculoz infirmitatẽ incurriſſet: nec ſe a lachrymis tẽperare uellet: & ꝓſilio medici ferro candẽte cauterizandus eẽt: ſignũ crucis edidit: & ab aure uſq; ad ſupciliũ imiſſo ferro: nullã aduſtionem ſenſit. ¶ Apud eremũ ſci urbani maximo langore detent⁹: cũ ex debilitate uinũ poſtulaſſet: nihilq; adeẽt: allatã ſibi aquam ſigno crucis i uinũ ꝓuertit: ad cuius guſtuz ſubito ꝓualuit. ¶ Cũ frater quidaz ꝓtra obedientiã deliquiſſet: & pnie ſigna haberet: uir dei tamẽ ad alioz exemplum caputium eius i ignẽ proiecit: ubi per moram ſtetit: & inde omnino illeſum eductũ fuit. ¶ Ambulans ꝑ paludes uenetiaz intra multitudinẽ auium cantantiũ: cũ ſocio acceſſit: & nulla illaz ſe mouit. Et cum officiũ ibi diceret & garritus eos auium impediret: ad eius mandatũ aues conticuerunt: & celebratis horis: ipo iterum iubente cantũ reſũpſerũt. ¶ Alias uolucrũ multitudinẽ reperiẽs: eis cepit predicare: & eos ad laudem creatoris admonere: qui eos plumis iduit: & pẽnas eis ad uolatũ tribuit: & aeris puritatẽ conceſſit: ac ſemina ſine eorum labore ad eſum ꝓparauit. Aues uero uti rationes capaces i eum itendebant: & ab ipo tacte nullatenus auolabãt. ¶ Alias quoq; apud caſtrum gallinariũ predicãs hirundinibus eũ garritu ipediẽtibus ſilentium impoſuit: & donec ipſe predicauit nulla ipſaz ampli⁹ canere ꝓſumpſit. ¶ Hoſpitat⁹ a quodam milite eundẽ ad pniam prouocauit: predicẽs ei q cito alibi manducaret. Qui domũ ſuam diſponẽs & peccata ꝓfitens: duz ad mẽſam ſederet ſubito expirauit. ¶ Trãſeunte illo ꝑ apuliam: burſam reppit i uia denariis tumeſcẽtem. Quam cum ſocius accipe uellet ut paupibus daret: & franciſcus prohiberet: oratiõnẽ premiſit: & ſocium burſam accipere iuſſit: Indeq; protinus ſerpens magn⁹ exiuit. ¶ Cum quidã frater grauiter tentare tur: cogitabat ut ſi ſcriptum aliquod de manu eius haberet: tentatio recederet: ſed cum ſecretum pãdere non auderet: uir dei hoc ꝓ ſpiritum cognoſcens: quaſdã dei laudes ſcripſit: & fratri chartam tradidit: quam cũ portaret omnis tentatio eum reliquit. Dum aũt ſanctus infirmus iaceret: & idem frater tunicam eius habere deſideraret. Franciſcus ei⁹ optatum cognoſcẽs ſrem uocauit: & tunicã illi poſt mortem poſſidendã conceſſit: ¶ Sacerdotes autem plurimum honorabat: & in tantũ eorum ordinẽ ponderabat: q ad ſacerdotium nunq; promoueri uoluit: ſed in diaconatus ordine permanſit. ¶ Cum uero ad diem propinquaret extremũ: longa infirmitate confect⁹ ſe nudum ſuper nudam humũ poni fecit: & fratres aduocans cãcellatis manibus benedixit ac in morem cene dominice bucellam eis panis diuiſit. Et ſumpto uiatico ad extremam horam ueniens ſpiritum emiſit. 4. noñ. octobris die dñico anno domini. 1226. Cuius animam quidam frater i modum ſtelle ad celum aſcendentem cõſpexit. ¶ Miniſter etiam terre laboris in extremis agens: cum duduz loquelã amiſiſſet: ſubito cepit clamare: & patrem franciſcum ut ſe expectaret rogare. Querentib⁹ qd diceret rñdit q patrẽ frãciſcũ uidebat: q ad celos ꝑgebat. Et ſtati i pace obdormiẽs patrẽ ſecut⁹ ẽ Illi uero poſtmodum eadez hora iuenerunt

ſanctum a carne migrauiſſe: cuius corp⁹ aſſi
ſii apud ſanctā mariam de angelo ſepultum
eſt: ubi & miraculis multis claret.

¶ De ſcō aniano epō & pfeſſore. XIX

ANianus alexandrin⁹ eps diſcipu
lus bti marci euangeliſte: & eiuſ
dē in epatu ipſi⁹ ciuitatis ſucceſ
ſor fuit. Hic ex aphrica nobiliſſi
mus & diues: dū nauigans circa
portum alexādrie naufragaſſet: oibuſq; ſuis
amiſſis mēdicare erubeſceret: ab uno ſibi no
to chlamyde ꝓtect⁹: adheſit cuidā opario re
patori uteꝝ calceoꝝ: a quo cū p triduū nō
comediſſet: refect⁹ eſt: & cū eo ad manendu3
ſe ꝓpoſuit: & artē ei⁹ in breui didicit: quo p⁹
tps modicū decedente: anian⁹ in domo mgri
quondā ſui remāſit: & filiū ei⁹ paruulū ſibi
ꝓmendatū diligenti⁹ enutriuit. ¶ Interea dū
beat⁹ marc⁹ alexandrie appuliſſet ad pdican
dū: & calciamētū ei⁹ dirutum eēt: aniano tra
didit reſarciendū: ut ſupra dictū eſt in paſſi
one ſci marci. 8. calen. maii. Dū aūt anianus
in uultū bti marci itēderet: q ut angeli reful
gebat: caſu ſubula manū pforauit: & excla
mauit unus de⁹: quē marc⁹ i terram expuēs
& lutū ex ſputo ꝓficiēs: manūq; pungens cō
tinuo ſanauit. Suſceptuſq; in domū uitri eu3
ꝓuertit: & cū oi familia baptizauit: & p̄ſbr̄m
ordinans: eidē infirmitates ſanandas ꝓceſſit:
atq; poſt tps aliquod pentapolim adiit. Exi
de anianus qcqd ex arte lucrabaē: trifariam
diuidebat: unā partē p ſuo uictu retinens: a
liam filio quōdā magiſtri ſui ꝓcedens: tertiā
paupibus ꝑpendēs: & pdicatiōi ꝓtinue iſiſte
bat. ¶ Die quadā dū mulieres tranſeūtes a
ſpectu ipudico reſpexiſſet: cupiens euange
lium: ut ſonat ad lr̄am obſcuare: oculu3 ſibi
ſubula pforauit: carnē quoq; ſuā ieiuniis &
uigiliis macerās: ſepi⁹ ad extinguendā flam
mā libidis ſe in uaſe aque frigide ſubmerge
bat: oēſq; egros ad ſe delatos quacūq; infir
mitate curabat. Iudeis quoq; ip̄m emulanti
bus uiriliter reſiſtebat. Ad quoꝝ ſuggeſtio
nem odientiū anianū rex babylonie manda
uit: ut qa in euangelio xp̄ianoꝝ ꝓtinet: q ha
bentes fidē ſicut granū ſinapis mōtes trāſfer
re poſſunt: quaten⁹ xp̄iani montē magnū ru
mide ſuo loco tranſferrent: alioqn aut fidem
xp̄i tanq̄ falſam abnegarent: aut capitalē ſen
tentiā oēs ſubirent. Epō igit̄ theſithie cū oi
bus xp̄ianis ex hoc admodū afflicto: & deū
pro fide ſua ſuppliciter exorāti: p angelū re
uelatur: neminē ad hoc ex fide ſua idoneum
niſi monoculū anianū. Vocatus igit̄ ab epō
omiq; populo indicto ieiunio triduano: ip̄e
ꝓſuſus in dño mōti mādauit: & mons ꝓtinuo
ſe mouere cepit: & de ſuo loco recedens: tan
taq; celeritate uerſus babyloniam ueniens:
quanta nauis p equora uento pellitur: & eo
uſq; diuinit⁹ deferē: donec ad p̄ces r̄gis mōti
mādauit: ut figerē: ne i ciuitatē irrueret: &
eādē opprimeret. Sicq; ibidē fix⁹ uſq; hodie
manet. ¶ Propter quod miraculū rex cū oi
pp̄lo cōuerſus: eccleſiā principalē in baby
lonia in honorem dei genitricis edificauit:
aliaſq; plurimas baſilicas cōſtruxit. ¶ Poſt
hec dū anian⁹ btō marco reuertēti occurre
ret: eūq; ille uidēs monuculū: cām cecitatis
didiciſſet: ip̄m de rudi itellectu euāgelii re
darguit: illūq; interrogauit: cur ipſe: qui ali
os illuminabat: ſeip̄m ſanare non potuerat.
Qui r̄ndit: q hoc miraculū ipſi uti ſuo ma
giſtro reſuauerat: quē beat⁹ marc⁹ ꝓteſtim
illumiauit: ip̄mq; alexandrie ſibi ſucceſſorē
ep̄m ordinauit. ¶ Sed poſt magiſtri marty
rium anianus oēs ciuitates circuibat: & uer
bum dn̄i inſtanter p̄dicabat: miraculiſq; cla
rebat. Inter que ꝓtractum unū ad queſtū ſe
dentē erexit: & mulierem in damaſco obſeſ
ſam a demonio liberauit: de quo parētes ei⁹
dolētes: eo q ex ipſo immundo ſpū aliqua p̄
dicente plurima lucrabanē: ip̄m ad baiulu3
tāq̄ magū traxerunt occidendū. Quem ille
audiens: famāq; eius & uitā ſanctā cōperiēs
libere dimiſit. ¶ Deinde anianus leproſum
quendā a medicis incurabilē a lepra mūda
uit: & eum cū oi familia baptizauit: ac dein
de alexandrie deguit. Obitum aūt ſuū ſibi
diuinit⁹ reuelatum p̄ſciens: angelica moniti
one milonē diſcipulū ſuū i epatu ſibi ſubſti
tuit. Ipſeq; clarus uirtutib⁹ in pace quieuit
4. noñ. octobris. Sepultuſq; eſt iuxta corp⁹
bti marci in loco buculi. Cuiuſq; corp⁹ pro
ceſſu tēporis uenetias inde tranſlatū in mo
naſterio ſācti clemētis recōditum ſuaē.

¶ De ſcō petronio epō. XX

PEtronius eps bononie apud ean
dem ciuitatē claruit tpe theodo
ſii ſecūdi impatoris. Hic natiōe
grecus ex ſtirpe impatoꝝ ꝓſtan
tii & ꝓſtantini deſcendit: unde &
theodoſius auguſt⁹ ſororem eius in coniu
gem accepit. A cunabulis chriſtian⁹ & litte
ris grecis & latinis eruditus philoſophie &
ſacris ſcripturis operam dedit: unde & do
ctor eccleſie dei iſignis extitit: clericale ade
ptus officiū in palatio theodoſii cunctis p̄fe
ctus: elemoſynas uberes pauperib⁹ tribue
bat: & corp⁹ ieiuniis atterebat. ¶ Cū aūt ar
riana peſtis inualeſceret. Theodoſius petro
nium romam ad papā celeſtinū direxit: pro
fidei ueritate diſcutienda. Qui dū ad portu3
tyberinum applicuiſſet: a clericis romanis
a papa obuiā ſibi miſſis honorifice ſuſcept⁹
eſt. Nocte eni precedenti celeſtin⁹ papa p ui
ſionē a btō petro monitus fuerat: ut legatu3
imperatoris bononie i ep̄m preficeret: eo q
eorum ep̄s defunctus eſſet. Sūmus pontifex

ergo petroniū gratissime suscepit:& ipm secuz i palatio manere pcepit. Tertia uero die bononiēses ciues romā ueniunt: & epm suū pape defunctū dicunt: atq; pastore sibi dari deposcūt. Celestinꝰ igit uisione referens petroniū oibꝰ approbātibꝰ bononie epm pse crauit. Qui bononiā pductꝰ populū dñi uerbo & exēplo docuit. Ecclesias multas ab arrianis dirutas repauit: & basilicam sci stephani de nouo pstruxit. ¶ Post hec theodosius romā ueniēs: dū quēdā legatū suuz bononiā destinasset: illeq; ut supbꝰ unū nobilē uerberasset: & ob hoc a ppiqs interfectꝰ fuisset: theodosius irā dissimulās bononiam uenit: dūq; iuxta ciuitatē esset: quidā nepos eiꝰ obiit: quē ille pacifice sepelire uelle simulās a ciuibꝰ: q ei timētes portas clauserāt: se itro mitti postulauit. Introductꝰ aūt: post nepotis sepulturā i ciues irruēs: multos occidit: palatia & ecclesias plurimas diruit: & ciuitatē ex magna pte destruxit: pp qđ a scō ambrosio de ecclesia expulsus ē: ut supra habitū est i legēda ambrosii. 7. idꝰ decēbris. Petronius uero ecclesiaz repatiōi solicite itendebat. ¶ Dū autē opariū quendā cū colūna ruentē uidisset: sic signū crucis opposuit: q colūna itegra manēs cecidit: & magister ille in nullo collisus simul ruit: & sine lesione pmānsit. Qui erectꝰ rettulit: q ad crucis signū ab epo editū iuuenē candidū sibi assistētem pspexerat: q ipm & colūnam substentans ad terrā deposuerat. ¶ Deinde petroniꝰ cū ipatore pstātinopoliz rediit multas ab eo grās & priuilegia ciuitati sue obtinuit: &. v. corpora ex innocentibꝰ ipetrauit. Que secū deferens bononiā repedauit. Et post uitā laudabilē i pace qeuit. Sepultus in ecclesia sancti stephāi quā ipe edificauit. 4. noñ. octobris.

¶ Hic scūs uir monachoz studiis istructꝰ: uitas patrū egypti monachoz scripsisse credit: quas ueluti uite & pfessionis sue normā & specim amplectunt. Scribit gēnadius legisse sub illiꝰ noie ordinationē epi ratiōe & humilitate plenā: quā ob stili elegātiam eiꝰ fuisse nō credit. Sed petronii huius uiri eloquētissimi fuisse plurimi tradūt: quia i eodē tractatu se prefectum ptorii fuisse designat. Scripsit & homelias euāgelioz plures. Hec gēnadius de uiris illustribꝰ.

¶ De scis amelio & amico martyribꝰ. XXI

AMeliꝰ & amicus mres passi sunt tpe caroli magni pro defēsione ecclesie dimicates. Hi duo pueri uno die orti sunt ameliusꝫ ex ciuitate aruernēn: Amicus ex milite bericano tpe pipini regis frācoz. Qui adeo similes oibꝰ mēbris corpis & liniamētis fuerunt: ut nec ab ipis parētibꝰ & notis discerni possent. Similitudinē eandē habentes similitudinē etate procedente: i oibꝰ moribus & loquela. Qui cū a parētibꝰ iam septēnes romā baptizandi deferrentᵉ: i ciuitate lucana se inuicem inuenerūt: ubi iter se societatē amicissimā & unionē uoluntatū adeo firmauerūt: ut deinceps unus sine alio: nec cibum uellet sumere: nec i lecto quiescere. Papa igit deꝰ dedit eos baptizauit: & uidēs eos i tātū similimos: utriq; eoz scyphū argēteum auro & gēmas ornatū: p oia similem dedit. Sicq; ambo ad ppria redierūt: & etate procedēte: dudum i unū habitauerunt: uego defuncto amici patre. Iuuenis de castro paterne hereditatis ab emulis eiectus ē. Qui dū ad comitem ameliū uenisset: eū a patria absentē reppererit: & itinerādo illū pquirere cepit. Cuius infortuniū amelius audiens: amicū uersa uice dudū requisiuit. ¶ Dū autē amicus apd quēdam nobilē uiz hospitatus esset: filiā eius in coniugē accepit: secūq; p ānum & dimidium permānsit. Deinde relicta uxore ad amelium requirēdū abiit. Quez post multos labores inuenit in prato prope parisius: iuxta flumē sequanā cū familia epulantē: ille uero amicū & suos hostes esse arbitrās bericanos: armatus cū suis ptra eū pcessit. Et dū bellum uellent assumere. Amelius amicum loquētem audiuit: & ad uocez ipm recognouit. Sicq; mutua uisione letantes: ambo ad curiam regis caroli accesserunt. Quos rex strenuos uidens unum eoz thesaurariū: alteg; uero sui fecit dapifeg. ¶ Post ānos tres: amicus amelium relinquēs de cōsensu regis ad uxorem reuisendā accessit. Quo discedente amelius diabolo istigāte: filiā regis uirginem oppressit: qđ & arderico: q se eiꝰ intimū simulabat: secretius reuelauit. Post aliquot dies ille scelus regi patefecit. Amelius uero a rege captus: cū crimē oino cōmisisse negaret: a rege ppellit: ut suā innocētiā duello cū arderico pprobaret. Qui iducias diez. 30. postulauit quā & obtinuit. Interea amicus rediit: & ordinē rei geste ab amelio didicit. Qui secreto ameliū ad uxorē suā misit: ipe uero i termio statuto se regi pntās i psonā amelii: seq; amelium mētiēs: duellū subire se libenter obtulit. Qui a rege & oibꝰ amelius putabat: uoluitq; rex: ut prius se iuramento purgaret. Qui cum regis filiam se minime cognouisse iurasset: & ardericus econtra illū sibi hoc dixisse sacramēto firmasset. Amicus i bello obtinuit: & ardericū interfecit: filiā quoq; regis bellixendā sibi a patre traditā i psonā amelii despōsauit. Mox relicta curia: ad ameliū abiit: & ei cūcta p ordinē nūciauit. Amelius uero cū uxore amici usq; tunc fuerat: & eā i tactā custodierat: quē illa uirū ppriū existimabat. Amelius aut ad curiam rediēs: filiaz regis ab amico desponsataz in ꝓiugem hūit:

ex qua duos gemellos procreauit. ¶ Post aliquod tēpus amic⁹ leprosus efficit: & ab uxore sua eiicit:& dū ad castꝝ suū ꝓprium bericanū ueniret:a suis expulsus romā adiit Quē ꝓstātin⁹ papa qs eēt audiēs: benigne suscepit. Elapsis aūt trib⁹ ānis cū fames ualida romanos opprimeret. Amic⁹ ad comitē amelium uenit:quē ille uti leprosum effectū minime recognouit: ex charitate tñ pegrinum suscepit. Cū aūt scyphū a papa deus dedit ei donatū amicus ꝓduceret:uidens amelī⁹ scyphū ꝓ omia suo similē amicū recognouit:& eum humanissime tractauit. ¶ Post aliquot uero dies diabolus in spēm angeli raphaelis trāsmutatus:amelius per uisum admonuit: ut duos filios suos gemellos triēnes decollaret:& eoꝝ calido sanguine amici leprā pfunderet:illeq; statim mūdationē recipet:quod amelī⁹ licet dolorose tñ ex intima amici charitate facere mox curauit:& statiꝫ amic⁹ mūdationē suscepit. Dū aūt uterq; eoꝝ ad ecclesiā grās acturi deo ꝓgerent:mortēq; filiorū amelius deploraret:reuersus filios suos reperit suscitatos:& in lecto ludētes: ac oino i columes:saluo q; circa colla eoꝝ signum rubeū in modū fili serici ex incisiōe appebat i testimoniū miraculi gloriosum. Extūc ergo amelius de crimine penitentiā egit:& cū uxore castitatis uotum emisit. Vxor uero amici a diabolo obsessa per ꝓcipitium expirauit. ¶ Demū dū ad ꝑces hadriani pape carolus rex francoꝝ ad defensionē ecclesie rōane uenisset in italiā ꝓtra desideriū lōgobardoꝝ regem hereticū:bellūq; in cāpania in loco dicto mortaria ꝓmissum eēt: & multi hinc ide ex utroq; exercitu cecidissent. Amelī⁹ & amicus:q'erant cū carolo: ꝓ ecclesia catholica pugnātes in ꝑlio occisi sunt:& mīrio ꝓsecrati Sed postq̄ rex frācoꝝ uictoriā obtinuit: duas ecclesias apud papiā edificauit:unā in honorem sci eusebii:alterā in honorem bri petri. In prima quaꝝ amic⁹: i secūda sepultus est amelī⁹. Mane aūt diuino nutu ambo corpora in eodē tumulo repta sunt i ecclesia regali. Passi sunt aūt sci mīres. 4. noñ octobr̄.

¶ De sanctis marcelliano & marco & sociis martyribus. XXII

MArcellianus & marc⁹ & alii innumerabiles mīres utriusq; sex⁹ & cuiuslibet etatis apd egyptū passi sūt:quoꝝ alii post uerbera ungulas & flagella aliosq; diuersi generis cruciatus flāmis traditi sunt: alii in mare ꝑcipitati:nō nulli etiā capite cesi: plurimiq; inedia ꝓsumpti:qdā patibulis affixi:in qb⁹ aliq capite deorsum ꝑsso & pedib⁹ in sublime erectis:beatissimā passiōis coronā ꝓcipere meruerunt. Marcellianus aūt & marc⁹ omniuꝫ principaliores flāmis exusti sacrificium odoriferum domino rēddiderunt. Hoꝝ omnium passio agitur. 4. noñ. octobr̄. Hec ado.

¶ De sancta aurea uirgine. XXIII

AVrea uirgo apud parisi⁹ claruit tēpore heraclii impatoris:ut ait sigibertus. Quā sanct⁹ eligi⁹ eps in monasterio uirginū a se ꝓstructo in ciuitate parisiēsi ꝑfecit abbatissam tricentaꝝ uirginū oi sanctitate polentē:& miraculis clarentē. ¶ Quadaꝫ uice dū eēt in uilla:& clauigera ei⁹ ac celleraria expirasset:& post triduū eā abbatissa rediēs insepultā inuenisset:eo qa nec claues ipsi sorores auferre ꝑsumpsissent:nec illa de administratis rōnem reddidisset:o rāte aurea clauigera suscitat̄:& rōne reddita:atq; clauib⁹ resignatis in pace itez soporat̄. ¶ Die q̄daꝫ dū sibi panes deficerent:& aurea scandalum metuēs ad clibanū accessisset: pistorq; panibus ꝓficiendis intēderet:nec adesset qsq̄:qui clibanū subito scopare posset:illa furnum ingressa manicis scopauit:& prunas in gremio asportauit:nec ullū tñ ardorē sensit: sed nec uestes eius in aliquo exuste: aut deturpate fuerunt:qnimo in testimoniū tanti miraculi cāpane monasterii ꝓ se diuinitus pulsare ceperunt. Cum aūt die alia diacon⁹ in missa euangeliū legens incōgrue ꝓnūciaret:illa de collo ei⁹ stolā auferēs::nimio uerbi dei zelo euāgeliū legit:sed mox de ꝓmissa ꝑsūptione penitēs:abbatiā deſuit:seq; ꝓ ānos. 7. i cella recluſit:ubi cathedrā sibi pari fecit:habētē clauos. 50. in dextera ꝑte ꝓfixos: & totidē in sinistra:& totidē i podio posteriori: i q̄ quotidie sedēs psalteriū legebat. uidelz psalmos 50. inisa dextere pti: & alios. 50. inisa sinistre & ultios. 50. posteriori pti appodiata. Corpus quoq; suū maxia pnia & abstinentia domauit. Lixiuio quoq; sepius i potu usa fuit: cui scūs eligi⁹ tā defunct⁹ appuit:& eā ad celestia uocauit:unde & illa in pace qeuit. 4. noñ octobr̄. Sepultaq; ē i aula sci petri post altare. ¶ Veꝝ quedā abbatissa i syria q̄ oculos hñs nihil uidebat:ab angelo monet̄: ut pisi⁹ cū ep̄o suo ueniēs:ptē aliquā de reliqis scē auree petat:quaꝝ uirtute lumē oculorū recipiat. Quod dū illa ep̄o nūciasset:una secū uersus pisi⁹ iter arripuit:sed i itinere fessa fīmāsit:loculū tñ honorificū ꝓpauit. Eps uero uiā ꝓsequēs pisi⁹ uenit:& cū pōtifice pisiensi ad tumulū accessit. Et cū brachiū sācte uirgis obtinuisset: & illud de corpe euellerent:sanguis inde uiu⁹ emanauit. Corp⁹ igit̄ tūc ab ep̄o pisien i mōasterio sci eligii ꝓdecēter humatū est. Brachium uero ab ep̄o syro asportatum:Cuius tactu abbatissa:que ceca fuerat:lumē recupauit:brachiūq; in loculo repositū:eps i patriā suā detulit:& i ecclesia noi scē auree edificata honorifice collocauit

¶ De scō prasea epō & mr̃e. XXIIII.

PRaseas eps & martyr apd smyrnam martyrio ꝓsumatus ẽ. Qui unus ex antiqs quasi ex traditione prioꝝ se accepisse asseruit: saluatorẽ apostolis p̃cepisse: ut ante. xii. annũ a hierosolymis discederent. Passus est aũt. 3. noñ. octobris.

¶ De scá gala scimoniale. XXV.

GAla uidua & scimonialis in urbe claruit tẽporibꝰ gothoꝝ. Hec nobilissima puella symmachi cõsulis ac patricii filia: marito tradita itra uniꝰ ãni spatiũ eiꝰ ẽ morte uiduata. Quã dum feruẽte mũdi copula: ad iterandũ thalamũ & opes & etas ꝓuocarẽt: elegit magis spũalibꝰ nuptiis copulari. Et cum sibi ualde ignea ꝓspsio corporis ineẽt: ceperunt medici dicere: qa nisi ad amplexus uiriles rediret: calore nimio ꝓtra naturam: barbam emitteret sicut & factũ est. Sed sancta mulier nil exterius deformitatis metuẽs abiecto seculari habitu: apud beati petri apostoli ecclesiã: sese i monasterio tradidit: ibiq; multis annis orationibꝰ & elemosynis operã dedit. Que postmodũ diuina permissione cancri ulcere in mamilla p̃cussa ẽ: quã egritudinẽ patiẽtissime longo tpe supportauit. Nocte aũt ante lectũ eiꝰ duo candelebra lucere consueuerãt: quia uidelicet amica lucis: nõ solũ spirituales: sed etiã corporales tenebras horrebat. ¶ Dũ autẽ nocte quadã ex eadẽ infirmitate iaceret fatigata: uidit beatum petrũ apostolũ ante lectũ suũ iter duo lumina ꝓstitisse. Quẽ interrogans qs esset: quieuit an sua peccata sibi dimissa fuissent: qui se beatũ apostoloꝝ principẽ eẽ rñdit: dimissaq; ei omia debita nunciauit: & ad celestia iuitauit. Illa nero sororẽ benedictã quã i eodẽ monasterio intime diligebat: secũ uenire deposcit. Apls aũt eidẽ dixit: q̃ nõ illa: sed alia quedã secũ discederet: benedicta uero die. xxx. ipas secutura foret: & his dictis dispuit. At illa ꝓtinus abbatissam acciuit: ei q̃ uisa & audita nũciauit. Die aũt tertio cuꝫ ea qua iussa fuerat sorore: simul defuncta ẽ. Illa uero quã ipa popposcerat: die ẽ. xxx. subsecuta. Quieuit autẽ sancta gala in domino tertio noñ. octobris.

¶ De scá fide uirgine & martyre. XXVI

FIdes uirgo & mr̃ apud agenẽsem ciuitatẽ passa est sub p̃side daciano: que cũ eẽt nobilis ipiꝰ ciuitatis: uirginitatẽ suã ab infantia domino ꝓsecrauit. Iuuenis aũt etate sed animo cana a daciano p̃side i agenensi urbe ꝓprehẽsa: ut diis sacrificaret: dũ xp̃m confiteret: super cratẽ eream diuaricatis membris extensa: & substratis carbonibꝰ: adipeq; flãmis iniecto: dum sic coqueret multos sue uirtutis exẽplo ꝙuertit: & ad martyrium aiauit. Inter quos beatꝰ caprasius diuino signo firmatus ad certamẽ roboratꝰ ẽ: ut dicet̃ ifra in eius passione. i3. cal. nouẽbris. Beata uero fides post multos & diros agones: p xp̃i nominis ꝓfessione capite cesa: & in ciuitate agenensi i tumulo honorifice deposita ẽ pridie noñ. octobris.

¶ De scõ gangulpho martyre. XXVII.

GAngulphus martyr apud burgũdiam passus ẽ: circa annũ. 24. imperii ꝓstantini quarti: ut ait sigibertus. Hic clarus scitate: fontes quendã emit scaturientẽ i gallia: quẽ oriri fecit i burgũdia: i ꝓprio solo. Cuꝫ aũt uẽditor fontis scũm quasi insanũ irrideret: eo q̃ fontẽ i aliena patria ꝓpasset: repente fõtem suũ siccatũ inuenit: & eundem post modum i territorio gangulphi exurgẽtẽ audiuit. Sed dũ iuxta ip̃m fontẽ gangulphꝰ uxorem de adulterio icreparet: eo q̃ ip̃am cum quodã clerico iacẽtẽ uidisset: illaq; se excusaret: iussit ut illa nudato brachio lapillũ de fonte educeret: q̃ si maneret illesa: & sine adustione aliqua ip̃am inocentẽ cõprobaret. Que uiri simplicitatẽ deridẽs: dum lapillũ accipe uoluit: brachiũ q̃si ex bullicẽte aqua decoctũ eduxit. Cui uir dimidium substãtie sue dedit: & ab illa discessit. Sed cũ mulier ex tali miraculo notã maximã icurrisset: clericũ secum adulterãtẽ iduxit: ut uiꝝ occideret. Qui eũ nocte quadã repiens iugulauit. Cuiꝰ corpꝰ sepultũ miraculis clarere cepit. Quod dũ eiꝰ uxori nunciaret̃: illa plurimũ irridebat: dicens: q̃ ita uir eius miracula faciebat: sicut anus eius cãtabat: subitoq; iuita turpes sonos ab ano cepit emittere. Quod deinceps ei semp omni. vi. feria ꝓtingit: qua die uir eius occisus fuit: ut dũ uerbũ ore ꝓferret: ab ano turpẽ sonum ederet. Passus ẽ autẽ pridie. noñ. octobris.

¶ De scõ syggone epõ & martyre. XXVIII

SYggon eps & mr̃ nnꝰ fuit ex antiquis sci pauli apostoli discipulis. Qui ab eodẽ apostolo pontifex laodicẽsis ordinatus: sub persecutione domitiani cesaris apd eandeꝫ urbẽ pro ueritate fidei glorioso martyrio coronatꝰ ẽ pridie noñ. octobris: ut ait ado in martylogio.

¶ De scis sergio & baccho mr̃ibꝰ. XXIX.

SErgius & bacchꝰ mr̃es passi sũt i prouincia eufrateia tempe maximiani ipatoris sub antiocho p̃side. Quoꝝ prior erat primicerius: alter secũdiceriꝰ gentilium schole: ambo milites p̃clari & maxiano dilecti. Qui cũ essent cũ eodem augusto in eadẽ

prouincia: accusati sunt eidem a militibus: q̄ eēnt xp̄iani. Quos impator aduocans: ingressus est cū oi militia ad templū: ut sacrificaret: & circūspiciens non uidit sergiū nec bacchū: neq; eni tēplum ingressi fuerant: sed foris expectantes orabāt. Tunc augustꝰ missis satellitibꝰ: iussit illos introduci: & cepit agere: ut sacrificarēt: ac de imolatis deo iouī cū ceteris gustarēt. Quod cū facere renuissent: mādauit zonas eoꝝ incidi: & chlamyde militari eos exui: ac torques aureas de ipsoꝝ ceruicibꝰ auferri: indutosq; muliebribus colobiis catenis uinctos p mediā ciuitatē usq; ad palatiū ptrahi: deinde in custodiā recludi. Sequenti die misit antiocho p̄sidi prouincie orientis cū lr̄is suis: ut eos: aut diis imolare ꝓpelleret: aut diuersis afflictos penis pimeret. Quos custodes suscipientes: & iter arripientes: sero illo miliario a ciuitate i2. in stabulo quodā hospitati sunt. Angelus aūt dñi p noctem scis catenatis apparens: illos in dño ꝓfortauit. Mane aūt a custodibꝰ trahebant̄: quos quidā ex eoꝝ mancipiis sequebat̄ usq; ad castꝝ barbarissum: ubi p̄ses antiochus residebat. Suscipiens aūt eos p̄ses & litteras impatorias audiens: fecit eos usq; mane in custodia detineri pedibus in cippo reclusis. Qui dū psallerent: angelus dñi eis iteꝝ apparuit: & eos ad martyriū forti ꝰ aiauit. Mane aūt iussit eos antiochꝰ sibi p̄sentari: eosq; ad deoꝝ sacrificia hortabat̄. Cū aūt oia idola demonia dicerent: & oino sacrificare ꝓtemnerent: iratus p̄ses iussit sergiū i carcerē recipi: bacchū uero neruis crudis a q̄tuor sibi uicissim succedentibus tam diu cedi: donec ip̄m uoce de celo uocante spiritus exhalauit. Cuius corpꝰ mādauit extra castꝝ p̄ici: ut a feris deuorarēt. Cūq; feraꝝ multitudo ad ip̄m accurreret: aues desup uolitantes rostro & unguibus bestias pcutiētes: nō pmittebant corpꝰ ab eis tangi: quod noctu quidā xp̄iani rapientes: in quadā spelunca sepelierunt. ¶ Sergius uero hec audiens bacchum in carcere deflebat: qa eo relicto ad glorīā ꝓpassus: cui sequēti nocte bacchꝰ apparuit in facie splēdidus & habitu militis indutꝰ: sociūq; ꝓfortauit: & de ꝓximo se secutuꝝ p̄dixit. Quē & custodes carceris ꝓspexerunt: & que sibi dixerat: mane a sergio audierunt: unde & plures ꝓuersi sūt. Sequēti die sergiꝰ pducit: & ad castꝝ syꝝ post antiochū uinctꝰ trahit̄. Et cū ibidē ꝓstantiꝰ pmaneret. manibꝰ ligat̄: & clauibꝰ in pedibꝰ ꝓfigit: sicq; ꝓfixꝰ ante carrucā p̄sidis currere ꝓpellit̄ usq; ad castꝝ tetrapyrgiū: quod. 9. milibus a castro syro distabat: ubi in carcere iteꝝ positus p noctē angelica collocutiōe ac uisiōe ꝓfortat̄: & pedibꝰ sanus efficit̄. Quod cū p̄ses antiochꝰ mane cerneret: indignatus iteꝝ mandauit sergium pedibus coturnis indutū ante redā suā ptrahi usq; in castꝝ ruzaffatan quod nouē similiter miliaribꝰ a tetrapyrgio distat: in quo loco p tribunli sedens: sergiū sacrificare nolentē gladio aiaduerti p̄cepit. Ad cuius martyriū tā hoies loci q̄ bestie agri ꝓuenerunt: q uoce celica uocatus: extra castꝝ decollatus est: locꝰ aūt: in quo sanguis eius effusus est: magnā uoraginē fecit: & cruorem eēm suscepit: & sic deinceps i testimonium eius passionis uorago pmansit: cuius corpꝰ in ipso loco a xp̄ianis sepultū est: edificata desup nobilissima crypta. ¶ Post aliquod tēpus xp̄iani quidā de castro syro uenerunt: ut corpꝰ sergii tollerent: & cum bacho sepelirent. Sed cum nocte illud auferre uellēt: ignis maximꝰ circa locū accēsus est: quē illi de castro ruzaflatan uidentes: & hostes illos eē putantes: qui ignē accēdissent: ut domos extra castꝝ exurerēt: armati egressi sunt: & eos qui corpꝰ auferre uoluerant: inde effugauerunt. Nunc aūt ipsoꝝ amborū martyꝝ corpora uenetiis eē credunt̄ in ecclesia cathedrali bti petri apostoli: sub cuiꝰ crypta in arca marmorea uenerantur. Passi sunt autē nōū octobris.

¶ De scis marcello & apuleo mr̄ibꝰ. XXX

MArcellus & apuleus martyres apud urbē romā passi sunt sub neronis p̄secutione. Qui quidē primo simoni mago adheserūt: sed uidentes mirabilia: que dñs opabatur p apostolū suuꝫ petꝝ: relicto simone apostolice se doctrine tradiderunt. Et post martyriū apostoloꝝ p ꝓfessione xp̄i & ipsi decollati: aureliano ꝓsulari uiro sententiam ferēte: coronā martyrii pceperūt: sepultiq; sunt nō lōge ab urbe roma nōū octobris.

¶ De sancta iulia uirgine & martyre. XXXI

IVlia uirgo & martyr passa est apud p̄uinciaꝫ augustanā: que dr̄ eusratela. Que a preide impiissimo martiano cōp̄hensa iubetur idolis imolare. Cūq; sacrificare ꝓtempsisset: post diuersa tormentoꝝ genera ipsi illata: nouissime gladio iussu eiusdē p̄sidis iugulatur. Sicq; cursum glorioſi martyrii ꝓsumauit nōs octobris: ut ait ado i martylogio suo.

¶ De sācta iustina uirgine & marty. XXXII

IVstina uirgo apud ciuitatē patauinā passa ē sub maxiano rege. Que fuit filia regis uitaliani & regine p̄pedigne: quos btūs prosdocimus eps ad xp̄m ꝓuertit: & iustinā sacro fonte renatā diuinis lr̄is erudiuit: ut dicet̄ infra in eius legēda. 7. idꝰ nouēbris. Hec defunctis parētibus: dum inter generosas feminas uenetiaꝝ ptibꝰ in sua quoq;

patria patauii mōrarēt: maximianus rex: uitaliani ſucceſſor: mediolano ueniens ad patauinaꝫ urbē. Iuſſit ſibi i cāpo martio tribunal parī: ut illic ſcōs dei diuerſis penis afficeret: aut ꝓpelleret imolare. Cū aūt beata iuſtina de ſuo predio aſcenſo uehiculo: ad uiſitandos dei famulos proparet: uidēs ꝙ maximiani milites eaꝫ ꝓſequerēt: fugere cepit: arbitrans ꝙ occaſione ſtupri eam ꝓprehēdere uellent: & cū in anguſto pontis curui: q̄ ex marmore ꝓſtructꝰ prope ciuitatē eā ꝓcluſiſſent: deſcēdēſ de reda: orationē ad dominū fudit: genibuſq; i marmore pontis poſitis ita molle iuentum ē: ac ſi cera igne ſoluta: extractiſq; genibꝰ ueſtigia i marmore ꝓpetuo remāſerūt. Que cum regi illi p̄nūtata fuiſſet: & eam de noīe iterrogaſſet. Iuſtina xp̄ianam ſe eſſe rn̄dit. Cūq; de ſecta ſua iterrogata xp̄m ſe colere ꝓſtanter diceret: & pro eiꝰ noīe ad oia tormēta ſe paratā aſſereret: atq; deoꝝ oīno ſacrificia recuſaret: maximianus abſq; aliis tormētis: utpote regali ſanguine natam iuſſit eā gladio extingui. Et cū deo gr̄as egiſſet: ad locū paſſionis adducta: orationē p̄miſit: & ſic gladiū eiꝰ lateri ſpiculator imerſit. Que telo infixa p̄ horā integrā: expaſſis manibus & erectis i celū oculis ad dn̄m exorauit: & oēs xp̄ianos aſtantes ꝓfortauit. Sicq; cūctis uale dicēs ſpiritum emiſit noñ. octobris. Cuius corpus a ſancto proſdocimo & chriſtianis fere mille paſſibꝰ a ciuitate patauii ſepultum eſt: & eccleſia inſignis nomini eius deſuper edificata: ubi uſq; i preſēs quieſcit: & miracula multa oſtēdit.

¶ De ſcō marco papa primo. XXXIII.

MArcus papa huius noīs primꝰ natione romanus ex patre ꝓbo: Felici primo pōtifici i eṕatu romano ſucceſſit: & ſedit annos. 8. menſes. 2. dies. x. Hic ꝓſtituit ut nullus eṕs uel ſacerdos etiā ſi maioris ſcie & ꝓbitatis exiſtat ſe ponat ante aliuꝫ priuſq; ſe ordinatū. Et hic ſolus de tantoꝝ numero pōtificū q̄ fuerunt a beato petro apoſtolo uſq; ad ſilueſtrū papā martyriū euaſit. Et requieſcit i eccleſia i qua prius p̄ſbyter ordinatus fuerat: que uſq; hodie eccleſia ſci marci noīatur: que ē i medio rome in regione que dicīt̄ pinus. Quieuit aūt in pace noñ. octobris. Et ceſſauit eṕatus dies. vi.

¶ De ſcō marco papa ſecūdo. XXXIIII.

MArcus papa huius noīs p̄s: natiōe romanꝰ ex patre priſco ſilueſtro pape pōtifici i eṕatu ſucceſſit. Seditq; annos. 2. menſes. 8. dies. 20. Hic ꝓſtituit ut eṕs oſtiēſiſ: qui cō ſecrat eṕos urbis pallio uteret: Et ꝓſtituit i eccleſia omnibꝰ dieb⁹ dn̄icis & in natalitiis apoſtoloꝝ ſymbolū ab omni clero & populo alta uoce cantari. Et hic requieuit i pace. Et ſepultuſ eſt i cemiterio babile uia ardeatina noñ. octobris. Fecit āt ordinatiōes duas per mēſem decēbriū preſbyteros. 25. diaconeſ. vi. eṕos per diuerſa loca numero. 27. Et ceſſauit eṕatus dies. 20.

¶ De ſcō marco ſcriptore & ꝓfeſſoꝝ. XXXV

MArcus eremi cultor cognomine ſcriptor ſic dictus eſt: quia plurima ſcōꝝ anachoritaꝝ in deſerto egypti ꝓmorātiū geſta ſcribebat Qui dū ad cōionē accederet: angelus ei ſacramēta porrexit. Cuius manū tātum uſq; ad iunctur̄ brachii uidit. Requiſitus aūt a matre: ut ad ſe uiſendam accederet ueſtitus ſacco ſciſſo & recōſuto: facieq; ſuligine tincta ad eā oculis clauſis ingreſſus ē. Et uiſus ab ea: ſed ip̄am minime ꝓſpiciēs: ſtatim egreſſus ē. Hec heraclides:

¶ De ſcā pelagia peccatrice. XXXVI.

PElagia prima feminaꝝ ātiochie ciuitatis adhuc pagana: rebꝰ & diuitiis plena: corpore pulcherrima: habitu ambitioſa & uana: animo & corpe impudica p̄ ciuitatem quadā uice cū pōpa maxima trāſibat. Ita ut nihil ſup eam niſi auꝝ & argentū & p̄cioſi lapides uideren̄: & quocūq; iret diuerſoꝝ aromatū aerem odore repleret: quā precedebat & ſequebat̄ multitudo pueroruꝫ & puellaꝝ: qui & ip̄i preclaris ueſtibꝰ erāt induti. Quā dum nonus eṕs heliopoleos: que nunc damiata dicīt̄ uidiſſet: amariſſime flere cepit: ex eo ꝙ ipſa maiorē curam habebat placere mūdo: q̄ ipſe placere deo. Procidēs q̄ in terrā faciē ſuam p̄cutiebat: & terram lachrymis irrigabat: ac dei miſericordiā iplorabat. Dixitq; aſtātibꝰ clericis: ꝙ deus illaꝫ in iudicio ꝓtra eos ꝓducturus eēt: quoniam ipſa tam ſolicite ſe depingebat: ut terrenis amatoribus placeret: & ip̄i celeſti ſponſo placere negligerēt. Dū hec & ſimilia diceret ſubito obdormiuit. ¶ Viſūq; ē ei ꝙ quedā colūba magna & fetida circa eū celebrante uolaret: q dū catecuminos eiiceret: colūba diſpuit: & poſt miſſam rediēs: in uaſe aque abeodē demerſa: munda & cādida exiuit: & tā alte uolauit: ꝙ uideri nō potuit. Et dū ſup uiſionē ſtuperet: & poſt hec die q̄dā in eccleſia predicaret. Pelagia que aderat: adeo eſt ſubito ꝓpuncta: ꝙ ei ſtatim p̄ nūciū litteras miſit ſupplicans: ut quia xp̄s ſicut ip̄a audierat pro peccatoribus i mūduꝫ ueniſſet: ip̄aꝫ quoq; peccatricē eṕs ad xp̄m redeuntē: benigne ſuſcipet. Sed cum eṕs ſe tentari dubitaret eidem reſpondit: ꝙ eū ſolum uidere non poſſet. Cū aūtē ad eum coram pluribus aduenīſſet: ad pedes eius procidit: & amariſſime flere cepit: dicēs ſe eſſe pelagiā. i. pelagꝰ

iniquitatis exundãs fluctibus peccatorum: que multas aias in abyssum ꝓditiõis demerserat: sed nũc oia perhorrebat. Quã eps clemẽter suscipiens: penitentiã ei salutarem iunxit: & sacro baptismate regenerauit: illã q; esse columbã: quam uiderat: recognouit. Diabolus autẽ in aere uociferabaꝫ: & de nono sene: qui sibi spem suam abstulerat: diris clamoribus ꝙquerebaꝫ. ¶ Quadam nocte pelagiã dormientẽ diabolus excitauit: & eã multis blanditiis adulari cepit: gloriã quoq; & diuitias ipsi collatas cõmemorabat: & si xp̃m uellet relinquere: adhuc maiora promittebat. Illa uero se signans in eũ sufflauit: & demõ statim euanuit. Die uero tertio oẽs seruos suos & ancillas manumisit: & cuncta que hẽbat: paupib⁹ tribuit. ¶ Post aliquot dies cunctis ignorantib⁹ noctu ausugit: & i monte oliueti deuenit: ubi habitum uirilem eremite sumẽs: in pua cella se collocauit: & deo in multa abstinentia seruiuit. Maxime aũt fame ab oibus habebaꝫ: & frater pelagi⁹ dicebatur: uirq; ab oib⁹ putabaꝫ. ¶ Post hec aũt dũ quidã diaconus dicti noni epi hierosolymã loca scã uisitatur⁹ aduenisset: quendam monachũ noie pelagium in mõte oliueti de mãdato epi requisiuit: & ip̃m inueniẽs uisitauit: qui ab ea cognit⁹: ipsam tabefactã minime regnouit. Cui dixit pelagia: ut se orationibus sui epi ꝙmẽdaret: quia uere apostolus xp̃i eẽt. Recedens inde diaconus: cuz die tertio ad cellam redisset: & pulsanti ad hostium nemo sibi rñdisset: fenestrã aperuit & mortuã eã uidit: qui cũ epo nunciasset: & ille ad sci uiri celebrandas exequias cũ clero & populo conuenisset: extrahẽtes corp⁹ eius de cella: quem uirũ putabant: feminam inuenerunt: & deo gr̃as agentes: corp⁹ ei⁹ in eodem monte deuote sepelierunt: dormiuit autem i pace sancta dei. 8. idus octobris circa annum domini. 280.

¶ De sancta margarita dicta pelagius uirgine XXXVII

Margarita dicta pelagi⁹ uirgo speciosissima diues & nobilis apud egyptum: tanta fuit parẽtum solicitudine custodita: & moribus optimis instituta: q; ab oibus uideri modis oibus renuebat. Deniq; cuidã adolescẽti nobili a pentibus in ꝓiugium tradit: & cuncta nuptiis necessaria immẽsa gloria ꝓparant. Cuz aũt die nuptiarũ iuuenes & puelle & nobiles cuncti festa cum gaudio celebrarent. Virgo dñi deo inspirante: ꝓsiderans uirginitatis damnũ: tam damnosis plausibus repari: cepit oia huius uite gaudia: q̃si stercora reputare: ũde nocte illa a uiri ꝓsortio se abstinens: media nocte illo soporato se deo cõmendauit: & tonsis crinibus in uirili habitu clam ausugit. Longe autẽ ad quoddam monasterium ueniens: & fratrem pelagiũ se dicens: ab abbate receptus est: & diligenter instructus. Qui tam sancte ac religiose uite se habuit: q; defuncto sanctimonialiũ ꝓuisore de senioꝝ ꝓsilio & abbatis imperio: licet inuitus monasterio uirginũ est prelat⁹. ¶ Dũ ergo eis non solũ corpoꝝ necessaria sed etiã animaꝝ pabula ministraret: diabolus ei⁹ sanctitati inuidens: ut uite eius innocentiã diffamaret: unam ex uirginibus: que hostiaria erat: in adulteriũ traxit: & urero intumescẽte cũ iam celari nõ posset: pudor & dolor maximus monachos ac uirgines ꝓsternat⁹ est. Soluq; pelagius: utpote eaꝝ familiaris sine ullo examine ab omnibus ꝓdemnaꝫ: & cum ignominia foras pellitur: ac in quodã specu recludit: eiq; monachoꝝ seueriss̃imus deputatur: qui ei panẽ hordeaceũ & aquã tenuissime ministrabat. At ille oia patienter substinebat: & deo gr̃as agens per sanctoꝝ exempla se cõtinue ꝓfortabat. Tandem cuz finem suum adesse cognouisset: monachis per lr̃as mandauit: suum genus: nomẽ: ac ꝓditionem reuelans: dicens q; uir fuerat nõ pro ꝓditiõe mentita: quod inter feminas ostendisset: petens ut quam uiri feminam nescierant: sororres scẽ sepelirent: ut femine uirginem recognoscerent: quam calũniatores uirũ adulteꝝ iudicassent: His auditis monachi & sãcti moniales ad spelunc̃a cõcurrunt: pelagiũ mortuum ꝓspiciunt: feminã & uirginẽ intactam cognoscunt. & penitentiã agẽtes in monasterio uirginum honorifice sepelierunt.

¶ De sancta thaide meretrice. XXXVIII

Thais meretrix apud alexandriaz tãte pulchritudis extitit: ut multi ꝓpter eam uẽditis substantiis suis ad ultimã paupertatẽ deuenirent. Amatores quoq; sui p̃ zelotipis inter se ꝓsertis: puelle liminina frequenter sanguine replebant. Quod audiens pãnutius abbas: sumpto seculari habitu: & solido aureo profect⁹ est ad eam: deditq; ei solidũ q̃si pro mercede peccandi. Cũq; cameram secũ ingressus lectũ ꝓciosum ascendere inuitaret: interrogauit si eẽt secretius cubiculũ: qđ null⁹ ingrederet. Que duxit eum in interiorem cellã: dicẽs q; nemo illũ ibi uidere posset: nisi solus de⁹. Interrogata q; a patre: an sciret eẽ deũ. Rñdit: q; sciebat deũ: & futuꝝ seculum: & tormenta peccatorum. Quam senex iteꝝ interrogauit: si hec esse nosset: cur tot aias hominũ suáq; ꝑderet. Que mox cõpuncta ad pedes eius procidit: & penitentiã postulauit. Cũq; abbas illi locũ ꝓstituisset: ubi ad se uenire deberet: q̃tenus sup eius salute disponeret. Illa colligens omia: que ex peccato lucrata fuerat: in

medio ciuitatis omni populo ſpectãte ꝓbuſſit. Erat aũt precii libraꝝ auri. 400. Quib⁹ icẽſis ad locũ ſibi ab abbate ꝓſtitutũ prexit. Quã ille in cenobio uirginum i ꝓua cella reclusit: & hoſtiũ plũbo ſignauit: puamq; fene ſtrellam reliquit: ꝑ quã ei modic⁹ uictus inferret: iuſſitq; diebus ſingulis paꝝ panis & aque ei a ceteris miniſtrari: mãdans ut etiã urinã ſuam i cella effunderet: quia tali fetore digna eſſet. Et cũ quereret quomodo deũ adorare deberet: ꝓhibuit ne deũ noiaret: ſꝫ tantũ incumbens ꝓtra orientẽ reſpiceret ac diceret. Qui plaſmaſti me miſerearis mei.

¶ Poſt annos aũt. 3. pãnutius ei ꝓpatiens ad abbatẽ antoniũ prexit: ut quereret an ipi de⁹ adhuc peccata ſua thaidi dimiſiſſet. Et narrata cã antonius mãdauit: ut oẽs diſcipuli ſui illa nocte i oratione uigilarẽt: quatenus de⁹ ſuper hoc aliqd eoꝝ cuiq; reuelaret. Nocte uero paulus maior antonii diſcipulus: uidit in celo lectuꝫ ꝓciosis uirgis orditũ: quẽ tres uirgines ſplendide cuſtodiebãt. Cũq; paul⁹ interrogaſſet: an eſſet antonii audiuit ꝙ nõ ſꝫ thaidis meretricis. Quod cum mane rettuliſſet: abbas pãnutius letus diſceſſit: & ꝓfect⁹ ad monaſteriũ hoſtiũ celle deſtruxit. Et cũ illa rogaret ut adhuc maneret incluſa: iuſſit eam egredi: quoniã dimiſerat ei deus peccata ſua. Et cũ illam eduxiſſet dieb⁹. xv. ſupuixit: & in monaſterio uirginum in pace pauſauit: ubi & cũ honore ſepulta fuit.

¶ De ſcã reparata uirgine & mre. XXXIX.

REparata uirgo. xii. ãnoꝝ paſſa ẽ in ciuitate ceſariẽſi ſub decio ceſare. Que nobili genere ipius urbis exorta: cũ ieiuniis & oratiõibus uacaret: a decio detẽta ẽ: ut dñis ſacrificaret. Quod dum facere ꝓtemneret: plũbo liquefacto iuſſu ceſaris ꝓfũditur: ſed plũbo tepefacto i nullo leditur. Deinde acetum ferues i os eius diſtillat. Et dũ hoc patiẽter toleraſſet: lampades ardentes ad latera ipſius apponuntur: & poſt hec in caminum ignis mittit: ſed a xp̃o cuſtodita inde oino illeſa & inuſta producit. Iterumq; coſte ipſius ac pectora faculis ardẽtibus iflãmantur. Et dũ in his omnib⁹ uictoriã obtinuiſſꝫ: & decio ſuadenti ꝓſentire nollet. Iuſſit uirginẽ in craticulã extendi: & prunis ſubter ſtratis diutius torreri. Deinde ſic aſſatã per totã ciuitatem nudam circunduci ad exemplum xp̃ianoꝝ. Sed dũ xp̃m uiua uoce ꝓfiteretur: & xp̃ianos ad tolerantiã hortaretur: reducta ad ceſarem ungulis crudeliter laniatur: deinde teſtulis marmoreis ſupextenditur: & calce uiua aqua ſupinfuſa: ac ſale adhibito eius uulnera ꝓfricant: poſtmodũq; ſinapi acero liquefacto ꝓfundit: ac deiceps ſpinoſis fuſtib⁹ eradicatis duriſſime cedit. Et cũ hec omnia ꝓſtanti animo ſuperaſſet: extra ciuitatem educta: iuſſu decii decollat: caputq; ei⁹ ipſi ut mandauerat pñtatur. In cuius decollatione uiſa ẽ colũba candida de ore eius exire: & in celũ ſubito auolare. Cuius corpus iuxta muꝝ ciuitatis ſepultũ eſt. 8. idus octobris. Indeq; ꝓceſſu tẽporis trãſlatũ quieſcit in ciuitate florentia.

¶ De ſcã benedicta uirgine & mre. XL.

BEnedicta uirgo & mr̃ apud lugdunũ ciuitatem paſſa eſt. Que ſenatorib⁹ romanis in urbe progenita: religione xp̃iana: ſpreto ſeculo cũ. xii. uirginibus dño i pudicit ꝓfiuiebat. Audito uero certamine ſanctoꝝ martyꝝ qntini & alioꝝ: q roma egreſſi in galliis triumpharũt: ipſa de urbe cũ ſodalibus diſcedẽs ad gallias acceſſit: ubi ceteris a ſe ſeperatis ipa cum ſola ſcoberia eius collactanea lugdunũ uenit: & in uilla myriniaco ſup fluuiũ iſarã: iuxta nemus reſedit: ubi dño in ſcitate ſeruiebat. Quã iudex macrobius detentam: dũ ſacrificare nollet: a lapis cedi: deinde uirgis fuſtigari fecit: deinde in equuleo leuari: & diuti⁹ tortam plũbatis ꝓtũdi: atq; depoſitã in carcerẽ trudi mandauit: ubi angelica uiſitatione ꝓſolata: ſua predicatiõe. iſo. gẽtiles ad xp̃m ꝓuertit. Inde quoq; ipſam eductã & i fidei ꝓfeſſione ꝓſtentem: iuſſit iteꝝ iudex neruis cedi: & rurſum carceri mancipari. Sed inde ab angelo ianuis reſeratis educit: & uulnera ei⁹ omnia ſanantur. Multiq; de populo uiſo miraculo ꝓuertuntur. Propter qđ ab ipſo iudice ſimul & carnifice ſecuri tempore excuſſo mactat: ſicq; martyrio coronat. 8. idus octobris. Sepulta i lugduni citatis territorio ubi paſſa fuerat.

¶ De ſanctis dionyſio epiſcopo ruſtico & eleutherio martyribus. XLI.

DIonyſius eps: ruſticus preſbyter & eleutherius diaconus in prouincia galliaꝝ: ciuitate pariſius paſſi ſunt: ſub perſecutiõe domitiani impatoris agẽte feſcenino prefecto. Qui dionyſius natione athenienſis ab ariopago qui uicus erat ceteris excellentior: ubi erãt ſchole nobiles philoſophorũ ariopagita dict⁹ ẽ: q etiã ex philoſopho mũdano: a beato paulo apoſtolo cõuerſus: philoſophus xp̃i eiuſq; diſcipulus effectus ẽ. In eo igit uico morabat dionyſius: q ob plenitudinẽ ſapiẽtie diuinorum numinum theoſophus. i. dei ſapiẽs dicebat: cum quo erat appollophanus eius cõphiloſophus: & multi philoſophoꝝ epicureoꝝ & ſtoicoꝝ & aliaꝝ ꝓfiuꝫ ſectaꝝ. ¶ Cũ ergo i die dñice paſſiõis philoſophi athenien. nõ poſſẽt cãm tenebrarum que ſup uniuerſam terrã facte fuerant naturaliter iuẽire. Nõ eni fuit naturalis ſol

eclipſis: tum quia eclipſis fieri ſolet in reno uatione lune: que tunc erat. 15. & ita in pfecta diſtātia e regione ad ſolē: tū qa eclipſis nō aufert lumen uniuerſis ptibus terre: tum qa p tres horas durare nō pōt. Dionyſi⁹ maximus philoſoph⁹ hoc miraculum uidens: nec hui⁹ cām inueniens: hoc ptulit uerbum: q aut de⁹ nature patiebatur: & ei elemēta cō patiebanť: aut totus ordo nature puerteba/tur. Et tūc atheniēſes aram illi deo: qui hoc oſtenderat miraculū: ꝓſtituerunt: & ſuppoſuerunt titulum ignoto deo. Singulis enim aris titulus ſupponebať: ut indicarēt: cui eſſent dedicate. ¶ Cū ergo paulus ueniſſet athenas: & cū epicureis & ſtoicis diſputaret: ſingulaq; deoꝝ altaria pluſtrās: inter cetera ignoti dei altare uidiſſet: declarauit eis hūc eē deū: quē predicabat: q celum & terrā fecerat. Cum aūt inter alios philoſophos dionyſi⁹: qui ceteris in diuinis doctior erat: dudū cū paulo diſſeruiſſet: caſu cecus illac trā ſibat: Cui dionyſius dixit: ut ſi ceco illi i nomie dei ſui p̄ciperet: ut uideret: & ille lumē reciperet: ſtatiq; crederet. Sed ut oīs ſuſpitio tolleret: paulus ait dionyſio: ut ipſemet uerba ꝓferret. Quod cum ille feciſſet: ꝓtinus cecus uiſum recepit. Statimq; dionyſius credidit: & cū damari uxore ſua & oī familia baptizatus eſt. Sicq; a paulo per triennium inſtructus eps athenis ordinatus eſt: ubi predicationi inſiſtens: tam ciuitatē q̄ maximam partē regionis ad fidem xp̄i perduxit. Huic paulus ea: que ad tertium celū raptus uiderat: reuelaſſe creditur: ſicut & ipſe dionyſi⁹ in pleriſq; libroꝝ ſuoꝝ inſinuare uideť: unde & de hierarchiis angeloꝝ: & ordinib⁹: diſpoſitionib⁹: & officiis: tam luculenter & clare diſſeruit: ut nō putares hoc ip̄m ab alio didiciſſe: ſed ip̄m potius in tertiū celum raptū: hec omnia ꝓſpexiſſe. Prophetico etiā ſpiritu claruit: & dormitioni btē marie interfuit: p ut ipſe in libro de diuinis nomibus aſſerit. ¶ Cum ergo audiſſet petꝝ & paulum rome a nerone in carcerib⁹ detineri: ep̄m ſibi ſubſtituit: & ad eos uiſitādos acceſſit: eoꝝq; paſſionibus p̄ſens fuit. Veꝝ poſt aliquod tēpus a btō clemente petri ſucceſſore in franciam deſtinať: & ipſi ruſticus p̄ſbr̄ & eleutherius diaconus ſocianť. Sci quoq; ſaturnin⁹ & marcellinus epi: & lucianus p̄ſbyter comites adiungūtur. Qui oēs uenientes arelatū: uerbū dñi p̄dicare ceperunt. Tūc dionyſius auctoritate ſūmi pontificis fretus: marcellinum i hiſpaniā: ſaturninū aquitaniā: & lucianū ad beluacenſem pagū direxit. Ipſe uero cū ſibi adiunctis ruſtico & eleutherio pariſius uenit: & multos ibidē ꝓuertit: & eccleſias erexit: ac clericos diuerſoꝝ ordinū cōſecrauit. Et cū temploꝝ pōtifices ſepius ꝓtra eū ſeditionem excitarent: & popul⁹ armatus ad eū ꝓcurreret: diuina gr̄a: aut depoſita feritate: ad eius pedes ꝓcidebant: aut exterriti fugiebant. ¶ Cū aūt domitiani impatoris precepto ſecūda perſecutio i xp̄ianos excitata eēt prefect⁹ ſeſceninus ꝓtra xp̄ianos ab urbe in galliā direct⁹: pariſius ueniēs: beatū dionyſium p̄dicantē captum colaphizatum ꝓſputum & loris cū ſociis alligatum ſibi p̄ntari fecit. Dum aūt ſci coram illo in ꝓfeſſiōe dñi ꝓſtantes aſtarent: ecce quedā matrona nobilis uenit: & uiꝝ ſuum ✠ lubiū ab his magis turpiter deceptū aſſeruit. Pro eius itaq; uiro mittiť: & in dei ꝓfeſſione martyrizať. Sci uero a. 12. militibus uiciſſim ſibi ſuccedentibus flagellanť: deinde catenis grauib⁹ uincti carceri mancipantur. ¶ Sequēti uero die dionyſius ſup cratē ferreā flāmis ſuppoſitis nud⁹ extendiť: indeq; erect⁹ ad beſtias ferociſſimas ieiunio excitatas exponiť. Que cuꝫ ad eū accurrerent: ſignū crucis oppoſuit: & manſuetiſſimas eas fecit. Deinde in clibanū mittitur: ſed extincto igne nil ledit: cruci affigitur: & diutius ibidē torqueť: inde depoſitus: cū ſociis & multis aliis fidelibus in carcere recludiť: ubi dū ſanct⁹ miſſam celebraret: & populum fidelē cōicaret: dn̄s ieſus cū angeloꝝ multitudine: & īmenſo lumine eidē appuit: & panē ſacꝝ ei obtulit: atq; ad martyrium ꝓfirmauit. ¶ Poſt hec ſci iudici preſentātur: & nouis ſuppliciis cruciant. Et cū oīa tormēta ſupaſſent: iuſſu p̄fecti ante idolum mercurii extra ciuitatē ducūť: & ibidē in ꝓfeſſione trinitatis trium capita ſecurib⁹ precidunť. Statimq; corpus ſci dionyſii ſe erexit: & caput ſuū intus brachia angelo duce & celeſti p̄cedente lumine p duo miliaria deportauit: a loco ſcilicꝫ qui dr̄ mons martyꝝ uſq; ubi nunc dei ꝓuidentia requieſcit. Multi uero circūaſtantes angeloꝝ melodiā ꝓcinentē auditerunt: inter quos ✠ largitia uxor p̄fati lubii xp̄ianā ſe eē clamauit: & mox ab impiis decollata in ſuo ſanguine baptizata occubuit. Dum infideles iuſſiſſent: ut ruſtici & eleutherii corpora in ſequana fluuio mergerenť: ne a xp̄ianis ſepelirenť. Matrona quedā nobilis nomie catulla: licet adhuc pagana: tamē iā ꝓpter uiſa miracula ad xp̄ꝫ mēte ꝓuerſa: uectores ad prandiū inuitauit: & illis epulātibus ſcōꝝ corpora furtim ſurripi fecit: & in ſuo p̄dio occulte ſepeliuit: q̄ poſtmodū p̄ſecutione ceſſante inde ſubſtulit: & corpori dionyſii ſociauit: ac fidē xp̄i p cepit. Paſſi ſunt aūt. 7. id⁹ octob. circa annū dñi. 96. etatis uero beati dionyſii. 90. ¶ Die uero paſſionis ipſoꝝ cū apud arelatū ſāct⁹ regulus eps miſſaꝝ ſolēnia celebraret: apoſtoloꝝ noibus in canone recitatis adiunxit: & btōꝝ mr̄m dionyſii ruſtici & eleutherii.

Quod dicto eu3 adhuc eos uiuere putaret: mirari cepit quomodo eo⁹ noia sic ignoranter i canone recitasset. Et ecce tres columbe eidem i altari apparuerũt: habentes scõrum martyrum nomia suis pectoribus sanguine descripta. Qui dié notans: inuenit eos tunc per passionem a corpore migrauisse. ¶ Beatus autem dionysius doctor ecclesie mirabilis & insignis: scripsit librũ de angelica hierarchia. Itẽ de diuinis noibus. Item de mystica theologia: & alia forte plurima que nostris tẽporibus inueniri non possunt.

¶ De scõ donino martyre. XLII.

DOninus martyr passus est i territorio ciuitatis chrysopolis .s. parmẽsis sub maximiano ipatore. Qui cũ esset primus cubicularius eiusdẽ augusti: coronam eius ꝓuabat: & de ipsius manib⁹ maximian⁹ aureolam impialẽ accipiebat. Anno igit .6. impii sui: cum roma mediolanũ uenisset: dedit ꝓtra xp̃anos edictũ mortis. Inde ueniens i partib⁹ germanie: xp̃ianos quosdã ibi iuentos decollari mãdauit. Tunc erãt ibidẽ fideles quidam occulti circiter quingenti. Inter quos scũs dominus potissimus erat: qui ceteros confortabat. Et dũ impator ad urbẽ romam uenisset prefati oẽs eum secuti: eidem occurrerunt: seq; xp̃ianos ꝓstantissime ꝓfessi sunt. Quos omnes impator decollari mandauit. Et quibusdam ex ipsis occisis aliquot fugerunt: una cum scõ donino: quidam ꝑ uiam flaminiam: quidã per uiam aureliam: q dam uero per uiã claudiam. Donin⁹ autem uia claudia perrexit. Et dum uenisset .xv. miliario ab urbe chrysopoli: nũcii maximiani eum apprehẽsum: in media uia publica que claudia dicit: iuxta sistrionem fluuiũ decollauerunt: cuius corpus trũcum manibus ꝑ priis caput de terra leuauit: & ipsu3 deferẽs flumẽ super undas transiuit: atq; per iactum lapidis deportauit: usq; ad locum in quo qeuit: ubi & sepultus est miraculis clarens. Inter que omẽs eũ inuocantes: & de calice ipi⁹ potantes liberat a morsu rabidi canis. Qui passus est .vii. idus octobris.

¶ De sancto cerbonio epo. XLIII

CErbonius episcopus populonie claruit tempore beati gregorii pape. Qui dum hospitalitati eẽt intentus: die quadam transeũtes hospitio suscepit. Quos gothis superuenientib⁹ abscondit: eorumq; uitam ab illorum nequitia reseruauit. Quod dum totille gothorum regi perfido nunciatũ eẽt. Iratus crudelitate iussit episcopu3 teneri: & in loco qui merulis dicitur .8. ab urbe miliario ubi cum exercitu suo residebat sibi presentari: eum ꝑ in spectaculo populi ursis ad deuorandum ꝓici. Tunc in cõspectu regis episcopus ad medium deductus est: atq; ad eius mortem ursus imanissimus exquisitus: qui ex cauea dimissus: accensus & concitus episcopu3 petiit: sed subito sue feritatis oblitus: capite humiliter submisso lãbere episcopi pedes cepit: populusq; qui ad spectaculum uenerat mortis: magno clamore uersus est in admirationẽ ueneratiõnis. Ad cuius reuerentiam etiam rex ipe promotus est. Ipm q; honoratu3 ualde dimisit: & eius se orationibus cõmendauit. ¶ Hic etiam in ecclesia sua: cui preerat: populonie sepulchrum sibi ꝓuit. Sed cum longobardo⁹ gens in italiã ueniens cuncta uastasset ad helbam insulam recessit. Qui irruente egritudine ad mortem ueniens: clericis suis precepit: ut corpus ei⁹ in sepulchro qđ sibi populonie preparauerat ponerent. Cui cum illi responderent: ꝙ illuc ipsum reducere minime possent: eo ꝙ longobardos ipsum locum detinentes uel illac discursantes timerent: hortat⁹ est eos: ut secure ipsum illuc deportarent: & festine sepelire curarent: moxq; ex eodem loco sine ulla mora discederent. ¶ Defuncti igitur corpus in naui posuerunt. Cumq; populo iam tenderent: & immensa nimis pluuia erupisset: per totum illud maris spatium: qđ ab helba insula usq; populioniam duodeci3 milibus distat: circa utraq; nauis latera procelloſa ualde pluuia cecidit: sed in naui eadem: nec minima imbris gutta descendit. Perueniente sq; ad locum: corpus sepulture tradiderunt: & episcopi precepta seruantes: ad nauem sub festinatione redierunt. Quam mox ut intrarunt: in eodem loco dux crudelissimus lógobardorum gũmarith aduenit. Ex cuius aduentu cerbonium habuisse spiritu3 prophetie claruit: qui illos sepulto corpore inde discedere sub festinatione precepit. Quieuit autem uir sanct⁹ in domino .6. idus octobris. Hec gregori⁹ tertio dialogorum capitulo undecimo.

¶ De scõ paulino episcopo. XLIIII.

PAulinus episcopus eboracen. claruit apud idem oppidum tẽpore beati gregorii pape. Cum enim idem sanctus doctor augustinum episcopum ad ꝑdicandũ anglorum genti destinasset: ut dictum est supra in gestis ipsius augustini episcopi .7. calen. iunii. Idem beatus augustin⁹ iustum epm genti nordannialorum consecrauit .i. ei natiõi anglorum: que ad aquilonem umbri fluminis habitabat. Qui iustus uerbũ fidei predicando: eandem gentem cum rege suo eduino ꝙuertit. Hic etiã iustus paulinũ epm ordinauit: & ipm ad eboracensem ciuitatem in fide cõfirmandam delegauit. Qui fructũ

plurimum predicationis in eadem ciuitate p fecit:& clarus ſanctitate in pace quieuit.6. idus octobris.

¶De ſancto geraldo ꝓfeſ. XLV

GEraldus ꝓfeſſor apud aurelianū claruit.Hic uir illuſtris lemouicenſi territorio aureliaco pago natus eſt patre geraldo matre adaltrude de nobiliſſimis atq; ditiſſimis.Qui dum inſimul caſte uiuerent:nocte quadam diuinitus in ſomnis admonent: ut debitum matrimoniale ſoluant: ut prolē mirificam procreare ualeant: quē geraldū nominare debeant.Excitat⁹ igitur pater: debitoq; ſoluto:iteruꝫ obdormiuit:uiditq; expollice pedis eius dextri ungulam naſcentē que in arborem magnam ſuccreſcens: palis & pticis protegebaſ:nec tamen in pede pondus aliquod ſentire uidebaſ. Cumq; mater filium adhuc geſtaret in utero: & die quadā cum uiro eēt in thalamo:trinam uocem audiuit infantuli uagiētis:& quaſi iam nati uocem emittentis. Natus igitur puer & ablactatus:annis puerilibus deo deditus:litteriſq; diuinis mirabiliter breui tempore ultra coetaneos eſt imbutus.Iuueniſq; effect⁹:armis:utpote miles nobilis exercitatus: cunctos in acie ſuperabat. Defunctis autem parentibus:ex facultatibus ſuis egenis largiflue miniſtrabat.Quem diabolus ſemel uiſione puelle pulcherrime ei⁹ uaſalli filie graui tentatione pulſauit: ita ut ille nūcium ad patrem mitteret:q; nocte ſequenti ad eam accedere uellet.Peccatum tamen timens orationem premiſit: & ſic ad domum puelle acceſſit:& a patre ſuſceptus fuit. Cum autem tentationem grauem ſentiret: & ad ignem ſederet:puella ſibi ultra modum deformis uiſa eſt:ut iam:quam uiderat: eſſe non putaret:niſi pater ei⁹ illam eſſe penitus affirmaſſet.Sicq; tentatione ſuperata ſine crimine rediit: & patrem cum omni familia libertati donauit:atq; puellā nuptui tradidit.¶Officium autem diuinum ac ſi clericus continue dicebat: & miſſam quotidie audiebat. Cum autem die quadam agendis curie intētus:miſſā audire non poſſet:loco miſſe pſalterium totum legit. Et extunc in conſuetudinem duxit:ut quotidie totum pſalterium decantaret.¶Demum relicto ſeculo monaſterium in proprio ſolo in aureliaco cōſtruxit: quod de ſuis facultatib⁹ large dotauit. In quo ſe monachum fecit:& multa uite ſanctitate & abſtinentia claruit:pollēſq; uirtutib⁹:feliciter ad chriſtum migrauit.6.idus octobr̄. Sepultuſq; eſt in ipſo monaſterio miraculis clar⁹.

¶De ſanctis caſſio & florētio & ſociis martyrib⁹. XLVI

CAſſius & florentius martyres cū ſociis.7.paſſi ſunt ſub maximiano impatore apud beronā urbē galliarū circa rhenum fluuium Cum enī idem impator de mauritania aphrice & de finitimis regionibus ꝓpter gallo⁹ frequētes tumultus militū multitudinem deuocaſſet. Inter alios elegit milites.360.ad ſui cuſtodiā deputatos: quos una ſecū cum ſacra legione thebeo⁹ in galliā adduxit.Poſtq; aūt legionē predictam occidit xp̄m dn̄m ꝓfitentes: ꝑfati milites. cccIx. xp̄ianiſſimi ab eodem impatore diſcedentes per diuerſa loca fugerunt: quorum p̄cipui erant caſſius:florentius:geron: maloſus: & uictor. Qui una cum eorum ſociis.355. trino martyrio ternis in locis coronati: una & eadem die ab eccleſia recoluntur:cum tamē diuerſis diebus paſſi fuerint: ut ſcribit hellinand⁹.Nā cū de mandato impatoris maximiani milites eius gentiles prefatos xp̄ianos inſequentes:hinc inde eos requirerēt: caſſiū & florentium cum aliis ſeptē apud beronam urbem circa rhenum fluuium inuenerunt: quos ibidem in xp̄i ꝓfeſſione decollauerūt: quorum paſſio agitur.6.id⁹ octobris.

¶De ſanctis gerone & ſociis mr̄ib⁹.XLVII

GEron martyr cū ſociis.318.apud coloniam agrippinam paſſi ſunt Cum enim perſecutores ab imperatore maximiāo deſtinati ad predictos milites.360. occidendos:Caſſium & florentium cum aliis ſeptem interfeciſſent:ut ſupra dictum eſt.Geronem militē cū comitiua.318.militum i campis colonie inuenerunt.Quos oēs xp̄m dn̄m ꝓfitētes gladiis trucidarunt.Quoꝝ feſtum colit 6.idus octobris.

¶De ſanctis maloſo & uictore &ſociis martyribus. XLVIII

MAloſus & uictor martyres cum ſociis triginta apud oppidū francorum:quod troia ſiue xāthum dicitur paſſi ſunt.Cum perſecutores prefati poſt interfectionem predictoꝝ martyꝝ:uidelicet caſſii & florentii & ſocioꝝ & geronis atq; alioꝝ p̄dictoꝝ p ceſſiſſent ad reliquos reqrēdos de mandato impatoris maximiani maloſum & uictorem cū aliis triginta: qui de numero predictorū 360.militum ſupererāt:iuxta dictū oppidū xanthum inuētos:gladiis cederunt: & eorū corpa i locis paluſtrib⁹ ſubmerſerūt: quoꝝ tñ reliquie a xp̄ianis reperte:ꝓdigno honore ſepulte ſunt.Et in eoꝝ poſtmodū honorē Helena ꝓſtantini mater baſilicā ſuper eorū corpora miro decore & ſine ullo ligno conſtruxit: ubi & per eorum merita eurogyal⁹ colonienſis eꝑus dolore capitis ſanatus eſt.

Sed cum corpus malosi mris longo tẽpore ubinã sepultũ fuerit latuisset. Scõ epo dicti loci diuina reuelatiõe mõstratuz ẽ. Qui corpus de loco substulit: imensi odoris refragrãs suauitate: & ipm iuxta socioz cadauera collocauit. Hoz etiã dies passionis similiter celebratur. vi. idus octobris.

¶ De scõ pinyto episcopo. XLIX

PInytus epus gnosie urbis cretensis: marci antonii ipatoris tẽporibus apud ipam claruit ciuitatem. Qui inter uiros aplicos nobilissimus i scripturis suis uelut in quodã speculo uiuẽtem sui dereliqt imagine. Quiq; inter cetera sapiẽtie sue opuscula ad dionysium corint hioz epm elegantem scripsit epistolã: i qua docet non semp lacte nutriendos populos: ne quasi puuli ab ultimo occupẽtur die: sed & solido debere pasci cibo: ut in spiritualẽ pficiãt senectutem. Qui & in xpo plen' scitate qeuit. vi. id' octobris. Hec hieróym' libro d uiris illustrib'.

¶ De scõ pierio presbytero. L

PIerius alexãdrine eccleie põby-ter isignis floruit tpe diocletiani ipatoris. Qui tã florẽtis fmonis uenustate populos docuit tãtaq; diuersoz tractatuũ elegantia fulsit: ut origẽes iunior uocaret. Tractatum longissimũ sup osee pphetiã descripsit. Et apud alexãdriã in pace quieuit. vi. idus octobris. Hec hieronymus ubi supra.

¶ De sanctis tharaco presbytero & androni co martyribus. LI.

THaracus probus & andronicus mares apud tarsum metropoliz cilicie tẽporib' diocletiãi & maximiani passi sũt sub preside maximo. Quoz primus natione romanus: & miles annoz. lxv. militie terrestri pro xpo renũciauit. Scds de sede pamphilie exortus. Terti' uero iunior de primis ephesioz ciuitatis. Qui insimul sociati: accusati sũt maxio põsidi a domero centurioe: q eẽnt xpiani: & ab eodẽ iudice tenti sunt. Qui prio quidem tharacũ ut seniorẽ i xpi professione inuictũ manentẽ: i maxillis cesum: nudatuz uirgis flagellari fecit. Deide uinculis ferreis in carcerẽ alligari: postea probũ i simili cõfessione manentẽ i dorso & uẽtre neruis crudis diutius cesum: eisdẽ uinculis uinctũ carceri mãcipauit. Ac postmodũ ãdronicũ xpi nois pfessione gaudẽtẽ: ut adolescẽtulũ diu suasum: i equuleo appẽsum & cesum: ac ore ptusum & laterib' punctũ: necnõ plagis cũ testaz fragminib' pfricatũ: ferreis catenis ligatũ i ergastulo clausit. ¶ Deinde eos in susia ciuitate productos: idẽ preses sibi põtari fecit: Et primo tharacuz sacrificare nolentẽ ore ipsius lapidibus pfracto & dentibus excussis: manus ei' in ignem mitti iussit: dehic ligari pedib': capiteq; deorsum suspendi & fumũ atrum subterponi: atq; acetũ cum sale eiusdem aurib' istillari: nares quoq; sinapi aceto liquefacto pfundi: & sic i custodiã tradi. Sequẽti die probum eductũ iussit os eius pfrigi: & ferrũ ignitũ labiis apponi: atq; extensum neruis crudis diutissime cedi: facieq; tota lapidib' ptusa in custodiam recipi. Tertio uero die andronicum pductũ i palis. 4. extensum alligari: & neruis durissimis i scapulis & uentre flagellari: eoq; plagas eius priores curatas fuisse mirabat. Sicq; illum i eadem custodia recludi fecit. ¶ Demum eosdem ad achabor ciuitatem attraxit: ubi primum põtus preses tharacuz uinctũ in faciẽ cedi iussit: & obeliscos accẽsos labiis & maxillis applicari: aures quoq; nouacula precidi: & raso capite prunas superponi. Deinde obeliscos icensos sub asellis imitti: & sic in carcerem uinculari. Probũ uero uinctuz pedibus sursum appẽdi mãdauit: & candentes obeliscos laterib' apponi: atq; clauos ignitos manib' eius infigi: deinde oculos ei' acubus pungi: & sic in carcerẽ ppedituz mitti. Andronicũ autẽ ligatum papyris i flãmatis circa uentrẽ exuri precepit: & obeliscos icensos circa digitos ei' apponi: ferrũ quoq; ignitũ in os eius mitti: & dentes eius excuti: molisq; pfractis linguã ipsi' abscidi & pburi: & sic in carcerẽ alligari. ¶ Post dies autẽ aliquot eos preses ipius produci fecit: & respiciens illos sanos iratus uehementer: bestiis ferocissimis i harenã exposuit. Que pluribus gẽtilib' extinctis scõz pedes ligebãt. Leena quidẽ tharacũ: leopardus probũ: ursus autẽ obsequebatur andronicũ. Nouissime cũ omnia superassent. Iussu presidis decollati sunt: adhibiti quoq; sunt q̃ttuor custodes: ne corpora scõz sepelirentur: sed i ignẽ missa psumerẽtur. Orta autẽ ualida tempestate & fulminib' custodes territi fugerũt: & flãme extincte sunt: & sic corpora icõbusta remanserunt. Sup quoz singula xpiani nocte uiderunt stellã fulgentẽ: eaq; tollẽtes honorifice apud tarsum cilicie sepelierunt. v. idus octobris.

¶ De scõ eustathio abbate. LII.

EVstathius abbas luxouiensis fuit. Qui a beato colũbano ab italia ad dictum monasterium gubernandum paterno affectu directus: equo iure subditas mõachoruz cateruas rexit: adeo ut nullus se beatum columbanum perdidisse gemeret. Qui hui' doctrinis ibutus fuisset. Qui & p' laudabilẽ uitam uirtutib' pollens: qeuit i xpo v. id' octobris: luxouii sepultus.

¶De sancto eustathio epo. LIII

EVstathius eps antiochen⁹ claruit apud ipsam ciuitatē tempore cō stātii impatoris. Hic genere pan phīlus tam ope q̄ sermone fidei pugil egregi⁹ aduersus arrianū dogma plurima ꝓscripsit. Extant etiā ipsius sapientie p̄clare duo uolumia de aia. Itē tra ctatus aduersus origenē. Itē epistole multe quas enumerare difficile ē. Qui ꝓpter fidei catholice defensionē: quā cōtra arrianoꝝ se ctam susceperat: a ꝓstantio impatore traiano polim in exilium missus uite terminū dedit.

¶De sanctis q̄ttuor milib⁹ nongētis septua gintasex martyribus. LIIII

TRyphonia regina uxor quōdam decii cesaris fuit. Que post passionem martyrum hippolyti & sociorum hoc modo cōuersa ē. Cū enim decius cesar & ualerianus prefectus sanctos martyres ireneum & abūdium necari i cloacā fecissent: de quibus supra in eorum passiōe dictum est. 7. calēdas septembris: & elapsis diebus triginta septē ambo in carruca consedentes ad amphitheatrum descenderent: ut ibi sanctos martyrizari facerent: uterq; eorum a demonio arrept⁹ clamare cepit: ꝙ eum sancti martyres laurentius & hippolytus cruciarent: & post diras uoces ualerianus ibidem expirauit. Decius autem ad palatium reduct⁹: per triduū a diabolo uexabatur. Tunc eius nomine tryphonia omnes sanctos in carceribus detentos dimisit. Finito uero triduo deci⁹ clamās se a laurentio torqueri: miserabiliter uitam finiuit. Quod uidēs tryphonia cum filia ei⁹ cyrilla puella uirgine conuersa est: & ad iustinum presbyterum uenerūt baptismi gratiam postulantes: qui indixit eis ieiunium septem dierum: & eas postmodum sacri fōtis unda perfudit. Quibus ad domum suam reuersis: tryphonia die sequenti orans ad dominum cum lachrymis emisit spiritum: cuius corpus iustinus presbyter iuxta corpora hippolyti & sociorum sepeliuit. 15. calen. nouembris.

¶ De scō asclepiade epō & mare. LXXXII

ASclepiades epūs antiochenus & martyr apud eandem ciuitatem passus ē: qui un⁹ fuit ex ꝑclaro cōfessoꝝ numero: qui sub decio cesare passi sunt. Hic enim pro confessione nominis xp̄iani capite truncatus martyrio coronatus est. 15. calen. nouēbris: ut dicit ado.

¶ De sanctis ptolemeo & lucio martyribus LXXXIII

PTolemeus & lucius cum quodam tertio martyres tēpore antonini pii augusti passi sunt apd alexandriam ciuitatē. Qui ptolemeus a quodam centurione detent⁹: eo ꝙ se christianum diceret: dudūq; carcerali custodia maceratus ab eodem iudici urbicio traditus est: a quo interrogat⁹ dum se xp̄m colere uera uoce profiteretur: capitali sentētie damnat⁹. Dūq; lucius: qui xp̄ian⁹ erat occultus: iudicem de tāta impietate argueret: eo ꝙ nullius reum criminis innocēter damnasset: interrogatus quoq; ab eodem se xp̄ianum fore similiter assereret: simili ultiōe puniendus adiudicat⁹. Sed & quidā tertius pari usus libertate: pari quoq; dānatione ꝑdēnatur. Qui oēs simul decollati martyrio coronati sunt. 14. calē. nouēbris.

¶ De scō ethbino ꝓfessore. LXXXIIII

ETbinus in hibernia claruit tpe mauricii impatoris. Hic i britānia natus: in domo paterna usq; ad annū. 15. liberalibus disciplinis instructus est. Mortuo uero ei⁹ patre ab ipsi⁹ genitrice scō sampsoni dolenti epō oblatus ab eodem clericus fact⁹ ē Mater q; ipsius sacro uelamie ꝓfecrata: qui postq̄ predicto epō annis aliquot adhesit: ut artiori se uite traderet: ad sanctū similianum abbatem accessit: a quo in monasterio quod tauracū dr̄: monasticū habitū suscepit: q etiā ad diaconatū ꝓmotus scō uignaloco sacerdoti: & eiusdē loci monacho sociatur. ¶ Cū aūt cū ꝑdicto scō quadā uice itineraret: & leprosum aspectu horribilē inuenissent: ethbin⁹ iacentē cepit brachiis substētare: dūq; ille dolore narium torqueri se diceret: & nullu3 sibi adesse remediū: nisi oris anhelitum exprimeret: uigna loc⁹ ꝓpatiens nasu3 horridū & ulcerosum in ore suscepit: quem ethbinus per latera substinuit: respiciensq; sursum: uidit crucem auream angelosq; pauperi obuiantes. Tunc leprosus uiros dñi ꝓfortans: seq; xp̄m esse protestans in nube raptus nunq̄ cōparuit. Illi uero domini gr̄as agentes alter alterius meritis uicissim uisionem ascribebant. ¶ Dū igit̄ franci britanniā deuastassent: ethbin⁹ hiberniam petēs in silua nectensi tugurium & ecclesiā

paruam fabricauit: in qua deo assidue seruire cepit miraculis etiam clarens claudum unum erexit. Mulier quedam ad eum ueniés pro salute filii sui paralytici: longeq; posita supplicauit: dicens q̄ beata uirgo brigida illam ad ethbinum misisset: ut eius filium liberaret. Qui suis orationibus filio mulieris illius salutem impetrauit. In ipso autem loco pane solum & aqua bis in hebdomada se refecit & annos .83. i pace quieuit. xiiii. cal. nouembris.

¶ De scō maximo mr̄e & leuita. LXXXV

MAximus martyr & leuita uir sanctus tempore decii cesaris apud ambianensem prouinciā passus est. Qui cum esset plebei⁹ patien di desiderio inquirentibus se p̄secutoribus palam ostendit. Et a p̄side comprehensus post responsionum eius constantiam dum christum confiteretur: in equuleo suspensus ac diutius tortus est. Cui dum p̄ses cesariam eius filiam nimis speciosam in uxorem promitteret: si diis sacrificare cōsentiret: & ille se mariam uirginem dei genitricem habere sponsam assereret: ac omnino sacrificare renueret: fustibus diutissime ceditur: deinde ad carcerē duci iubetur. Qui dū duceretur emisit spiritum. xiii. calendas nouembris.

¶ De sanctis caprasio prio & feliciano martyribus. LXXXVI.

CAprasius martyr cum primo & feliciano fratrib⁹ passus est i galliis ciuitate agenēsi sub daciano p̄side. Cum eni caprasius xp̄ianus occultus timore p̄sidis p̄pter rabiem p̄secutionis declinās iuxta urbem in rupis spelunca lateret: audiens qualiter beata uirgo fides pro xp̄o agonizasset: de qua supra in eius passione dictum est pridie noñ. octobris animatus ad tolerantiam passionis orauit ad dñm: ut si eum dignum gloria martyrii iudicaret: ex lapide spelunce aqua limpidissima emanaret. Quod p̄stāte domino statim obtinuit. Super hec uidit per spiritum columbam niueam de celo descendentem: & coronam auro gemmisq; fulgentem super caput fidei uirginis imponentem: que uestibus fulgidis erat ornata: & angelis comitata. Ipsa uero columba alarum uolitatu & rore celesti: ignem: in quo uirgo iniecta erat: extinxit: & ad celos subito aduolauit. Cum autem hec omnia caprasius conspexisset: sponte ad certamē cucurrit: & christianum se coram daciano cōfessus fuit. Quē ille detentum ungulis laniari fecit. Ita ut primus & felicianus fratres eius exemplo patiētie conuerterentur: & se christum colere faterentur. Quos omnes insimul uinctos: preses capite cedi mandauit. Quorum corpora in eodem tumulo in agenensi ciuitate a xp̄ianis sepulta sunt. xiii. cal. nouembris.

¶ De sanctis undecim milibus uirginibus LXXXVII.

VNdecim milia uirgines cū sociis earum apud colonias passe sunt sub hunorum principe iuliano. Quarum omnium principalior auctrix & signifera fuit beata ursula. Hec filia unica regis scotie xp̄ianissimi nomine mauri sapientia mirabili & pulchritudine insigni pollebat. Quam rex anglie nimis prepotens missis solennibus nunciis: filio suo in coniugium: multis promissionibus & blanditiis postulauit: addiiciens minas: si ad eum legati uacui reuerterentur. Pater autem uirginis cum iram regis anglie formidaret: quid ageret anxiabatur: nec eni uolebat deum offendere filiam suam homini gentili tradendo: nec uirginis sacrum propositum impedire: eius pudicitiam: quam deo uouerat perturbando. ¶ Virgo autem domini diuina reuelatione premonita patri suasit: ut predicto regi assensum preberet: ea tamen conditione: ut iuuenis baptizaret: & per triennium in fide instrueretur: & q̄ sibi a patre iuuenis & a suo. x. uirgines electe & speciose in socias darentur: & tam sibi q̄ illis: mille uirgines subscriberentur: & naues xi. munite ad opus earum fabricarentur: q̄tenus dicto triennio per mare ludendo discurrerent: & uirginitatem suam domino dedicarent. Hoc autem uirgo popposcit: ut interim coeuas suas christo uirgines consecraret: & sponsum ac patriam ad fidem adduceret. Quod parentes & iuuenis fieri consenserunt: ipsoq; continuo baptizato naues fabricari preceperunt. Omnia igitur festinantius parantur: uirgineq; de diuersis mundi partibus congregantur: & omnes ursule presentantur: pater autem eis honorabilem comitatum multorum episcoporum & baronum anglie & scotie tradidit: & necessariorum copiam ministrauit. Multi quoq; ad tam grande spectaculum de diuersis urbibus conuenerunt. Inter quos fuit ✠ panthulus basileñ. episcopus: qui eas usq; romam perduxit & inde reuersus cum eis martyrium suscepit. Sancta quoq; ✠ gerasma regina sicilie: que uirum suum conuerterat soror macririi episcopi & darie matris sancte ursule: cum quatuor filiabus suis scilicet ✠ babila iulia uictoria: & aurea: & paruulo suo hadriano: cum hoc per litteras patris ursule cognouisset: relicto q; regno in manu alterius filii: per mare in angliam nauigauit. Cuius consilio & etiā industria tam naues quam omens uirgines regebantur: & sic

in nouam christi militiam ab omnibus coniuratur iuxta condictum igitur triēnio per mare discurrunt: & omni ludorum genere se exercitantes: modo belli preludia incohant: modo fugam simulant: modo aliud fingunt: quod animo occurrebat. ¶ Tandem postq̄ ursula ad fidem & pudicitiam oēs xp̄i uirgines conuertisset: sub uni⁹ diei spatio flante prospero uento ad portum gallie: q̄ ceila dicitur applicantes: inde coloniam sunt delate: ubi angelus domini ursule apparuit: & predixit eas illuc integro numero reuersuras: & coronas martyrii percepturas. Ad cuius admonitionem inde uenerunt basileā: ubi relictis nauibus pedestres uenerunt romam. Quas papa ✝ cyriacus gaudenter suscepit: quia de terra earū erat: & multas ibi consanguineas habebat: plurimasq̄ ex ipsis nondum baptizatas sacro fonte perfudit: q̄ diuinam reuelationem in somnis accepit: ut cum ipsis relicto pontificatu discederet: & coronam martyrii cum eis acciperet. Et cū anno uno & mensibus duobus & diebus uiginti ecclesiam rexisset: inuitis cardinalibus & clero romano papatui resignauit: & cum ✝uincentio presbytero cardinale & multis aliis uirginum se collegio sociauit. Et quia inuitis omnibus pontificatum reliquit: nomen eius de catalogo pontificum clerus abrasit. ¶ Videntes autem duo iniqui principes romane milicie: scilicet maximianus & aphricanus: q̄ per sacras uirgines multi ad eas undiq̄ concurrentes ad christum cōuertebantur: explorata earum uia: miserūt per litteras ad iulianum cognatum suum ducē gentis hunorum: ut apud coloniam contra eas exercitum duceret: ubi uirgines cum sociis trucidaret. Secuti sunt autē eas una cū summo pontifice predicto ✝ iacob⁹ episcop⁹ antiochenus: qui de britannia patria sua ueniens septem annis ibidem sedē tenuerat: & romanam curiam uisitare uenerat. ✝ Maritirius quoq̄ leuitan⁹ eps auunculus babile & iuliane. & ✝ follarius eps lucensis cuz aliis presbyteris & clericis multis. His etiā occurrit sponsus beate ursule ✝ ethere⁹ nomine patre suo iam xp̄iano defuncto & matre cum sororib⁹ baptizatis: qui diuinā iam reuelationem habuerat: ut spōse sue occurreret: & cum ea palmam susciperet: q̄ secū de britānia socrū ✝ dariā adduxit cū puula sorore nomine ✝ florentina: & quendam ✝ clementem episcopum. His etiam se rome coniunxerat ✝ marculus episcopus grecie cum sorore sua ✝ constantia filia dorothei imperatoris constantinopolitani: que cuiusdam regis filio nupserat: sed eo āte traductionem morte preuento uirginitatem suaz christo deuouerat. Omnes igitur uirgines cum predictis episcopis & multis aliis coloniam redierūt: & ipsam iam ab hunis obsessam inuenerunt. In quas irruentes barbari uelut in oues lupi: totam illam gloriosā multitudinem gladiis peremerunt. Sicq̄ coronam martyrii perceperunt. Cum autem uidissent ursule pulchritudinem: manum retraxerunt. Sed cum impio iuliano hunoruz duce nollet nubere: nec idolis imolare: ille contemptum se uidens: directa sagitta eam in corde transfixit: & sic illa ad dominū migrauit. ¶ Quedam autem uirgo nomine ✝ corbula timore perterrita in naui nocte illa se abscondit: sed in crastinum morti se offerens martyrii coronam suscepit. Quarum corpora a fidelibus collecta: apud coloniā honore condigno tumulata sunt: & honorabilis ecclesia cum notabile monasterio uirginum ad memoriam earum fabricata sunt Passe sunt autez uirgines undecim milia cū sociis earum duodecimo calendas nouembris: Circa annum domini. 450.

¶ De sancto hilarione abbate. LXXXVIII

HIlarion abbas: cuius uitam hieronymus scribit: apud egyptuz claruit: Qui ortus uico tabath: quod quinq̄ milibus a gaza urbe palestine distat: parentib⁹ gētilibus xp̄ianus ipse ut rosa de spinis floruit sed alexandriam a patre missus in breui grāmaticam didicit: & in xp̄m credens: ecclesiā frequētare cepit. Audiēs aūt celebre nomen antonii: quod per omnes egypti populos ferebatur: uidendi euz studio perrexit ad eremum: & statim mutato habitu duobus mēsibus secum mansit: contemplans ordinem uite eius: morumq̄ grauitatem. Reuersus aūt cum quibusdam monachis ad patriam: parētibusq̄ defunctis omnia pauperibus largit⁹ est: nihil sibi omnino reseruans. Sicq̄ ānorū quindecim nudus & armatus in xp̄o solitudinem ingressus est: sacco tantum membra coopertus. i5. caricas post solis occasum comedebat. Igitur a decimosexto etatis sue anno usq̄ ad uigesimum estus & pluuias breui tugurio declinauit: quod iunco texerat. ¶ Structa deinceps breui cellula longitudine pedum quinq̄: latitudine paulo ampliore q̄ eius corpusculum patiebatur: ut sepulchrum potius q̄ domum crederes. Capillos in anno die pasche semel totondit: super nudam humum usq̄ ad mortem cubauit. Saccum quo semel indut⁹ fuerat nūq̄ mutauit: nūq̄ lauit: oroni & psalmodie iugiter instabat: ab āno. 21. icipiēs trib⁹ annis & dimidio lentē aqua frigida madefactū comedit: deīn triennio panē aridū cū sale & aqua: deide p ānos. 9. sex uncias hordeacei panis & coctū modicū ol⁹ i cibo hūit: sed lassus egritudie

oculoꝝ oleum adiecit. Et in tali ieiunio usq; ad. lxiiii. etatis sue annū ꝓseuerauit. Abinde uero usq; ad annū. lxxx. pane abstinuit icredibili feruore mentis accēsus. Fiebat autem ei sorbitiūcula de farina & ꝓminuto olere in cibo & potu uix. v. uncias appendentibus. Nunq̄ ante solis occasum gustauit: neq; ulla solennitate ieiunium soluit. ¶ Igitur potentissim⁹ miraculis & scitate incōpabilis octogesimo etatis sue anno cum esset absens hesychius: qui eum familiarissime colebat: in testamēti uicē breuem scripsit epistolam: oēs diuitias suas ei derelinquēs. Euangeliū uide licet tunicā saccinam: cucullā & palliolum. Et postq̄ ānis. lxv. deo seruierat ad extrema deueniens sp̄m emisit. xii. cal. nouēbris. Statim corpus eius humo obrutum est: quia sic ipse oēs qui ad egrotantē uenerat adiurauit. Quod postq̄ hesychius palestie audiuit prexit cyprum. & corpus eius furatus post mēses. x. in palestinā nauigio detulit. & in antiquo monasterio cōdidit: illesis tunica & cucculla: corporeq; imēsis odorib⁹ refragrāte.

¶ De scō asterio martyre. LXXXIX.

ASterius martyr rome passus est: sub alexandro ipatoꝝ: qui a btō calli sto papa presbyter ordiat⁹ fuit. Et post eius passionē corp⁹ eiusdem pōtificis cū clericis suis rapiens sepeliuit: ut dictū est supra i passiōe callisti pape pridie id⁹ octob. Post dies autē quinq; alexāder imperator hoc audiēs tenuit asteriū presbyterū: quem precepit p pontem in tyberim precipitari. Cuius corpus apud ostiam repertū: & in eadē ciuitate a quibusdam xp̄ianis sepultum est. xii. cal. nouembris.

¶ De scō uiatore ꝓfessore. XC.

VIator ꝓfessor ordinem lectoris tenuit: & sci iusti lugduñ. episcopi comes fuit. Qui cum eodem ep̄a tum defente naue conscendit: & ad egyptū nauigauit: atq; ei in eremo sedule ministrauit: ut dictuꝫ est supra in eius legenda pridie idus octobris. Quo decedente & ipse post dies. vii. prout ip̄i sanctus iustus predixerat: eum ad celos secut⁹ est. Nam & quieuit in pace. xii. cal. nouembris. Quoꝝ amborū corpora a ciuibus lugdunensibus exinde sublata ad eorū ciuitate relata: & in ecclesia scōꝝ. 7. maccabeoꝝ cōdigno cultu posita sūt. 4. noñ septēbris.

¶ De scā salome discipula. XCI.

SAlome discip̄la xp̄i fuit. Que tēpore dñice passionis cum reliqs sanctis feminis ad crucem astitit & circa eius sepulturam solicita fuit. De qua theophilus & chrysostomus dicunt: ꝙ hec fuit mater filiorum zebedei: qđ origenes similiter opinatur: unde ꝑ mistos cuꝫ dicitur in euangelio marci. Maria iacobi minoris & ioseph mater: & salome: & iteruꝫ maria magdalene & maria iacobi subaudi minoris: & salome: tunc istud nomen est nti casus & est nomē mulieris. Alii dicunt ꝙ est casus gti: & est nomē uiri: ꝙ scilicet fuit una alia maria uxor salome: Hieronymus tñ in suo martylogio tradit eā mulierem fuisse: & in pace apud hierosolymam quieuisse. xi. cal. nouembris: ut ado dicit.

¶ De scō marco epō & martyre. XCII

MArcus ep̄s & martyr apud hierosolymā passus ē. Hic clarissimus & doctissim⁹ uir: primus fuit ex gentibus qui post ep̄os ex circūcisione eccleſiam hierosolymoꝝ regendam suscepit: de quibus supra est habitū in legēda zachei ep̄i. x. cal. septembris. Sacerdotium igitur illius ciuitatis scē suscipiens: non multo post pro ꝓfessione xp̄i martyrio ꝓsumatus: uictorie palmā promeruit. xi. cal. nouembris. Hec ado.

¶ De scō melanio episcopo. XCIII.

MElanius ep̄us tempore ualeriani & galieni imperatorum claruit: apud ciuitatem rothomageñ. Qui de maiori britānia exortus cum esset gentilis romam uenit: ut patrie tributuꝫ solueret: & imperatori deseruiret. Cuꝫ autem uenisset ad templū martis ut ibidem cum sociis sacrificaret: conuersus est a scō stephano papa & martyre ibidē predicante: & ab eodem baptizatus ipsi adhesit: quem ille per omnes grad⁹ eccleſie ad sacerdotium usq; promouit. Qui & fideliter in omnibus ordinib⁹ domino deseruiuit. Cū q; die quadam pontifex celebraret: & ei melanius ministraret: angel⁹ domini a dextris altaris extitit: quem uterq; illorum uidit. Qui & finita missa baculum melanio dedit: & eum urbi rothomagensi a deo electum episcopum nunciauit: & ut illuc ad predicandum accederet mandauit: christumq; ipsi ductorem futurū promisit: statimq; dispuit. Melanius ergo continuo accepta benedictione a papa discessit: & christum itineris ducem habuit: ueniens autem antisiodorum in uenit hominem qui casu bipenni sibi pedem in duas partes diuiserat. Quē baculo quē ab angelo acceperat tetigit: & ipsuꝫ sine mora sanauit: ueniens autem rothomagum predicationis officio fideliter institit: & miraculis clarens fere totum populum ad christuꝫ conuertit. Et ministerium suum implens in domino quieuit undecimo calendas nouembris. Sepultusq; est in ecclesia rothomagensi.

¶ De scā melania maiore. XCIIII.

MElania maior apd hierosolymā claruit tēpore ualētis impatoris ut dicit heraclides. Hec nobilissima ciuis romana filia quondā marcelli ꝓsulis urbano ei⁹ filio unico ꝑtore in urbe relicto hierosolymā nauigauit: ibiq; tantis uirtutib⁹ & humilitate refulsit: ut thecle nomen acciper. Fuit enim uxor uenerabilis uiri: que āno⁹. 22. existēs uidua: relicta patria & filio: ut dictū est: cū certis pueris & puellis: oibus suis i naui positis: primo alexandriā nauigauit: ibiq; oib⁹ distractis scōs pres in eremo reuisit. s. pambonē: serapionē: pannutiū: isidor⁹: & dioscorum: apud quos sex mēsibus māsit: & eis necessaria mistrauit. Cū aut prefect⁹ alexandrie ꝑdictos uiros dñi cū quibusdā epis palestinam in exiliū mitteret. Melania in habitu uiri eos secuta est. Quod audiēs ꝓsularis palestine: ut eā terreret: in carcerē misit: sed eius nobilitatē ꝓpiens: eā ꝑtinus relaxauit: deditq; ei licentiā: ut quocūq; uellet ad scōs ꝑgeret uisitandos. Illis uero ab exilio reuocatis: melania hierosolyme remansit: habēs secum rufinū aquileie ꝑsbyte⁹: p cui⁹ man⁹ ipsa epis & clericis ac pegrinis de suis facultatibus ministrabat: & in talibus opib⁹ per annos. 27. perseuerauit. Cui⁹ sanctis oroni⁹ filius ei⁹ urban⁹ in sanctitate creuit: & nobiles nuptias ꝓtrahens: duos filios catholicos & deuotos ꝑcreauit: qui etiā matri sue plura dona mittebat: ut sanctis elemosynis uberi⁹ insisteret. Hec apud hierusalē monasterium ꝓstruxit: in quo uirgies. 50. deo seruientes posuit: in quo & ipsa etatis sue anno 49. in pace requieuit.

¶ De sancta melania iuniore. XCV

MElania iunior cui⁹ ꝑdicta melania fuit auia: ꝑfati urbani ꝑtoris extitit filia: in urbe roma ꝑcreata. Que cū inuita a parētib⁹ nuptui tradita fuisset: & duos filios quos genuerat: nece amisisset: cepit pulsare uir⁹ de castitate ꝙuanda: aut de licētia pegrinandi sibi ꝓcedenda. Qui licet diutius recusasset: licentiā tandē deo inspirāte ꝓcessit: & oēs uestes sericas in pallia altariū dedit: reliquas p ecclesias⁹ ornamēta distribuit: aur⁹ omne suū & argentū p manus pauli ꝑsbyteri discurrentis ꝓtinue p egyptum thebaidē antiochiam: palestinā: hierosolymā: & alia loca scā: destinauit: seruos & ancillas manumisit: possessionibus plurib⁹ uēditis ꝑcium paupibus diuisit: ceteras in subsidiū monasteri⁹ retinuit. Sicq; per uxorem ꝙuersus in uir⁹ alter⁹ mutatus: mira penitentia se affligebat: & post alter⁹ diē sempcibū sumebat. ¶ Melania uero in possessionib⁹ suis cenobiū ꝓstruxit: ubi cū. 15. eunuchis & .40. uirginibus & aliis ancillis suis libertati traditis deo ꝙuiuit. Parem quoq; uir suus cum 30. monachis uitam duxit: uterq; ipso⁹ ieiuniis: lectionib⁹: & oronibus uacās. Sicq; sācta dei melania bone uie imitatrix effecta: plena uirtutibus in pace quieuit.

¶ De scis munilione & eledia uirginibus & martyribus. XCVI

MVnilio & eledia uirgines & martyres apud ciuitatē ostiam passe sunt: que p ꝓfessione xpi diutur⁹ na custodia macerate: atq; deide capitali sentētia punite: ꝑcioso⁹ martyrium celebrarunt. xi. calen. nouēbris ut dicit ado.

¶ De scis seruādo & germāo mart. XCVII

SEruandus & german⁹ martyres apud hispaniā passi sunt sub ꝑsi de uiatore: qui post dira uerbera & squalorē carcer⁹: & sitis ac famis iuriā: & lōgissimi itineris laborē: quē onusti ferro iubēte eodē ꝑside p tulerūt. Nouissime martyrii sui cursū gladio cesis ceruicib⁹ ipleuerūt: ex qb⁹ germanus apud emeritā ciuitatē iuxta beatā eulaliā sepult⁹ ē. Seruād⁹ uero apud hispalense oppidū iuxta scās iustā & rufinā ꝓditus est. Passi sunt aūt sci martyres. x. calē. nouēbris.

¶ De scō seuerino epo & ꝓfessore. XCVIII

SEuerin⁹ eps colonien apud ipsā ciuitatē claruit. Qui effrate cuidā heretico successit. Nā ut scribit i gestis sci ꝙuatii: de quo supra actū ē. 3. id⁹ maii: dū ei reuelata fuisset destructio urbis treugrēsis & ꝑlati ac pricipes ipm romā p legatiōe destinarēt. Rndit ꝙuati⁹: iter nō ee tutū: nisi effrata heretic⁹ ab epatu deponeret. Illico ꝓgregata synodo epo⁹ apud coloniā aggrippinā⁹ Effrata heretic⁹ iudicio synodi ꝓdēnat⁹ deponit: & seuerinus ordiat. Dū aūt ꝙuati⁹ rediret ab urbe apd coloniā a seuerino suscept⁹ est: q dū nocte oraret: seuerin⁹ colūnā ignis sup caput ei⁹ aspexit: q paulati usq; ad se uenit: in quo loco seuerin⁹ ecclesiā edificauit: quā & portā celi appellauit. Quieuit aute⁹ sanct⁹ seuerinus in dño. io. calē. nouembris.

¶ De scō seuerino boetio martyre. XCIX

SEuerin⁹ martyr q & boeti⁹ pro ueritate interfect⁹ sub isto noie i catalogo martyr⁹ scribit: dictus seuerinus a seueritate iudiciorū Hic: ut dicit sigibert⁹: gener fuit symmachi patricii uir nobilis romanus: uir ꝓsularis ꝓspicuus: mira lingue eruditione politus: & liberalium artium: quas pene omnes a greco in latinū trāstulit pleni⁹ eruditus: cui⁹ uxor helphes noie rhetorica scia insignis: hymnos apostolor⁹ Felix per oēs.

& aurea luce compoſuit. Hic tēpore theodorici regis longobardoꝝ: qui fuit imperante zenone circa annū dñi. 476. dum dicto regi rempublicam iuadēti boetius reſtitiſſet: apud eum dolo accuſat⁹ cum pluribus aliis proſcriptus & in exilium miſſus eſt. Inde reductus papie incarceratus eſt: ubi librū de philoſophica ꝓſolatione ꝓpilauit. Tandē ab eodem theodorico rege i carcere interfect⁹ eſt: anno dñi. 521. x. cal. nouēbris. Sepultuſq; in ipſa papienſi ciuitate in eccleſia ſci petri ad celum aureū: ut mī ab eccleſia digna ueneratione celebraī. ¶ Hic philoſophus eximius diuina & humana ſapiētia pollēs: multa nobis ingenii ſui documēta dereliqt. Scripſit enī libros de trinitate. De unitate & uno De ente & eēntia. De duab⁹ naturis & una ſubſtantia xp̄i. De hebdomadib⁹. De ꝓſolatione philoſophica li. v. De ſcholaſtica diſciplia. Topicorum libros. Ariſtotelis libros quos habet bibliotheca latina: omnes fere de greco in latinum ꝓuertit ſermonem. Scripſit & uolumē de muſica. De arithmetica. Categoricoꝝ. Syllogiſmoꝝ: & hypotheticoruꝫ. De deitate ad ioannem rōane eccleſie diaconū: De eiectione primi parentis i reſtauratione humani generis p incarnationē & paſſiōem xp̄i. Aduerſus eutychianos & neſtorianos atq; azephalos de incarnatione dñi. Item contra arrianoſ: eunomianos & apollinariſtas libros ſortes: & eoꝝ hereſim confutantes.

¶ De ſcō theodorico preſbytero & mr̄e. C

THeodoricus preſbyter & martyr apud antiochiam paſſus ē tēpore iuliani apoſtate impatoris: ſub prefecto & auunculo ſuo iuliano. Cū enim a predicto p̄fecto eccleſia antiochenoꝝ ſpoliata eēt: & xp̄iani ubiq; diſperſi fuiſſent. Hic in eccleſia ꝓmanſit itrepidus. Qui ab eo teneri iuſſus: poſt equuleū & multos ac duriſſimos cruciatus: etiam lampadib⁹ circa latera inflāmatus ē. Sed faculis diuina uirtute reſtinctis: milites qui eas tenebant: angeloruꝫ aſpectui territi in faciē corruerūt. Cūq; prefectus quoſdam xp̄anos occultos illoꝝ miniſterium ſupplere iuberet: & illi hoc facere recuſarent: prefectuſq; ipſos examinans xp̄ianos reppiſſet: iuſſit eos in pelagus demergi. Quos ſanct⁹ martyr hortabaī ut ip̄m ad gloriā precederent. Nouiſſime autem duꝫ iuliani apoſtate: quem apud perſideꝫ diuina ultio puniuit interitum prediceret: occaſione gladii martyriū ꝓſumauit. x. cal. nouēbris. ¶ De ſcis

FElice ep̄o & ſociis mr̄. Cl.

Elix ep̄us citatis tubaboceñ. audax & ianuarius p̄sbyteri. Fortunatus & ſeptim⁹ lectores temporibus diocletiani imperatoris in uenuſia ciuitate apulie paſſi ſunt. Qui a quodam magnoliano curatore detēti multis diebus uinculis & carceribus i aphrica & in ſicilia macerati: tandem occaſione gladii martyrio coronati ſunt. 9. cal. nouēbris. Ex quibus felix ep̄s annorum. 56. uirgo & martyr ad xp̄m dupplici cū palma migrauit. Quorum corpora intra carthaginēſem ciuitatem & uticeñ. ſepulta ſunt.

¶ De ſcō martino abbate. CII.

MArtinus abbas apud campaniam claruit tēpore iuſtini iunioriſ auguſti. Qui in monte maſſico ſolitariam uitam duxit: multiſq; annis in ſpecu anguſtiſſimo incluſus fuit. Mox autē ut ſe in predicti mōtis foramine ꝓtulit: ex eadem petra aque ſtilla ꝓrupit: que ſibi & in uſu quotidiano ſufficeret: & nec pluſ adeſſet: nec neceſſitati deeſſet. Quod antiquus hoſtis: ut eum ex antro illo depelleret: amica ei beſtia ſerpens ingreſſus cepit in ſpelunca inueniri ſolus cum ſolo: eoq; orante ſe ante illum ſternere: & cum cubante ꝓiter cubare. Sꝫ uir dei omnino ipter ritus eius ori manum uel pedeꝫ extendebat: ſed ip̄m tamen ſerpens percutere non audebat. Et cum hoc quotidie per trienniū ageretur: die quadam inimicus eius fortitudine uictus ſe per deuexum montis latus in precipiciū dedit: oiaq; loci arbuſta flāma ex ſe prodeūte ꝓcremauit: ut p hoc cōſtaret quis fuerat q ab eo uictus abſcedebat. ¶ Hic ſanctus uir prio icluſiōis ſue tēpore decreuit: ut ultra mulierē nō uideret: ne ex cōtēplata ſpe tētationē icurreret. Quod quedā mulier audiēs audacter ad ſpecū ei⁹ aſcēdit: ut eius ꝓpoſitū frāgeret. At ille paulo lōgius ituēs: & mr̄iebria ueſtimēta ꝓſpiciēs: i terrā faciēꝫ depreſſit: & eo uſq; i orationem ꝓſtratus iacuit: quouſq; ipudēs mulier inde fatigata diſceſſit. Que die eodē mox ut de mōte deſcendit uitā finiuit: eo q; uiꝝ dei auſu iprobocō triſtauit. ¶ Cum autē ad eum multi ex deuotione ꝓcurrerent: & ſemita que ad eius ducebat cellulā artiſſima foret: puer puul⁹ icaute gradiēs ex monte cecidit: & uſq; ad uallē i profūdiſſimo ſitā ruit. Perturbati oēs quere ceperūt ſicubi corp⁹ lapſi pueri potuiſſet inueniri. Qui tandem in ualle inuētus eſt non ſolum uiuus: ſed etiam membris omnibus illeſus. Sicq; omnibus innotuit: q; hunc in caſu ſuo martini oratio portauit. ¶ In ſpecu uero illius magna deſuper rupes eminebat: que martini celle prominens: caſu ſuo imminente: illius interitum minabatur. Ad hunc maſcator nepos illuſtris uiri armentarii ueniens cum multis ruſticis orabat: ut uir dei de ſpecu exiret: donec ipſe ruituram

rupem de monte euelleret. Quod uir dei facere non acquieuit: sed illi qđ posset: ut faceret: precepit: itaq; dum illoꝝ multitudo conaretur sine piculo sancti uiri illud ingens saxum leuare: repente cunctis uidentibꝫ moles ipsa e laborantibꝫ euulsa: ne specu martini tangeret saltū dedit: & quasi serui dei lesionem fugiens longius cecidit. Quod angelico ministerio actū fuisse unusquisq; cognouit. ¶ Hic dum prius in eodem monte se cōtulit: catena ferrea sibi pedeꝫ ligauit: eamq; saxo ex altera parte affixit: ne ultra ei pgredi liceret: q̄ catene longitudo tendebatur. Quod beatus benedictus audiens: eidem dicendo misit: ut si seruus esset dei: non eum teneret catena ferri: sed catena xp̄i. Ad quam uocem martinus ꝓpedem soluit: sed tamen nunq̄ ultra q̄ catena extendebatur pedē mouit. Qui postmodū ibidem inclusus discipulos congregauit: qui ab eius specu seorsum habitantes aquam ex puteo hauriebant: sed funis in quo situla pendebat sepius frangebatur: unde factū est. ut catenā quam ex pede suo uir dei soluerat: funi situle allīgarēt: ex quo iam tempore contigit: ut funis quoti die tingerē: & nullatenus ex tactu catene illius de cetero rumperē. Quieuit autem in pace uir dñi. 9. calē. nouembris. Hec gregorius. ꝫ. dialogoꝝ capit. 16.

¶ De sancto maioro epō. CIII

MAiorus epūs apud insulaꝫ sargiā britānie claruit. Hic ex eadem ꝓuincia ortus: genere nobilis: socius sancti sampsonis: eidem indolensi archiepatu successit: in quo dum uerbis & exemplis populum dñi laudabiliter pasceret: ab angelo in somnis monitus: epatui cessit: & buducum sibi substituens eremum petiit: & solitariam uitam annis pluribꝫ duxit: deinde plurium monachorum pater effectꝰ est. ¶ Qui comitē quē dam ditissimum: qui septennio leprosus fuerat: contactu suo a lepra mundauit. Comes autem pro gratiarum actione medietatem unius sue possessiōis uiri dei monasterio cōcessit. Sed cum dicta possessio auibus & piscibus abundaret: mox aues omēs & pisces dimissa medietate: quam sibi comes retinuerat: ad aliam uiri dei medietatem transierūt Quod cernens comes ad suasum uxoris: medietatem cenobio concessam cum sua sibi retenta cōmutauit. Itemq; pisces & uolucres ad medietatem sancti commutatam se transtulerunt. Quapropter comes possessionem integram monasterio largitus est. ¶ Famulum quendam suum: qui dum piscaretur: in mare cadens necatus fuerat: oratione sua a mortuis suscitauit: & ab undis ad littus incolumen iectum reduxit. ¶ Cum fames ualida omnem britāniam occuparet: & ipse ex pietate omnem populum ad se uenientem reficeret. Iamq; ex tali largitiōe uictualia monasterio deficerent: pueri quidam ex monachis meridie ad littus maris accedētes: lectiones suas repetituri: nauem antiquam in littore ex uetustate derelictam: pueriliter intrauerunt: quam subito mare cōcrescens rapuit: & sine remo uel remige alioq; adminiculo quoq; una cum pueris saluis ad oppositam insule ripam subito deuexit: maioro pueris apparēte: & nauem tenui baculo gubernante. Ad quod spectaculum rex prouincie cum omni populo occurrens: & a pueris qui essent: aut quomodo aduenissent audiens: nauem uictualibus & diuitiis refertā remisit: quam similiter uirtus diuina: ut prius ad proprium locum reduxit. ¶ Cuꝫ normani totam insulam deuastarent: & populꝰ inermis ad sanctum confugisset: ille baculo rupem percussit: & in manuales lapillos diuisit: quibus populus hostes in se irruentes oppressit: eosq; i mari fugatos se precipites dare compulit. ¶ Hic uirgo perpetuo permanens: pane hordeaceo solo contentus: feria quarta & sexta nullum capiebat cibum: & semper ferebat cilicium. Cui i uigilia pasche oranti: ter angelus apparuit: eiq; obitꝰ sui diē ꝓnunciauit: de cuius manibus sanctꝰ uir eucharistiam tertia uice uisibiliter sumpsit: &. 9. calē. nouēbr̄. ut audierat: ad christum migrauit.

¶ De sancto maioro martyre. CIIII

MAiorus martyr seruus generosi & nobilis uiri tyburtine ciuitatis passus est persecutione uandalica sub hunerico rege: qui primo fustibus quasi innumerabilibus cesus: trocheis frequentibus eleuatus: aliquando ictu celeri dimissus super lapides & silices corruebat: sed & pluries plagas lapidibus confricatus: dum iam uiscera pelle nudata eēnt: & ipse ad singula constantior appareret: nouissime gladio cesus est: & apud eandē urbē sepultus.

¶ De sanctis chrysantho & daria martyribus. CV

CHrysanthus & daria uirgo & martyres ambo rome passi sunt sub imperatore numeriano: qui chrysanthus alexandria ortus: cū patre polemio illustrissimo romam ueniēs ab eodē liberalibꝫ studiis traditus: cū eēt ardētissimi ingenii oibꝫ sciētiis mundanis eruditꝰ ē. Et dum uniuersa librorum uolumina ex curiositate discuteret: & ad libros xp̄iane fidei peuenisset: cepit querere: qs ei diuinas litteras exponere posset. Tandem a quodā christiano secretissime ad

carpophorū presbyterū adductus ē: qui p̄ secutionis atrocitate seuiente: i specu montis occultatus: uix poterat a paucis fidelibus uisitari. A quo chrysanthus diuinis litteris imbuitur: & conuersus ad xp̄m: sacro fonte perfūditur: & catholica fide diligenter istructus: post. vii. dies baptismati sui xp̄m dñm uoce publica p̄fitetur: & deos deasq; romāi populi demones esse protestatur. Quod audiens pater eius nunciantibus propinquis: cum ab imperatore plurimum honoratus esset: & dignitatē amittere formidaret: fecit filium in tenebroso carcere recludi: & cibo puissimo substentari. Quod uir dei ad exercitium potiusq̄ ad supplicium sibi dicebat i ferri. Sed quidam ex attinentibus patri consuluit: ut si filium ab hac superstitione uolebat eripere: elegantissime puelle coniugio traderet: ut dum diceret esse maritus: obliuisceretur esse xp̄ianus: eo p̄ afflictiones illatas: xp̄iani sibi ad gloriā reputabāt. ¶ Tūc polemius triclinium sericis uestibus stratū preparauit: & chrysanthum preciosis uestibus induit: &. v. puellas speciosas & ornatas ex ancillis suis eidem associauit. Iubens quotidiana conuiuia affluentibus dapibus exhiberi: filiumq; suum blanditiis & amplexib⁹ puellarum seduci. Qui dum oraret ad dñm: ne a fera. s. carnali concupiscentia superaretur: cōtinuo predicte puelle sōno oppresse: nec cibum nec potum sumere poterant: sed educte exterius statim euigilabant. Iterūq; in triclinium introducte graui sopore dormitabāt. Cum autem polemius ex hoc ad mortem doleret: & amici eius hec omia magie iputarent: eidemq; consulerent: ut eruditam aliquam iuuenculam speciosam ad eū introduceret: quam ille incantationibus xp̄ianor minime superare posset. Daria uirgo prudētissima & eloquentissima: ac sup omnes speciosa: dee uestē dicata eligitur: & ornatissimis uestibus induta a patre rogatur: ut ad iuuenem ingrediēs: eū diis & patri restituat sibiq; marituꝫ acquirat. Que gēmis & auro radians ad chrysanthum ingreditur: tantaq; eum elegantia sermonis alloquitur: ut si eēt ferro durior: plumbo mollior redderetur. Dum autem eam chrysanthus de pompa uestium argueret respondit: se non propter pōpā: sed ut cum diis & patri lucrifaceret: sic indutam. Cum iterum chrysanthus eam reprehenderet: quomodo pro diis idola coleret: que nec se nec alios custodire possent: & que uinculis ferreis & plūbo coartata eēnt respondit. Daria p̄ he imagines ꝓpter uulgus ignobile formabanē: marmore & metallo: ut quos cultor mēte & sacrificiis colit: effigiata imagie oculis perspicere possit. Tūc chrysanthus cepit perscrutari: qui essent dii quorum imagines colebantur. Et cum saturnum comprobasset filiorum interfectorem. Iouem adulterum & incestuosum & homicidiorum patratorem. Mercurium incantatorem. Herculeꝫ sui ipsi⁹ occisorem: ceteroſq; deos flagicioſos & eorum quemlibet malorum omnium in cestorem: & perconsequēs tales deos miserrimos: nec coli deberēt: nec deos dici: credidit daria ab eodem conuersa amboq; sancti spūs copula uniti carnale matrimonium simulabant. Fecitq; chrysanthus occulte in domo sua dariam baptizari. Que intra paucos dies sacris imbuta litteris: una cum uiro uirginitatis perpetue uotum emisit. Et tam per chrysanthum multitudo uirorum: q̄ per dariam multitudo conuertebat feminarum. ¶ Quapropter excitata in urbe seditiōe: chrysanthus a prefecto celerino cōprehenditur: & sacrificare iubetur. Sed cum hoc recusaret: tribūo claudio a prefecto traditur: ut diuersis suppliciis imolare cogat. Quem claudius dedit in custodiam militib⁹ septuaginta. Qui neruis crudis eum cōstringunt: ut sensim se siccantibus neruis ac ossa eius uix pertingerent ligamenta. Sed statim resolutis neruis: iteruꝫ fortioribus nodis uincitur: sed uincula continuo dirumpuntur. Deinde ab eisdem pedibus in cippo mittit: sed repente ligno putrefacto cipp⁹ in puluerem uertitur. Que cum milites magicis artibus ascriberent: lotio chrysanthum perfundere ceperunt: ut ab eo incantationes diluerent: sed aqua mox putentissima in roseum odorem conuersa est. Deinde uitulum excoriauerunt: & corio illum nudum cinxerunt: & in sole per horas plurimas posuerunt: sed corium nullam calefactionem sentiens: in eadem uiriditate permānsit. Iteꝝ catenis ferreis uincitur: & in carcerem obscurissimum mittitur. Sed lux ei nimia diuinitus est infusa: & uincula sunt resoluta. Que cuꝫ milites claudio nunciassent: iussit sanctum ad se adduci & nodosis fustib⁹ cedi: sed fustes in manib⁹ tenentium solidi quasi ferrei erant: cū uero percuterent: quasi plume molles fiebant. Quod uidēs claudius cum uxore hilaria & filiis iasone & mauro ac prefatis septuaginta militibus credidērūt: & baptizati omnes coronam martyrii perceperunt: De quibus supra in eorum passione dictum est calen. decembris. ¶ Audiens hec imperator numerianus chrysanthū in carcere tuliano obscurissimo & fetidissimo iussit recludi. Dariam uero ad publicum meretricum locum adduci. Sed ꝓtinuo diuia misericordia chrysāthō lux diuia: & odoramēta sancta p̄stāt. Darie uero leo de cauea âphitheatri fugiēs custos eius uirginitatis dirigit. Qui ingressus cellā: ubi uirgo orans prostrata iacebat: iuxta

eam se posuit: ut quasi secum uideret orare Mittitur quidam nefandus: ut uirginem corrumpat: sed a leone captus in terram deiicitur: qui sine lesione eum tenens: ad sanctam ultu quertit: & quasi innuens: quid de captiuo fieri iubeat: sciscitatur. Que precepit ne ipm in nullo lederet: sed ad se audiendam uenire pmitteret. Leo igit eum relinquēs in hostio cellule se posuit: ut nec ille posset exire: nec alius introire. Vir autē ille uiso diuino miraculo: & auditis sermonib⁹ uirginis: conuersus est ad xpm: & per urbem discurrens: deū christianoꝝ ueꝝ omniū creatorē proclamabat. Mittunt uenatores: ut leonem capiant: sed omnes a leone capiuntur: & sine lesione ante pedes darie deponunt: & ab ea conuertunt. Tunc prefectus in celle introitu copiosum ignē iussit accendi: ut leo cū daria comburant. Quod leo timens: rugire cepit: sed eū uirgo domini ꝓfortauit: quia nec incēdio cremaret: neq; ab alio caperet: neq; occideretur: sed morte sua moreret: iubēs ut securus per ignē egrederet: quia ille eum liberaret: quē leo in se honorasset. Tunc leo inclinato capite per medium ignis illesus egredit: & p turbas discurrens neminē lesit: nec ullus eū exinde unq; cepit. ¶ Que omia dū impator audisset: iussit celerino pfecto: ut aut chrysanthū & dariam sacrificare cōpelleret: aut diuersis penis afficeret: qui sacrificare nolentē chrysanthū iussit equuleo suspendi: & ardentes ei lampades applicari. Sed ꝓtinuo ligna oia equulei ꝓminuūt: uincula rupta dissoluūt: & lāpades extinguūt Quicūq; uero manū ad dariā mittebāt: eoꝝ nerui brachioꝝ stupebāt: quod dū impator a pfecto didicisset: & hec oia magicis artib⁹ ascriberet: iussit eos in uiā salariā deduci: & in harenario utroq; deponi: & uiuos terra & lapidib⁹ obrui. Sicq; inuiolati ꝓiuges i fouea q̄si in uno lecto deponunt: & magis sepultura q̄ penā excipiētes in xpi laudib⁹ psistētes: terra ac lapidib⁹ obruunt. Sicq; xpo martyres ꝓfecrant: & in eodē loco usq; in p̄sens digna celebratiōe uenerantur: passi sūt autē .8. calen. nouembris.

¶ De sanctis crispino & crispiniano martyribus. CVI

CRispinus & crispinianus martyres fratres: passi sunt in ciuitate suessionēsi sub maximiano impatore agente rictiouaro pside. Hi cū btō quintino martyre & aliis pluribus ex urbe roma egressi: suessionū uenerunt: & ibidem peregrini habitare ceperunt: ibiq; artem ꝓsutoriam calceoꝝ adiscētes: de labore manuū uictū sibi querebāt. Ad quos ꝓpter eoꝝ artē multi gentiliū uenientes: ab eis conuertebant. Deniq; rictiouaro pside detenti: inuenti sunt calciamenta paupeꝝ resartientes: qui dum xpm confiterentur: iussit eos pses extendi: & fustibus cedi: deinde sudes in eoꝝ ungulis mitti: & corrigias singulas de dorsis eorum tolli. Sed orantibus sanctis: sudes de manibus eorum exilierunt: & ministros percutiētes: quosdā eorum occiderunt: quosdam uero excecauerunt. ¶ Inde mandauit preses: ut ligatis molis ad colla eorum tempore hyemis in flumine axona uelut sub glacie mergerentur: sed eos nec aqua mergere: nec petre deprimere nec frigus constringere potuerunt: quin ꝓiecto onere ad ripam aliam fluminis deuenerunt. Postmodum in plumbo liquefacto deiecti: illesi permanserunt. Verum cum gutta plumbi in oculos presidis insiliens ipsum excecasset. Sanctos martyres in picem & oleum & adipeꝝ simul bulliētia iactari fecit. Quos orantes angelus domini ab igne illesos eduxit. Vnde rictiouarus iratus se in igne precipitauit: & iusto dei iudicio se cremauit. Maximianus autem audita morte p̄sidis: die sequēti sanctos gladio puniri mandauit: qui decollati sunt octauo calēdas nouembris: quorum corpora bestiis & auibus deuoranda relicta: diuina prouidentia permanserunt intacta. Senex autē quidam cum germana sua uetula ab angelo monitus: corpora inde tulerunt. Venientesq; ad fluuium axonam in nauicula diuinitus ibidem preparata ea posuerunt: & contra ictum fluminis sine remo uel remige deo duce ad locuꝫ sibi ostēsum peruenerunt: & sanctorum corpora sine ullo pondere portantes: ita ut magis ipsi a corporibus portare uiderentur: in quodam eorum tugurio secreto sepelierunt: ubi psecutione cessante honor eis a a xpianis ꝓdebitus impēsus ē: & basilica eorum nominibus fabricata.

¶ De scis q̄dragintasex martyrib⁹. CVII

QVadragintasex milites rome passi sunt sub claudio imperatore: qui audientes: q; tryphonia regina quondam uxor decii ad christum cum filia cyrilla conuersa esset: ut dictum est supra in legenda sancte tryphonie decimoquinto calēdas nouēbris Venerunt ad iustinum p̄sbyterum: & ab eo baptismi gratiam petierunt: qui clerum romanum congregauit: ut ordinarent episcopum urbis rome in locum sancti sixti pontificis martyrizati: qui omnes dionysium papam elegerunt: ipsumq; per manus maximi episcopi ostiēsis consecrari fecerunt. Consecratus autē dionysius baptizauit p̄dictos milites quadragintasex a iustino presbytero sibi oblatos. Audiens hec claudius: iussit teneri milites & uirginē cyrillam olim

decii filiam. Et congregato exercitu armato in palatio saluſtii mandauit. xlvi. milites ſibi preſentari. Quos xp̃m ꝓfitentes precepit foras muros porte ſalarie duci: & in ciuitate ſiglina oēs capite cedi. Quoꝝ corpora iuſtinus & ioānes preſbyteri noctu rapuerūt: & in uia ſalaria iuxta cluuiū cucumeris cū aliis. izi. mſrib⁹ ſepelierūt. viii. cal. nouembris. Inter hos autem fuerūt quatruor milites xp̃i precipui. ſ. ✠ thedoſius: ✠ lucius: ✠ marcus: & ✠ petrus.

¶ De ſcō minyate martyre. CVIII.

MInyas mr̃ paſſus eſt ſub ꝓſecutione decii ceſaris apud florentinaꝫ ciuitatē. Ad quā dū decius pueniſſet: minyatē tentuꝫ: & ſibi preſentatum: ac ſacrificare nolentē: leopardo ferociſſimo ſubiici fecit: ſed oante ſcō fera extincta ē. Deinde ip̃m nudū oleo q; punctum i fornacem ardentē mitti iuſſit. Angelus autē dñi ut olim cū trib⁹ pueris cū eo deſcendit: & flāmā extinxit: & ſcūs illeſus omnino pmanſit. Tunc decius leonē ei adhiberi precepit: ſed ſigno crucis edito leo interiit. Deinde mandauit eū in equuleo leuari: & diutius torqueri: & poſtmodū ide deponi: ſudeſq; ligneas acutas ſub ungulis manuum ipſius affigi. Qui ab angelo cōfortatus: omnia ſupplicia patiētiſſime tolerauit. Poſt hec iuſſit decius plūbum liqueſactū ei⁹ auribus iſtillari. Cui tñ ip̃e xp̃s in iuuenis ſpecie cādida ueſte: ut ſol facie fulgens appuit: eumq; ꝓſolatus ad tolerātiam ꝓſtantius aiauit. Inde mandauit ceſar aures illius ferro p forari: ſed apparēte iteꝝ ei angelo quidā ex miniſtris eum uidēs ꝓuerſus eſt. Demum decius minyatem ad tēplū martis adduci fecit: & eidem auri & argenti ac gēmaꝝ q̃titatem non modicā obtulit: ſi ſacrificare uellet: eo q; ip̃m antiqua amicitia plurimū dilexiſſet. Dum autē oīno imolare recuſaret. Iubente ceſare decollatus ē. viii. cal. nouēbris. Et ſepultus ē a xp̃ianis in ciuitate florentia. ¶ Sāctus phridianus eps florētin⁹ eccleſiā minyatis mr̃is trans flumē arni poſitā ſepi⁹ uiſitabat. Cum autē die quadā inundatiōe nimia flumē naui trāſiri non poſſet: & naute quidā ultra flumē exiſterent: ſcūſq; eps tranſire curaret: nauteq; illi periculo poſt poſito: beati mr̃is ꝓſiſi meritis ad ep̃m trāſuadandū uenire diſponerent: ſubito ſe citra flumē inuenerunt: & ep̃m trāſportātes ſine piculo fluuiū tranſierunt. Tūc ſcūs eps eiſdem p ſpiritum nunciauit: ciuibus illis hoc a deo ſcūm minyatem obtinuiſſe: ut nemo in aqua illi⁹ fluminis necari poſſet. Quod uſq; hodie ita extitiſſe refertur: ubi poſtmodum eccleſia i honore ſci phridiani epiſcopi fabricata eſt.

¶ De ſcō phrontone epiſcopo. CIX.

PHrōto eps apud petragoriceñ. ciuitatem claruit. Qui ex eadē urbe oriundus: a iuuentute deo deuotus. Rome a bt̄ō petro baptizatus: & eps ordinatus: ad eandem ciuitatē cū gregorio p̃ſbytero ad predicandum miſſus ē: ueꝝ poſt dies tres itineris mortuo gregorio: phrōto ad petꝝ rediit: acceptoq; ip̃ius baculo ſuper corpus defuncti illuꝫ poſuit: & ſociū excitatū de morte recepit. Sicut de hoc ſupra dictū eſt i paſſiōe petri apoſtoli. 3. cal. iulii: ueniēs āt phrōto ad ciuitatem petragoricā: uerbo & exēplo multos ad xp̃i fidē ꝙuertit: &. 70. monachos ibidem ad ſeruiendum dño ꝙgregauit. Sed a prefecto ciuitatis ſquirio noie: pſecutionem paſſus ē: quia quos iſte baptizabat: ille decollabat: unde ip̃e ſumptis ſeminib⁹ olerum: monachos ſuos aſſumpſit: & eremū deſertiſſimā petiit: ueniēs autē ad locū ſuper fluuiū dordonē: draconem ingentem & ſerpentū multitudinē ibidē habitantē: xp̃i uirtute fugauit. Ibiq; cum ſtrib⁹ deo ſeruire cepit & oleꝝ ſemina ſeminauit. Deficientib⁹ uero eis cibis: angel⁹ dñi ſquirio preſidi p noctē apparuit: & ei diuinā ultionem ꝓminat: niſi ſcis uiris ſubueniat ꝓuntib⁹ fame. Ille uero territus amicos ꝓſulit: ſed quo ſci dei abiſſent: penitus inuenire non ualuit. Poſt dies tres nocte iteꝝ angelo eidem appēte plagis ꝓcuſſus ē. Qui amicis iteꝝ conſultis. 70. camelos cibis mōachoꝝ onerat: & deo phrōtonis eos ꝓmēdat. Qui duce dño ad eremuꝫ ſci uiri recto itinere ꝓuenerūt. Scūs aūt eps onerū medietatem depoſuit: & cū reliquo camelos remiſit. Qui eadem uia qua uenerāt reuerſi ſunt ad dñm ſuum. Quod cernēs preſes i xp̃o credidit: & phrontonem in ueſtigatū adiit: atq; gregorius ab eo uocatus ſacrum baptiſma ſuſcepit: eidemq; in eremo de cetero miſtrauit. Scūs autē uir poſt multos labores in pace quieuit. viii. cal. nouembris. Sepultus petragorice uirtutib⁹ clarens.

¶ De ſcō demetrio martyre. CX.

DEmetrius mr̃ apud theſſalonicaꝫ ciuitatem paſſus ē ſub maximiano impatore. Hic a ſua iuuētute xp̃ianus & deo ꝙuiēs nobilis fuit ciuis ipſius theſalonice ciuitatis & miles ſtrenuus. Qui tamē xp̃m dñm predicabat: & multos ad fidē ꝙuertebat. Ingreſſus autē imperator theſſalonicam: audiēs de demetrio ip̃m ꝓprehēdi fecit & in carcerem mitti. Erat autem cū imperatore gigas fortiſſimus & aſpectu terribilis noie libeus. Qui de mandato auguſti cū xp̃ianis dimicās: eos brachiis ad ſe ꝓſtringens ad terrā allidebat: ſtatimq; ſp̃m exhalabāt. Multi etiam alii ab imperatore diuerſis penis affligebant. Cum

autē demetrius eēt in carcere positus: scor/pionē iuxta pedes suos cauda eum ꝓcutere satagentē uidit: quē edito crucis signaculo statim extinxit. Cui oranti ꝓfestim angelus appuit:atq; in xp̄o ꝓfortans:coronam capiti ei⁹ imposuit. Veꝝ dū impator cogitaret de/metrium cū libeo expiri. Nestor quidā xp̄i/anus se nocte scō demetrio obtulit dicēs: q̄ certamen hoc assumere deliberasset:rogans ut sanct⁹ martyr ꝓ se dn̄m exoraret. Qui ab eo ꝓfortat⁹: die sequēti ipatori se p̄sentauit: seq; xpianū asseruit:offerens se cū libeo di/micare:& ꝓ demetrio certamen assumere. ¶Dum aūt impator illum p̄cib⁹ retrahere nō posset:uictori munera ꝓmisit. Nestor igi tur duellū igressus:libeū ad terrā ꝓstrauit: &ꝓstratū occidit. Impator autē hoc uidēs: & gigantē xp̄ianoꝝ ultorem amissse dolens ꝓtra ei⁹ sponsionē ✠ nestorem a militia sol/uit:& de ciuitate eiecit:demetriū quoq;:qui eius interfectiōis cā fuerat: iussit in carcere occidi. Milites aūt ad carcerem uenerunt:& gladium in eius pectore demerserūt. Sicq; orans cū palma migrauit ad dn̄m. Cui⁹ cor pus a xp̄ianis occultatū est ꝓpter timorem paganoꝝ. In quo loco de⁹ mirabilia opaba/tur:ubi cunctoꝝ egritudines sanabant. Sed processu tēporis a leōtio xp̄iano de illyrico ueniente ad prefecturam thessalonice ciuita tis corp⁹ sci martyris leuatū est:& digno ho nore ꝓditum:ecclesia eius nomini mire ma/gnitudinis fabricata: ubi & quiescit miracu lis pollens. Passus est aūt ſm usuardum. 7. calē. nouēbr̄. ſm adonē. 8. id⁹ octobris.

¶De scō euaristo papa & martyre. CXI

Evaristus papa & martyr natiōe grecus ex p̄e iudeo nomie iuda de ciuitate bethleē: anacleto pō tifici in ep̄atu romano succesſit: & sedit annos. 10. menses. 7. dies duos. Hic titulos in urbe roma p̄sbr̄is diui/sit. Hic ꝓstituit:ut. 7. diaconi eēnt in urbe:q̄ custodirēt papā ꝓdicantē: ꝓpter stylum er/roris:qui posset ꝓponi ep̄o ab emulis: & sic a maliuolis infamaret:& uerbo diuino ab i/fidiantibus detraherēt:qui etiā semp parati eēnt ad obsequiū p̄bendū in missaꝝ solēniis. Constituit etiā:ut ꝓiugium a parētib⁹ publi ce fiat:& sponse soleniter a uiris sponsentur: & tradant nuptui:& demum a sacerdotibus benedicant: qui etiā sub p̄secutione traiani martyrio coronat⁹ est: & sepultus est iuxta corpus beati petri apostoli in uaticano. 7. calen. nouembris. Hic fecit ordinatiōes tres per mensem decembriū p̄sbyteros. 7. diaco/nes duos:ep̄os p diuersa loca numero q̄nq; Et cessauit ep̄atus dies. 28.

¶De sanctis rogatiano & felicissimo mar/tyribus. CXII

Rogatianus p̄sbr̄: & felicissimus martyres apud aphricā sub de/cii & ualeriani persecutiōe passi sunt:& illustri martyrio corona ti. De q̄bus beatus cyprianus in epistola ad ꝓfessores rogatiano iuniori men tionē facit:eos magnifice commēdans. Passi sunt aūt. 7. calē. nouēbris. Hec ado.

¶De scō frumētio ep̄o. CXIII

canit .ſ. hebraica greca & latina . Hebraica ſunt alłia:amē:ſabaoth:oſanna.Greca kirie leiſon.Latina reliqua oia.Et hoc ad repreſē tandū titulū dñice paſſionis:dictis trib⁹ linguis deſcriptū : uel quia omnis linga debet xp̄m ꝓfiteri:quoꝝ omniū he tres ſunt principaliores.¶ Tertio ad cantandū eccleſiaſtici 47. Stare fecit cantores ꝓtra altare ꝛc . Tres aūt ſunt ſpecies ſoni q̄ faciūt tres modos:ut dicit hugo de ſcō uictore:ſit eni ſonus pulſu flatu & cātu. Ad citharā ptinet pulſus:ad organū flatus:ad uocē cātus: ut huic ꝓſonātie ſonoꝝ referat ꝓcordia moꝝ. Si referatur ad pulſum cithare manuū opatio:ad flatum organi mentis deuotio:ad cantū uocis ſ̄monū exhortatio.Hoc autem triplex gen⁹ muſicoꝝ refert ad triplicē differentiā officii eccleſie:ut dicit in mitrali. Nā officiū eccleſie cōſiſtit i ꝑs:in cantu:& lectiōib⁹.¶ Ad primū gñs qđ ſit pulſu ut in pſalterio & ſil̄ibus refertur pſalmodia. Ad ſ̄m qđ ſit uoce referūt lectiones: Ad tertiū qđ ſit flatu ſicut in tuba refert cantus.¶ Tēplū aūt ſiue eccleſia conſecrat .ꝓpter .v. rationes.¶ Prio ut ide diabolus & ei⁹ poteſtas expellatur ſicut refert gregori⁹ i libro dialogoꝝ : de quadā eccleſia arrianoꝝ in noie bti ſebaſtiani cōſecrata: de qua uiſibiliter demones in forma porcoꝝ inde exiſſe plurib⁹ apparuerūt .¶ Secundo ut ad eā ꝓfugiētes ſaluētur:unde dicit canō. Reos ſanguinis defendit eccleſia:ne uitā perdant & mēbra. Tali enim priuilegio eccleſie dedicate de iure cōi potiūt . Et ob hoc ioab fugit in tabernaculū dñi: & apprehēdit cornu altaris.3.g.2.¶ Tertio ut ibidē oratiōes exaudiant .3.g.8. Quicūq; orauerit in loco iſto:tu exaudies eos i loco habitaculi tui in celo:& cū exaudieris propicius eris : unde i oratione dicit eccleſia . Quiſqs hoc tēplum bñfi.peti.igre.cūcta ſe ipetraſ.letet . Adoramus aūt i ipſis eccleſiis ad oriētem.¶ Prio ut patriā nr̄am nos requirere oſtēdam⁹. Nā deus in oriēte paradiſum plantauit:ibiq; hominē poſuit: trāſgreſſuꝝ uero ad occidētem eiecit.¶ Secūdo ut ad ip̄m crucifixū reſpiciamus. Nā dñs crucifixus ad occidētem reſpiciebat:& ita adoramus ad ip̄m reſpicientes .¶ Tertio ut ueniētem iudicē expectare monſtremus. Nā aſſumptus ad oriētē ſurſum ferebatur:& ita ueniet ad iudicādū:ad occidētem aſpiciēs. Hec oia dama⁹:libro.4.ca.v.¶ Quarto ꝓfecrat ut ibideꝝ deo laudes ſoluantur:hoc aūt fit i.7. horis canonicis inter alias priuilegiatis. Nam in nocte media qua matutinū celebratur. xp̄s natus eſt captus & illuſus a iudeis:& in hac hora ifernū ſpoliauit. In media etiā nocte ad iudiciū uenturus aſſerit .Addūtur etiā matutinales laudes qā in mane egyptios ſubmerſit i mare:mundū creauit:& reſurrexit.¶ In hora pria xp̄s ad tēplum ꝙueniebat:pilato p̄ntatus fuit:& ſurgens mulieribus appuit. In hora tertia a pilato ad colūnam flagellat: morti adiudicatur:& ſp̄ūſanct⁹ i apoſtolos mittit .¶ In.vi clauis in cruce ꝓfigit :tenebre per totū mundum fiūt: & ſol obſcurat :& i die aſcēſionis cum diſcipulis recūbēs ꝙuerſat .¶ In nona xp̄s ſpiritū emiſit:miles latus eius aperuit: cetus apoſtoloꝝ ad orandū uenire ꝓuenit: & xp̄s in celū aſcendit.¶ In ueſpa:xp̄s in cena ſacramētū ſui corporis iſtituit: pedes diſcipuloꝝ lauit:de cruce depoſitus fuit:diſcipulis in habitu pegrini ſe oñdit.¶ In ꝓpleto rio xp̄s ſanguineas guttas ſudauit:in monumēto poſitus ꝙuit:reſurgēs pacem diſcipulis nunciauit. In his ergo horis predicta beneficia recolim⁹:& pro ipſis deo gr̄as reddimus.¶ Quinto ꝓfecratur:ut ibidē ſacramenta miniſtrent:quoꝝ quedam miniſtrāt⁹ intrantib⁹ ut baptiſm⁹:quedam exeūtib⁹ ut extrema unctio:quedā ꝓmorātib⁹:& hoꝝ quidam ſunt miniſtrātes:his datur ordo:quidā pugnātes:& hoꝝ qdam ſuccūbunt: his dat̄ pnia:quidā iſiſtunt: & his ꝓfert audacia animi ut roborētur:& hoc per ꝓfirmationē: cibus ut ſubſtentētur:& hoc p̄ euchariſtie ſūptionē:fit remotio ipedimēti ne deficiantur: & hoc p̄ matrimonii ꝓiunctionē.¶ Scđo uidendum ē qualiter ꝓfecret:& prio de altare ſ̄o de ipa eccleſia.¶ Ad ꝓfecrationē aūt altaris qnq; ꝓcurrūt:prio quattuor cruces de aqua benedicta i q̄ttuor cornib⁹ ꝓfigurant: ſ̄o ip̄m altare ſepties cū aqua eadem aſpgit: tertio incēſum i ipſo cremat : q̄rto chriſmate inungitur:quinto mūdis pānis opit .Hec aūt repñtant ea que debent habere ad altare accedentes . Debēt enim habere charitatem q̄druplicē .ſ.ad deū:ad ſe ipos: ad amicos: & ad inimicos:& hec ſignificant q̄ttuor cruces q̄ttuor cornib⁹ altaris facte. De his gen̄. 28. Dilataberis ad oriētem & occi. & ſeptē. & meridiē:uel per q̄ttuor cruces oñditur q̄ xp̄s p̄ crucē q̄ttuor mundi ꝑtes ſaluauit: uł ut oñdatur q̄ q̄ttuor modis debemus crucē portare.ſ.i corde p̄ meditationē:i ore p̄ ꝓfeſſionem:i corpe per mortificationē:in facie p̄ ipreſſionē.¶ Septem aūt aque aſpſiones ſūt 7.ſanguinis xp̄i effuſiones : quaꝝ pria fuit i circūciſione:ſa in oratione:tertia i corporis flagellatiōe:quarta in capitis coronatione : qnta in manuū ꝑforatione:ſexta i pedū crucifixiōe:ſeptima i lateris aptione. Circuitus aūt altaris ſignificat uigilātiā &curā quā debēt habere miniſtri altaris erga ſubditos ne icidāt i.vii.uitia capitalia Cant. Inuenerunt me uigiles qui cuſto.ciuitatē ꝛc.¶ Debent etiā habere orationē ſeruentē & deuotam : qđ ſignificatur p̄ ꝓcremationē thuriſ:

Habet enim thus uirtutē ascendendi ex fumi leuitate: ꝓsolidādi ex qualitate: ꝓstringendi ex glutinitate: ꝓfortandi ex aromatitate. Sic oro ascendit in dei memoriā: animā ꝓsolidat q̄tum ad culpam p̄teritā impetrando medelam: ꝓstringit q̄tum ad futurā impetrando cautelā: ꝓfortat q̄tum ad p̄sentē impetrādo tutelam. ¶ Vel pōt dici: q̄ deuota oro p thꝰ significatur: qa habet ad deū ascendere. ps. Dirigat oro mea sicut incensum ꝛc. apocal. 8. Data sunt ei incēsa multa: ut daret de oratiōnibus scōꝝ ꝛc. ¶ Debent insup habere nitorem ꝓscie: & odorē bone fame: quod significatur p chrismatis unctionē: quod ꝓficitur ex oleo & balsamo. Oleū eni est nitor ꝓscie quaꝫ debēt habere purā. gal. Gloria nostra hec est testimoniū ꝓscie nostre. Balsamū est odor bone fame: quam debēt habere clarā: prima timo. 3. Oportet eēm testimoniū habere bonū: & ab his qui foris sunt ꝛc. ¶ Debent p̄terea habere munditiā opationis sancte: quod significatur p pannos albos & mūdos: quibꝰ altare uestitur: Apocal. 3. Vestimentis albis induaris: ut nō appareat ꝓfusio nuditatis tue. Bern. Modicū ualet accedenti ad altare: si habet dignitatē summā & uitam infimā. ¶ Secūdo uidendum est de ecclesia qualiter ꝓsecrēt: ad quod quattuor concurrunt. ¶ Primo enim eps ecclesiā ter circuit: & qualibet uice ad ianuam ueniens baculo pcutit dicens: Tollite portas ꝛc. ¶ Secundo interius & exterius aqua benedicta ecclesiā aspergit. ¶ Tertio in pauimento crucem de cinere facit ex transuerso angulo orientis usq; ad angulum occidentis & ecōuerso: & ibidem litteris grecis & latinis alphabetum describit. ¶ Quarto in parietibus ecclesie. 12. cruces depingit: ante quas cereos. 12. accendit: & ipsas chrismate inungit. ¶ Primū ergo. s. triplex circuitus significat triplicē circuitum: quē fecit xps ꝓpter ipsiꝰ ecclesie sanctificationē. Primū quo de celo uenit in mūdum. Secundū quo de mundo uenit ad limbum. Tertium quo de limbo resurgens ascēdit ad celum. Primum fuit ad saluationem peccatoꝝ. Secundū ad liberationē damnatorum. Tertium ad glorificationē beatorum. ¶ Vel triplex circuitus fit ad ostendendum q̄ ecclesia ꝓsecratur ad honorem trinitatis. ¶ Vel significat triplicē statum saluandorū qui sunt uirgines: continentes: & coniugati: qui etiam designantur in dispositione materialis ecclesie. Nam sanctuarium significat uirgines: chorus ꝓtinentes: corpus nubētes strictius est sanctuarium q̄ chorꝰ: & chorus q̄ corpꝰ: quia dignior est ordo uirginū q̄ cōtinentum: & ꝓtinentum q̄ ꝓiugatoꝝ: ut dicit ricardus. ¶ Secundū. s. trina ad hostium percussio: significat triplex ius: quod habet christus in ecclesia. Est enim sua creatione redemptione & glorificatione: & hoc triplici iure ei debet aperiri: ut dicit anselmus. ¶ Tertium. s. exclamatio Tollite portas ꝛc. significat trinam eius potentiam. s. in celo: i mundo: & i inferno. ¶ Secūdum. s. aque benedicte interius & exteriꝰ aspersio fit triplici de causa. ¶ Primum propter demonis expulsionem: ut dicit in exorcismo aque. Fias aqua exorcizata ad effugandum inimicū ꝛc. Fit autem hec aqua: ex aqua: uino: sale: & cinere: quia quattuor maxime expellunt diabolum. s. lachrymarum effusio: que p aquā Spiritualis exultatio: que per uinum. Matura discretio: que per salem. Et profunda humiliatio: que per cinerem. ¶ Secūdo ꝓpter ipsius ecclesie expiationem. Omia enim terrena propter peccatum sunt corrupta: & iō locus aspergitur: ut ab immunditia purgē unde in lege omnia pene aqua mundabant. ¶ Tertio propter remouendam maledictionem. Terra enim a principio cum omni fructu suo maledictionem accepit: aqua uero nulli maledictioni subiacuit. Hinc est: q̄ dominus comedit piscem: sed nunq̄ legitur comedisse carnem nisi agni paschalis propter preceptum legis. Tertiū. s. alphabeti descriptio: representat primo ꝓiunctionem utriusq; populi: uidelicet gentilis & hebrei p crucem xpi factam. Vnde & illa crux ex transuerso ducitur ab angulo orientis usq; ad angulum occidentis: ad significandum: q̄ populus dexter factus est sinister: & qui erat i capite: factus est in cauda & ecōuerso. ¶ Secundo representat paginam utriusq; testamēti per crucem xpi adimpleti: unde moriens ait cōsumatum est. Et crux ex trāsuerso ducitur: quia unum testamentum in alio continetur: quia rota est in rota. ¶ Tertio representat articulos fidei: quibꝰ rudes & neophyti de utroq; populo erudiuntur: qui se cinerem & puluerem reputare debēt: iuxta illd̄ geñ. 18. Loquar ad dñm meū cū sim puluis & cinis. ¶ Quartū. s. i. 12. locis crucis impssio illuminatio & inunctio fit triplici rōne. Prio ꝓpter demonū terrorē: qui inde expulsi sunt: ut uidentes signū crucis: illuc ingredi non p̄sumant. ¶ Secundo ꝓpter triūphalem ostensionē. Cruces eni sunt uexilla xpi: ut ostendat eni: q̄ locꝰ ille dñio xpi est subiugatus cruces depingunt: sicut qñ ciuitas aliqua ab impatore capit: impiale uexillū in ea erigit. ¶ Tertio ꝓpter apostoloꝝ rep̄sentationē. Nā. 12. luminaria ante cruces posita significant. 12. apostolos: qui p fidē crucifixi mundū illuminauerunt. Cruces autē chrismate unguntur: quoniā apostoli fidē passionis xpi ad cognitionē inflāmauerūt: & ad amorem unxerunt: uidelicet ad ꝓscie nitorē

qđ per oleum: & ad bone fame ōdorem: qđ per balsamum. ¶ Tertio uidendum est qua liter & per quos ecclesia prophanetur. Scié dum: ꝙ domum dei per tres legim⁹ propha nari. ſ. per hieroboam: per nabuzardan & p antiochum. Hieroboaz sicut legitur. 3. g. 12 duos uitulos fecit ponens unum in dan & al terum in bethel: que dicit domus dei. & hoc propter auaritiam fecit: ne. ſ. regnum ad ro boam rediret. Nabuzardan sicut legitur. 4. g. xxv. domum dei combussit. Nabuzardan princeps coquorum significat gulaz & lasci uiam: Rex antiochus qui fuit superbissimus & ambicioſus domum dei polluit: & conta minauit sicut habetur primo maccabeoꝝ. i. & significat ipsam superbiam. Ad denotan dum ꝙ per hec tria uitia clericorum domus dei. i. ecclesia prophanatur. ſ. per auaritiam gulam & superbiam: primum cōmuniter ui get in religioſis: ꝙm in clericis: tertium in p̄ latis. ¶ Et sicut p tres ecclesia fuit propha nata. Ita & per tres alios extitit dedicata. ſ. per moyſen. Salomonem & iudam maccabe um: per ꝙ insinuatur ꝙ dedicantes domum dei debent habere humilitatē que in moyſe. Sapientiam & discretionem que in salomone uere fidei confessionez que i iuda maccabeo denotatur.

¶ De dedicatiōe ecclesie spiritualis. CXXII

DEdicatio ecclesie siue templi spi ritualis: quod sum⁹ nos: iuxta il lud apostoli templum enim do mini sanctuz est: qđ estis uos. Et iterum. Nescitis quia corpora ue stra templum sunt spiritussancti: sub solen nitate dedicationis materialis templi ab ec clesia celebratur. Nam sicut ait augustinus Quotiescunq; altaris uel templi festiuitatez colimus: si fideliter & diligenter attendim⁹: & sancte ac iuste uiuimus: quicquid in tem plis manufactis agitur: totum in nobis spe ciali edificatione completur. Ipsa enim spiri tualis ecclesia cōstruitur ex lapidib⁹ uiuis: prima petri ꝓo: Tāq̄ lapides uiui super edifi camini ꝛc. Ex lapidibus quadris. Nam quat tuor latera lapidis spiritualis sunt fides spes charitas & opatio: que equalia sunt: quia ut dicit gregorius. Quantum credis tantuz speras: quantum credis & speras tantum diligis & quantum credis speras & diligis tantum operaris. ¶ In hoc quidem templo altare ē cor nostrum: supra qđ tria debent deo offer ri: primum ignis dilectionis perpetue: leui. undecimo: Ignis nunq̄ deficiet i altari: secū dum incensum orationis odorifere: primo pab. vi. Aaron & filii eius adolebunt incen sum super altare ꝛc. Tertium sacrificium iu stitie: qđ sacrificium consistit i oblatiōib⁹ pe nitentie: in holocaustis dilectionis perfecte: & in uitulos carnis mortificare psalmista. Acceptabis sacrificiuz iusti. oblatiōes & ho locausta: & tunc iponēt super altare tuū ui tulos. ¶ Templum autem spirituale: qđ su mus nos ad istar templi materialis consecra tur. ¶ Primo enim summus pontifex christ⁹ hostium cordis clausum inueniens circuit: dum peccatum oris cordis & operis ad me moriam eius reducit. De hoc triplici circui tu dicitur isaie uigesimotertio. Sume citha ram: quo ad primum circui ciuitatem scili cet cordis: quo ad secundum meretrix obli uioni tradita: quo ad tertiū. ¶ Secundo ipm hostium cordis clausum ter percutit ut sibi aperiat. Percutit enim ipsum cor ictu benefi cii consilii & flagelli: de qua triplici percus sione dicitur prouer. primo. Extendi manuz meam: quo ad primum: despexistis loquiē ad malos omne consilium meum: quo ad se cundum & increpationes meas neglexistis: quo ad tertium. ¶ Vel ter percutit dum ra tionalem mouet ad peccati cognitionem: cō cupiscibilem ad dolorem. Irascibilem ad ui dictam & detestationem. ¶ Tertio ipsum tē plum spiritualiter aqua in eius & extra de bet irrigatri. Hec autē trina irrigatio trina est lachrymaꝝ effusio: mens enim uiri sancti ut dicit gregorius: dolore afficitur conside rando ubi fuit: ubi erit: ubi est: & ubi non ē: ubi fuit inquit in peccato: ubi erit in iudicio ubi est in miseria: & ubi nō ē in gloria: huic autem aque admiscentur sal uinuz & cineres quia cum his lachrymis debet admisceri ui num spiritualis exultationis: sal mature dis cretionis: & cinis profunde humiliationis. Vel per uinum lymphatum intelligitur uer bum incarnatū: per salem sanctitas ei⁹ uite: que est omnibus condimētum: per cinerem passionis eius supplicium. His igitur debe mus cor nostrum aspergere scilicet beneli cio incarnationis: per quod prouocemur ad humilitatem: exemplo eius conuersationis per qđ informemur ad sanctitatem: & me moria eius passionis per quam incitemur ad charitatem. ¶ Quanto in hoc templo cor dis scribitur spirituale alphabetum siue spi ritualis scriptura. Que quidem triplex est scilicet dictamina faciendorum: testimonia diuinorum beneficiorum: & accusatio pro priorum delictorum ro. 2. Cum enim gētes que legem non habent naturaliter ea que le gis sunt faciunt. huius legem non habentes: ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Ecce primum te stimonium reddēte ꝓscientia ipoꝝ. Ecce ꝙm & iter se cogitationū accusātiū. Ecce tertiū ¶ Quinto debent pingi cruces. i. assumi pe nitentie asperitates: que debent inungi & il

luminari: quia non ſolum ferende ſunt patienter ſed etiã libenter: quod p unctionẽ: & ardẽter: quod per ignẽ. Vnde Bern. Qui minat timore crucẽ xpi portat: q amore portat patienter: qui proficit in ſpe portat libenter: ſed qui ꝓſumuntur in carne amplectit iam ardẽter. ¶ Qui igitur hec omnia habebit: uere templum ad honorem dei dedicatum erit: dignus plane in quo xps in uia habitet per gratiã: ut tandem in eo i patria habitare dignet per gloriam. Quod ipſe ꝓſtare nobis dignet: qui uiuit & regnat de⁹ per omnia ſecula ſeculorum Amen.

¶ Explicit liber decimus.

¶ Incipiunt capitula libri undecimi.

De ſanctis duobus nepotibus xpi ſm carnẽ ꝓfeſſoribus i
De ſanctis romanis pontificibus & eorum ſucceſſione ii
De ſcõ ſyricio papa iii
De ſcõ zozimo papa iiii
De ſcõ ſimplicio papa v
De ſanctis alexandrinis epiſcopis & eorum ſucceſſione vi
De ſanctis antiochenis epiſcopis & eorum ſucceſſione vii
De ſanctis hieroſolymitanis epiſcopis & eorum ſucceſſione viii
De ſcis ceſaree paleſtine epis ix
De ſancti laodicie epis x
De ſancto modeſto ꝓfeſſore xi
De ſcõ muſano ꝑſbro & ꝓfeſſore xii
De ſcis pagato & ſociis mribus xiii
De ſcõ alcippiade martyre xiiii
De ſcõ apollonio ꝓfeſſore xv
De ſcõ polycrate epõ epheſino xvi
De ſcõ heraclito ꝓfeſſore xvii
De ſcõ maximo ꝓfeſſore xviii
De ſcõ candido ꝓfeſſore xix
De ſancto apio ꝓfeſſore xx
De ſancto ſexto ꝓfeſſore xxi
De ſancto arabiano ꝓfeſſore xxii
De ſancto leonide martyre xxiii
De ſcã mãmea regina & martyre xxiiii
De ſancto firmiliano epõ xxv
De ſanctis theodoro & anthinodoro epiſcopis xxvi
De ſancto ſyro martyre xxvii
De ſancto geramane epiſcopo & martyre xxviii
De ſancta matre quadam & filiabus uirginibus & martyribus. xxix
De ſcis audacto & ſociis mribus xxx
De ſanctis plurimis martyribus apud alexandriam xxxi
De ſcis quattuor epis martyrib⁹ xxxii
De ſancto paſnutio epõ xxxiii
De ſancta quadam captiua apud iberiam xxxiiii
De ſancto macario ꝓfeſſore xxxv
De ſancto piatone ꝑſbro & mre xxxvi
De ſcõ didymo alexandrino ꝓfeſſor xxxvii
De ſancto didymo abbate xxxviii
De ſancto pione abbate xxxix
De ſancto apelle ꝓfeſſore xl
De ſancto piamone preſbytero xli
De ſancto beniamin ſene xlii
De ſcõ coprete ꝑſbro & ꝓfeſſore xliii
De ſanctis ſyro paulo & iſaia ꝓfeſ. xliiii
De ſancto effrate monacho xlv
De ſancta ſarra abbatiſſa xlvi
De ſancta ſyncletice abbatiſſa xlvii
De ſancta tabita uirgine xlviii
De ſancto phylloronio ꝑſbytero xlix
De ſancto gadano ſene l
De ſancta ſiluia uirgine. li
De ſancto ſiſinnio monacho lii
De ſancto diocle ꝓfeſſore liii
De ſancto capithone ꝓfeſſore liiii
De ſancta amata uirgine lv
De ſancto punifico abbate lvi
De ſancto theremone abbate lvii
De ſancto artebio epõ lviii
De ſcõ habetdeũ epõ & martyre lix
De ſancto caſiodoro ꝓfeſſore lx
De ſancto geremaro abbate lxi
De ſancto rhemaclo epõ lxii
De ſancto landelmo ꝓfeſſore lxiii
De ſancto bernone abbate lxiiii
De ſcõ edgaro rege & ꝓfeſſore lxv
De ſancto deodorico epõ lxvi
De ſancta eteldrita regina lxvii
De ſcis nuldruta & nulburga uirgi. lxviii
De ſancta edburga uirgine lxix
De ſancta eggytha uirgine lxx
De ſancto hildeberto epõ lxxi
De ſancto didacho epõ lxxii
De ſancto bene abbate lxxiii
De ſancto pitrione abbate lxxiiii
De ſancto heronio ſene lxxv
De ſancto diogene monacho lxxvi
De ſcõ iulio aphricano ꝓfeſſore lxxvii
De ſancto archiloco epõ lxxviii
De ſancto agrippa ꝓfeſſore lxxix
De ſancto attico epõ lxxx
De ſancto bacchilo epõ lxxxi
De ſancto pholcate martyre lxxxii
De ſancto fetitio epõ lxxxiii
De ſancto gennadio epõ lxxxiiii
De ſancto gulphila epõ lxxxv
De ſancto gemino epõ lxxxvi
De ſancto heraclide ꝓfeſſore lxxxvii
De ſancto lucifero epõ lxxxviii
De ſancto latrociniano martyre lxxxix
De ſcõ malchione preſbytero lxxxx

De sanctō sophronio confessore lxxxxi
De scis philippo & philippo imperatoribus martyribus lxxxxii
De scō theodosio magno ipatore lxxxxiii
De scō carolo magno impatore lxxxxiiii
De sancto libertino abbate lxxxxv
De sancto equitio abbate lxxxxvi
De sancto nonoso abbate xcvii
De sancto martyrio confessore xcviii
De sancto dacio epō xcix
De sancto argentario monacho c
De sancto ualentio presbytero ci
De abbate quodam sancto cii
De sancto acontio confessore ciii
Dde sancto sanctulo presbytero ciiii
De sancto redempto episcopo cv
De sancto speciosō monacho cvi
De sancto spe abbate cvii
De sancto probo episcopo cviii
De sancta romula uirgine cix
De sancta tharsilla amita gregorii papę cx
De sancta musa uirgine cxi
De scis duob⁹ monachis mr̄ib⁹ cxii
De sancto surano martyre cxiii
De scō iusto diacon̄.& martyre cxiiii
De scō theophanio confessore cxv
De sancto antonio monacho cxvi
De sancto merolo monacho cxvii
De sancto aimone cantuariense cxviii
De scō petro tarantasiense epō cxix
De sancto rhectitio epō cxx
De sancto iuuenco presbytero cxxi
De sancto apollinare epō cxxii
De sancto paciano epō cxxiii
De sancto theodoro episcopo cxxiiii
De scō prisciliano epō & mr̄e cxxv
De sancto gelasio episcopo cxxvi
De sancto theotimo epō cxxvii
De sancto amphilaco epō cxxviii
De sancto luciano presbytero cxxix
De scis pluribus quorum sola noia & dies festiui inueniuntur cxxx

¶Expliciunt capitula libri undecimi.

¶Prologus libri undecimi.

VNdecimus hui⁹ uoluminis liber continet gestoꝝ & passionū scōꝝ differentias quattuor. ¶Prio illoꝝ scōꝝ quoꝝ dies festiui nobis fuerunt penit⁹ ignoti: sed neq; eorum legende potuerunt in aliqua superiorū librorꝝ pte cōmode collocari. Scripsim⁹ eni fauente dño gesta scōꝝ: quoꝝ festa per anni circulū occurrunt. Quib⁹ etiam addidimus quedam alia scōꝝ quorūdam: qui uel ex nominis equiuocatiōe: uel ex alia circa materiam depēdentia: uel ex alia rōnabili causa: potuerunt ceteris scōꝝ legendis coniungi sicut pūtem legentib⁹ catalogū patere pōt. Restabant aūt alique legende: que nulla occasione poterant certis diebus ānī locari: quas i hoc undecimo libro reseruauimus describ̄das. ¶Scdo illoꝝ scōꝝ gesta: que p obliuionem aliquā suis iserēda locis fuerūt omissa: quod diffiteri non p̄sumo. Cui eni adeo prestantis memorie occurrat: cūcta que legerit uel audierit p singula cordi recondere suoq; recolenda tpe: facile i promptu ad uotū habere. Neminē certe arbitror tali potiri priuilegio nisi spiritu prius fuerit afflat⁹ diuino. ¶Tertio illoꝝ scōꝝ: quoꝝ gesta & passiones post ceptū opus: mihi de nouo appuisse p̄rigisset: aut in posterum mihi uel posteris apperet: quod pp scōꝝ infinitatem & librorꝝ numerositatem accidere: de facili satis esset. ¶Quarto etiā illoꝝ scōꝝ qui p futuroꝝ tēporū successiones ab ecclesia militante canonizandi: & in scōꝝ nūero p̄scribendi forēt: qd usq; ad p̄ntis seculi finē credimus affuturꝫ. Cū non sit abbreuiata man⁹ dñi: que & in terris homines de nouo sciificare: & in celis multiplicare pōt. Horum igit̄ etiam gesta p̄nti p̄serē da uolumini: nō tam nobis q̄ posteris reseruamus. Qua de re nec ip̄m opus nr̄m: certo fine p̄cludimus: eo q; scōꝝ infinitas usq; ad seculi finem augenda: nec finē habet: nec numerum. ¶Ad festa igit̄ que p̄ntialiter habem⁹ exponēda ueniendū est. Et prio quidē librū ecclesiastice historie transcurrētes: quedam que ex ipo circa scōs aliquos omissa fuerant recolamus.

¶Incipit liber undecimus.

¶De sanctis duobus nepotibus christi ſm carnem confessoribus. Ca.I.

DVo nepotes dñi saluatoris ſm carnez: ex linea⁹ collaterali uidelicet ex ei⁹ carnali genes nepotes: inde: qui dicebatur frater dñi: quoꝝ nomina eusebi⁹ silētio tegit: tpe domitiani ipatoris sub ꝑa xpianoꝝ p̄secutione: apud iudeā florebāt Cū aūt domitian⁹ iussisset p̄mi oēs de genere dauid & stirpe regia descēdentes: hi duo delati sūt duplici inuidia: uidelicet q̄ ex dauid genere: & ipius xp̄i p̄piquitate nati eēnt. Quos reuocat⁹ qdā: q in hoc missus fuerat: p̄duxit ad domitianū. Nā & ip̄e d̄ aduētu xp̄i sicut & alias herodes formidabat. Interrogati autem a cesare si essent ex familia dauid

consitentur. Interrogati quantis essent facultatibus uel possessionibus prediti. Respondent: q; utriq; non amplius eēt in bonis nouem milibus denariis. Ex quibus singulis pars media proportione debetur: nec hec sibi in pecunia: sed in estimatione terre subsisterent: quam habebant in trigintanouem iugeribus constitutam: quamq; suis manibus excolebant ad uictum consequendum: & tributum persoluendum. In cuius testimoniū manus labore rigidas: & callis obduratas proferebant. Interrogati de christo: quale ē regnum eius: uel quis ipse: aut unde: uel quando uenturus. Respondent: q; neq; hui⁹ mundi regnum: neq; huius terre ei designetur imperium: sed celeste ei regnum per angelorum ministeria in consumatione seculi preparetur: quando scilicet uenturus in gloria de uiuis ac mortuis iudicabit. Domitianus autem cum neq; in eis quicq̄ criminis inueniret: & utilitatem eorum ac uerba maxime contemneret: abire eos libere iubet. Illi uero dimissi uel martyrii merito: uel tante propinquitatis prerogatiua: pacis tempore duces ecclesie effecti usq; ad traiani tempora permanserunt.

¶ De sanctis romanis pontificibus & eorum successione. II

ROmani pontifices & eorum successiones: ideo hic ponuntur: ut: que ecclesiastice historie libro restabant: hic recolligantur: & ipsius ordo libri per singula sūmarie transcurratur: quatenus ad quosdam sanctos episcopos romanos pontifices: qui i catalogo sanctorum conserti sunt: & hactenus omissi fuerunt: perueniatur. Liber itaq; historie ecclesiastice romanos pontifices enumerat a beato petro apostolo usq; ad syricium papam: qui successit damaso per successiones sanctorum episcoporum numero. 41. Sub quo syricio liber prefatus finem facit. Omēs autem pape: qui in dicto libro describunt sanctificati habent: aut i ordine martyrum aut confessorum: excepto liberio qui hereſis arriane labe maculatus sanctorum pōtificum cetum sedauit: sicut alter iudas apostolorum collegium: & nicolaus sacrum numerum leuitarum. ¶ Primus igit in sede romana beatus petrus apostolus pōtificatum tenuit: & primo quidem sedit antiochie annis septē: deinde cathedram episcopalem in urbe roma tenuit ānis uigintiq; mensibus quinq; & diebus tredecim: de quo supra actum est in festo cathedre sancti petri. 8. calē. martii: & in festo passionis ipsius 3. calē. iulii. ¶ Secundus episcopus fuit lin⁹ de quo supra dictum est in eius passione. 9. calen. octobris. ¶ Tertius fuit clet⁹: de quo supra in eius passione sexto calēdas martii. ¶ Quart⁹ fuit clemens: de quo supra in ei⁹ passione nono calen. decembris. ¶ Quintus fuit anacletus: de quo supra tertio idus iulii ¶ Sextus fuit euaristus: de quo supra septio calēdas nouembris. ¶ Septimus fuit alexander: de quo supra quinto noñ maii. ¶ Octauus sixtus primus: de quo supra octauo id⁹ aprilis. ¶ Nonus telesporus: de quo supra noñ. ianuarii. ¶ Decimus iginus: de quo supra q̄rto idus ianuarii. ¶ Vndecimus fuit pius: de quo supra qnto id⁹ iulii. ¶ Duodecimus anicetus: de quo supra. 15. calē. maii. ¶ Tertiusdecimus sother: de quo supra decimo calendas maii. ¶ Quartusdecimus eleutherius: de quo supra septimo calēdas iunii ¶ Quintusdecimus uictor: de quo supra quto calen. augusti. ¶ Sextusdecimus zepherinus: de quo supra septimo calen. septembr̄. ¶ Decimusseptimus callistus: de quo supra pridie idus octobris. ¶ Decimusoctauus urbanus: de quo supra octauo calendas iunii. ¶ Decimusnonus pontianus: de quo supra tredecimo calendas decembris. ¶ Vigesim⁹ antherius fuit: de quo supra actum est noñ ianuarii. ¶ Vigesimusprimus fabianus: de quo supra. 13. calend. februarii. ¶ Vigesim⁹ secundus fuit cornelius: de quo supra decimoctauo calend. octobris. ¶ Vigesimustertius lucius: de quo supra quarto noñ. martii. ¶ Vigesimusquartus stephanus: de quo supra quarto noñ augusti. Vigesimusquintus sixtus secund⁹: de quo supra octauo id⁹ augusti. ¶ Vigesimussextus dionysius: de quo supra. 7. calē. ianuarii. ¶ Vigesimusseptim⁹ felix primus: de quo supra tertio calē. iunii ¶ Vigesimusoctauus fuit marcus prim⁹: de quo supra nonis octobris. Et hic sol⁹ de numero tantorum pontificum: uidelicet tam supra positorum q̄ infra ponendorum usq; ad siluestrum papam martyriū euasit. ¶ Vigesimusnon⁹ eutychian⁹: ꝺ quo supra sexto id⁹ decembris. ¶ Trigesimus caius: de quo supra decimo calen. maii. ¶ Trigesimusprimus marcellin⁹: de quo supra. 6. calē. maii. ¶ Trigesimussecūd⁹ marcell⁹: de quo supra 17. calen. februarii. ¶ Trigesimustertius⁹ eusebi⁹: de quo supra. 6. calē. octobris. ¶ Trigesimusquart⁹ melchiades: de quo supra q̄rto id⁹ decembr̄. Omnes prefati pontifices excepto marco per martyrium assumpti fuerūt. ¶ Trigesimusquint⁹ fuit siluester prim⁹ iter epos ꝓfessores: de quo supra actū est pridie calē. ianuarii. ¶ Trigesimussext⁹ fuit marc⁹ ꝑs: ꝺ quo supra noñ. octob. ¶ Trigesimusseptim⁹ iuli⁹: de quo supra idib⁹ april. ¶ Trigesimusoctau⁹ fuit liberi⁹ heretic⁹ tpe ꝓstātii impatoris: q prio qdē dū nollet arriane hereſi ꝓsentire ab eodem augusto in exiliu3

missus ẽ:ubi stetit per annos.3.Sed demum consentiẽs hereſi predicte: ab eodẽ ꝑstantio reuocatur:& in eꝑm cõfirmat:& felix qui in eius locum a clero & populo romano ꝑstitutus fuerat papa martyrio coronatur. ¶Sicq; xxxviiii⁹. eꝑs fuit felix scds mr̃ de quo actũ est.4.cal.auguſti. ¶Quadrageſim⁹ fuit damaſus papa & ꝑfeſſor:de quo ſupra actũ ẽ.3 id⁹ decembris. ¶Quadrageſimuſprim⁹ ſyricius ſub quo liber eccleſiaſtice hiſtorie finem facit.Et hunc omiſſum immediate infra ſupponemus.

¶De scõ syricio papa. III.

SYricius papa natione roman⁹ ex patre tyburtio damaſo pape in epiſcopatu romano ſucceſſit: & ſedit ãnos.xv.mẽſes.xi.dies.xxv. Hic ꝑstituit ut mõachi fierẽt clerici utilitatis cã uel ſumme neceſſitatis.Et ut nullus preſbyter miſſas celebraret niſi in ſacratis ab eꝑo locis. Hic manicheos i urbe inuenit quos exilio dãnauit.Et ꝑstituit ut non ꝑticiparent cũ fidelib⁹ cõioné.Sed precepit ut ſiquis ex eadẽ ſecta rediret ad eccleſiã cõuerſus : nullatenus cõicaret: niſi tantũ religioni monaſterii oĩb⁹ diebus uite ſue obnoxius teneretur ieiuniis & oratiõib⁹ macerat⁹:& probat⁹ ſub oi examie uſq; ad ultimũ diẽ tranſitus ſui: & ſic uiaticũ recipiat. Hic quoq; ſynodũ celebrauit apud ꝑstantinopolim.350.eꝑoꝝ. Et poſtq̃ ſedẽ apoſtolicã feliciter gubernaſſet: dormiuit cũ patrib⁹ ſuis. Et ſepultus ẽ ad ſcũm petrũ plenus ſcitate. Et ceſſauit eꝑatus dies.xx.

¶De scõ zozimo papa. IIII.

ZOzimus papa natiõe grec⁹ex patre abramio innocẽtio pape prio in pontificatu romano ſucceſſit. Seditq; ãnos.2.mẽſes.8.dies.25. Hic multa ſcitate polluit:& pauperꝝ largus beneficus extitit. Hic ꝑstituit ut ſeruus nullomodo clericus fieret. Et in ſabbato scõ cereũ i oĩb⁹ titulis urbis bñdici ꝑcepit.Et oẽs clericos uinũ in publico uendere prohibuit.Et hic plen⁹ ſcitate in pace qeuit.Et ſepult⁹ eſt in uia tyburtina iuxta corp⁹ bti laurẽtii mr̃is.Et ceſſauit eꝑat⁹ dies.xi.

¶De scõ ſimplicio papa. V.

SImplicius papa natiõe tyburtin⁹ ex patre caſtino hilario pontifici i eꝑatu romano ſucceſſit: & ſedit annos.xv. mẽſe3.i.dies.vii. Hic uir beatiſſim⁹ dedicauit eccleſiã ſci ſtephani iuxta baſilicã ſci laurẽtii:& baſilicam ſcẽ ſabine mr̃is: ubi corp⁹ eius requieſcit:cũ.4262.ſcõꝝ corporib⁹.Hic.28.ꝑſbyteros ꝑ titulos i urbe roma ꝑstituit:pp penitentes & baptiſma.Et ut.7. eꝑi ꝑ hebdomadas ad eccleſias patriarchales ſiue ad earum regiones manerẽt.Et fecit.v. regiões ꝑſbyteris urbis diuidẽdas.Primã regioné ad ſcũm ioánez lateranẽſem. Scdam ad ſcũm petrũ. Tertiã ad ſcũm paulũ.Quartã ad ſãctũ laurentiũ extra muros. Quintam ad ſcãm mariam maioré. Cõſtituit quoq; ut null⁹ cleric⁹ inueſtiturã a laico r̃cipet. ¶Sub hui⁹ eꝑatu uenit relatio de grecia ꝑ epl̃am ab acacio cõſtantinopolitano eꝑo : ſimulq; & atimotheo catholico: & affirmauit petruꝫ alexándrie urbis eꝑm eẽ eutychianũ hereticũ:plurima de eo crimina affirmás.Quo audito ſimplicius dãnauit petrũ ita tñ ut pnie ſeruaret tꝑs . Et poſt hec ſcũs eꝑs quieuit i dño : & ſepultus eſt iuxta corp⁹ bti petri apoſtoli i uaticano. Et ceſſauit eꝑatus dies ſeptẽ.

¶De scis alexandrinis epiſcopis & eorum ſucceſſione. VI

ALexandrini eꝑi quoꝝ ſucceſſiões in eccleſiaſtice hiſtorie libro deſcribunt̃ :& qui i ſcõꝝ catalogo ꝓnumerant̃ :fuerũt nũero.23.uidelicet a btõ marco euangeliſta uſq; ad theophilũ:uidelicet a pria iſpi⁹ eccleſie fundatiõe : uſq; ad tẽpora archadii & honorii auguſtoꝝ. ¶Quoꝝ pontificũ:primus iſpi⁹ eccleſie fundator fuit beat⁹ marc⁹ ap̃s & euãgeliſta: de quo i ꝓo libro eccleſiaſtice hiſtorie habet̃:& de quo ſupra in ei⁹ paſſione dictũ ẽ.7.cal.maii. ¶Scds fuit ſcũs anianus prefati marci diſcipul⁹: de quo ſupra dictum ẽ.4.noñ octobris:qui tenuit iſpaꝫ ſedẽ ꝑ ãnos.22. ¶Terti⁹ fuit abili⁹ de quo ſupra dictũ ẽ.8.cal.martii:qui ſedit i ipſa ſede annis.13. ¶Quartus ſucceſſit cerdo de quo habetur.4.libro eccleſiaſtice hiſtorie cap.i.& hic ibidem ſedit annos.17. ¶Quint⁹ fuit primus de quo eodẽ libro cap.4.& hic ſedit in ipſa ſede ãnos.xii. ¶Sext⁹ fuit iuſt⁹:de quo eodẽ libro ca.5.& hic annos.xi.ſedit. ¶Septimus ſucceſſit eumenides: de quo prefato libro cap.xi. qui & ſedit ibidem annos.xiii. ¶Octauus fuit marcus de quo eodeꝫ libro & capitulo:qui & ſedit annos.x. ¶Non⁹ fuit celadion:de quo eodem libro capitulo.19 qui & ſedit annos.xiiii. ¶Decim⁹ fuit agrippinus de quo eccleſiaſtice hiſtorie libro.v. capitulo nono & hic ſedit annos.xii. ¶Vndecimus ſucceſſit iulianus: de quo eodem libro capitulo.xxii. qui ſedit per annos decẽ. ¶Duodecimus fuit demetrius de quo libro vi.cap.xix.qui & ſedit annos.43. ¶Tredecimus fuit heraclas:de quo habetur eodem libro capitulo. xxii. ꝙ fuit unus ex diſcipulis origenis probatiſſimus : cui & preceptor eius ex alexandria profugus : ueniens ceſaream auditorium ſuum reliquerat. Et cum hic apud ceſaream moraretur : innumeri ad eum non ſolum regionis ipſius

uiri:sed ex ꝓuinciis ꝓcul positis ꝙcurrebāt: & relicta patria:ac ꝑntib⁹ ꝙsequebāt eū tāq̄ deū docētē. Et hic in ipsa eccleſia ꝑfuit ānos ſex. ¶ Decimus quart⁹ huic ſucceſſit dionyſi us:de quo lib.6.eccleſiaſtice hiſtorie mul ta ꝙſcribunt:& de hoc ſupra actū eſt in ge ſtis ei⁹.15.calē.decēbr. Hicq; ſedit ānos.17. ¶ In ſequētibus uero eccleſiaſtice hiſtorie libris addunt:& alii.8.pontifices alexandri ni. ¶ Ex his autē quintuſdecimus in ordine fuit maxim⁹:qui ſedit ānos.13.de quo ſupra 6.calē.iunii. ¶ Sextuſdecim⁹ theonas:qui ſe dit annos.19.de quo ſupra.10.calē.ſeptēbr. ¶ Decimuſſeptim⁹ petrus : de quo ſupra in eius paſſione actū eſt.6.calē.decembris : q ſedit annos.xii. ¶ Decimuſoctau⁹ achillas: de quo ſupra in ei⁹ legenda.7.id⁹ nouēbris: q ſedit annos.9. ¶ Decimuſnon⁹ alexāder: de quo ſimiliter ſupra i geſtis eiuſdē.4.cal. martii:qui ſedit ānos.7. ¶ Vigeſimus atha naſius doctor inſignis:qui ſedit ānos.46.de quo ſupra actū ē in geſtis eius.6.non. maii ¶ Vigeſimuſprim⁹ petr⁹ ꝓs: q licet martyr nō fuerit:de ſede tñ eiect⁹ eſt ad tēp⁹ p quen dā luciū hereticū:qui alexandrinā eccleſiaꝫ inuaſit. ¶ Vigeſimuſſecund⁹ huic ſucceſſit timothe⁹:ſub quo liber ꝑfatus eccleſiaſtice hiſtorie ꝙcludit. Oēs aūt ꝑnomiati glorioſi pontifices in ſcō; numero collocant.

¶ De ſanctis antiochenis ep̄is & eorum ſuc ceſſione. VII

ANtiocheni ep̄i:quo; ſucceſſiōes & tēpora i eodē eccleſiaſtice hi ſtorie lib. ꝙſerta ſūt: & q i ſcō; catalogo ponūt : ſūt nūero.24. uidelicꝫ a btō petro apoſtolo:q prim⁹ antiochie ſedit uſq; ad ep̄m flauianū: q floruit tpe:quo dict⁹ liber ꝙcluſiōis ſuo; tēpo; finē accepit. ¶ Ho; autē pontificum prim⁹ fuit btūs apoſtolus petr⁹: qui primā ei⁹ eccleſie antiochene cathedrā accipiēs:ibi dē ſedit ānos.7.ſicut dictū ē ſupra in cathe dra ſci petri.8.calē.martii. ¶ Secundus fuit zacheus:cui idem apoſtolo; princeps antio chia diſcedens:eandem eccleſiā cōmēdauit: ſicut habet in itinerario bti clementis:& de hoc ſupra dictū eſt.10.calē.ſeptembris. Hic aūt ep̄s in libro eccleſiaſtice hiſtorie nō po nitur:forte ex eo quia nō uere ſucceſſor pe tri:ſed quaſi eius uicarius fuerit:cum ut di ctum eſt:ei petr⁹ dictā eccleſiam ꝓmēdauit: & modico tempore ibidem preſidens forte ante pet; occubuit. ¶ Tertius fuit enodius epiſcopus & martyr:de quo ſupra in ei⁹ paſ ſione actum eſt pridie nōn maii. ¶ Quartus fuit ignatius ep̄s & martyr:de quo etiā actū eſt in eius paſſione calē.ſebruarii. ¶ Quint⁹ fuit hero epiſcopus & martyr: & de hoc ſu pra actum eſt.16.calē.nouembris:de his ha betur in tertio eccleſiaſtice hiſtorie libro. ¶ Sextus ſucceſſit cornelius. ¶ Septimus fu it hero ſecundus. ¶ Octauus theophilus: q ſextus poſt apoſtolos deſcribitur occaſione memorata. Et de hoc ſupra actum eſt tertio idus octobris. Et de his habetur mentio ec cliaſtice hiſtorie libro q̄rto. ¶ Non⁹ ſucceſ ſit maximus. ¶ Decimus ſerapion : & de his duobus in libro quinto . ¶ Vndecimus fuit aſclepiades:de quo ſupra.15.calē. nouembr̄ ¶ Duodecimus philetus. ¶ Tredecimus aūt fuit zeben⁹. ¶ Quartuſdecim⁹ babilas mar tyr:de quo ſupra actum eſt in eius paſſione 9.calē.februarii. Et de his in libro.6.eccle ſiaſtice hiſtorie tractatur. ¶ Decimuſquint⁹ his ſucceſſit fabianus:& de hoc etiam in pre fato lib.mentio hēt . ¶ Decimuſſextus autē fuit demetrianus. ¶ Decimuſſeptim⁹ fuit dō nus. ¶ Decimuſoctau⁹ ſucceſſit time⁹. ¶ De cimuſnonus quirilus. ¶ Vigeſimus aūt fuit dorotheus:uir eruditiſſimus & in ſcripturis diuinis ſatis intentus:qui pro multa diligen tia etiam hebraicam liguam didicerat. Gre ca autem eruditione liberali a puero fuerat inſtitutus. Is eunuchus a natiuitate fuit:quē diocletian⁹ imperator in admiratione & ue neratione habebat:& ei ꝓtulerat ꝑpoſituram: Cuius & euſebius ceſarienſis eccleſie cōſcri ptor hiſtorie auditor fuit: ut de ſe ipſo tra dit. ¶ Vigeſimuſprimus huic ſucceſſit tyrā nus:ſub quo eccleſiarum perſecutio icreuit De his agitur eccleſiaſtice hiſtorie libro.7. ¶ Vigeſimuſecundus fuit eudoxius. ¶ Vi geſimustertius autem ſucceſſit meletius:de quo ſupra dictum eſt pridie nōn decembris Et de his duob⁹ habetur in.10. eccleſiaſtice hiſtorie libro . ¶ Vigeſimuſquartus autē & ultimus conſcribitur flauianus in ipſius hi ſtorie libro.xi. Quo tempore liber ipſe: ut dictum eſt finem facit:& ſue narrationis con cluſionem.

¶ De ſanctis hieroſolymitanis ep̄is & eorū ſucceſſione. VIII

HieroſolymitaniepiſcopiS & eorū ſucceſſiones ac tempora in eodē libro eccleſiaſtice hiſtorie ordi ne texuntur: qui & ſanctorū nu mero ꝙſcribuntur. Et hi a beato iacobo apoſtolo uſq; ad tēp⁹:quo ſue hiſto rie liber ipſe finē facit .33. nūero colligūt. Ex his aūt.15. priores fuerūt ex hebreo; po pulo pōtifices ꝙſtituti:priuſq̄ aliqs ex gēti bus ad ep̄atū ipſi⁹ eccleſie aſſumeret:q oēs in ipſi⁹ eccleſiaſtice hiſtorie libro.4.ex ordi ne ponunt . Et de his mētio hita ē ſupra i ge ſtis zachei ep̄i hieroſolymitani.10.cal.ſept. ¶ Primus quorū fuit iacobus frater dñi:de quo ſupra actū eſt in eius paſſiōe cal.maii. ¶ Secundus fuit ſymeon : & de hoc ſupra

dictū ē. xii. cal. martii. ¶ Terti⁹ fuit iustus. ¶ Quartus succeſſit prenominatus zacheus de quo ſupra. ¶ Quintus uero fuit tobias. ¶ Sextus beniamin. ¶ Septimus ioannes. ¶ Octauus matthias. ¶ Nonus philippus. ¶ Decimus ſeneca. ¶ Vndecimus uero ſucceſſit iuſtus ꝑs. ¶ Duodecim⁹ leuius. ¶ Tredecimus effrem. ¶ Quartodecimus ioſeph. ¶ Quintodecim⁹ & finis hoꝝ iudas. ¶ Poſt iſtos aūt cepit ex gentib⁹ i ibi eccleſia ꝓgregari: ſub helio hadriano ipatore. Et primus quidem ex gentib⁹ ipius eccleſie ſacerdotiū ſuſcepit. Marcuſ mr̄ ſimul & eps de quo ſupra in ei⁹ paſſione actū eſt. xi. cal. nouēbris. ¶ Secundus uero ſucceſſit aſianus. ¶ Terti⁹ publius. Quartus autē maxim⁹. ¶ Quintus uero fuit iulianus. ¶ Sextus caius. ¶ Septimus iulianus ſecūd⁹: ¶ Octauus capithon. ¶ Nonus ualēs. ¶ Decimus uolitian⁹. ¶ Vndecimus ſucceſſit narciſſus. De quo ſupra actum eſt in geſtis eius. 4. cal. nouembris: hi oēs prefate hiſtorie eccleſiaſtice libro. v. ſucceſſiue ponuntur. ¶ Duodecimus his ſucceſſit alexander olim eps cappadocie de quo in ei⁹ legēda ſupra. xv. cal. aprilis. Et hic mrio coronatus eſt: ut de eo habetur eccleſiaſtice hiſtorie libro. vi. ¶ Tredecim⁹ ſucceſſit mazabanes & de hoc eodē libro. vi. ¶ Quartodecimus fuit hymeneus. ¶ Quintodecim⁹ zabdas: & de his libro. 7. mentio fit. ¶ Decim⁹ ſeptim⁹ ſucceſſit cyrill⁹: de quo ſupra. 4. cal. februarii. ¶ Decimuſoctau⁹ autē & ultimus ioānes: de quib⁹ duob⁹ in libro. xi. mētio habetur. Et cū hoꝝ ultimo liber ipſe terminatur.

¶ De ſcis ceſaree paleſtine epis. IX.

CEſarenſes epi illius uidelicet ceſaree que ē in paleſtina: qui in p̄fato eccleſiaſtice hiſtorie libro ſci ponūtur: & ſucceſſiue ſibi cō numerant̄ fuerūt q̄ttuor. ¶ Primus quoꝝ eſt theotiſtus: de quo habetur libro. vi. ꝙ auditor fuit origenis: & una cum ſcō alexandro hieroſolyme epō: omne pene uite ſue tēpus ad audiēdū ipm̄ mācipabant: atq; ipſi ſoli diuinis ſcripturis & eccleſiaſtica doctrina ſūma magiſterii ꝓcedebāt. ¶ Secundus fuit domn⁹: qui p⁹ breue tps defunctus eſt. Tertius theotign⁹ qui etiā origenis auditor fuerat. Et de his duobus fit mentio libro. 7. capꝰo. 18. ¶ Quartus ſucceſſit agapius: qui multo labore: multa q; diligentia i gubernatione populi adhibita: & precipue erga indigētes paterna prouidētia ferebat. A quo & uir per oia prudentiſſim⁹ uita eruditione & morib⁹ adornatus: pāphilus ipi⁹ eccleſie preſbyter ſurrogat⁹ eſt: ut habetur libro. 7. eccleſiaſtice hiſtorie ca. 28.

¶ De ſcis laodicie epis. X.

BAodicieſeſ ſci epi: qui ſcōꝝ numero ꝓſcribunt̄ i premiſſo libro. v. noīatim explicātur. ¶ Prim⁹ quorum fuit ſocrates. Secūdus euſebius alexandrinus genere: qui in cā pauli ſamoſateni ad ptes ſyrie cū ueniſſz: q; eſſet in ſcripturis diuinis erudit⁹ a fr̄ibus ſtudioſis uelut theſaurus quidam reptus ultra nuſq̄ abire permiſſus ē: ſicut dionyſius i epiſtolis ſuis ſcribit. ¶ Terti⁹ huic ſucceſſit anatolius: de quo ſupra actum ē in ei⁹ feſto. vi. idus martii. De his agit̄ libro. vii. ca. 27. ¶ Quartus fuit ſextus eps. ¶ Quintus autē ſucceſſit ſtephanus qui nō fuit ſcūs. Nam de eo habetur: q; licet eruditione & eloquentia prioribus nō inferior fuerit: ſed fidei uirtute longe diſſimilis: ſicut ꝓſecutiōis ignis ꝓbauit. Nihil enīm philoſophie i neceſſitate tentationis oñdit. ¶ Sextus aūt & ultimus q & ſcūs noīatur theodotus uir nō ſolum uerbis ſed reb⁹ & uirtutib⁹ ornatus. Hic arte quidē medicus fuit. Sed & aiaꝝ a dño translatus ē in medicinā: uere incōpabilis: q; ſuper oēs pene homines fide miſericordia ſtudio uigilantia atq; oib⁹ optimis iſtitutiōib⁹ claruit. In ſcripturis quoq; diuinis laborē q̄plīmū geſſit. Hic in pace quieuit. 4. non̄. nouēbris. Hec prefato libro. 7. ca. 28.

¶ De ſcō modeſto confeſſore. XI.

MOdeſtus ꝓfeſſor uita & doctrina apud antiochiā claruit tempore marci antonii impatoris. Qui in diuinis ſcripturis ñ mediocriter eruditus magnificēti⁹ ceteris aduerſus martionē hereticum: oēs ipi⁹ deceptiones & fallacias: retecto quo uelabant̄ nequitie tegmie denudauit: & apud ipam urbē in pace quieuit. Sub ſeuero principe humanitatis debituꝝ ſoluens. De hoc eccleſiaſtice hiſtorie libro. 4. ca. 25.

¶ De ſcō muſano p̄ſbytero & ꝓfeſſore. XII.

MVſan⁹ preſbyter & ꝓfeſſor apud alexandriā eodē tempore claruit Cui⁹ apl̄ice fidei & ſane doctrine monimēta ad euſebiū ceſariēſem peruenīſſe dicuntur. Ei⁹ etiā fertur libellus multa elegātia ſcript⁹ ad quoſdaꝝ fr̄es: qui declinauerāt ad hereſiꝝ: que dicitur eucraticaꝝ: tūc nuper exortā. Cui⁹ auctorē fuiſſe tacianū ꝑmo aſſit. Hic aūt ſcūs ꝓfeſſor apud alexandriā in pace quieuit. De hoc habetur eccleſiaſtice hiſtorie: libro. 4. cap. xxi. & xxviii.

¶ De ſcō pagato & ſociis mr̄ibus. XIII.

PAgatus martyr cuꝝ ſociis ſuis & quodā xp̄iano noie uectio apud lugdunū. ciuitatē gallie paſſi ſūt ſub ꝓſecutiōe antonini ipatoris. Cū eni ex acclamatiōibus uulgi

p̄ses in xp̄ianos nimia crudelitate deseuiret. Pagatus martyr cui⁹ uita ab adolescentia fuerat exaiata & p̄bata ex p̄fecta charitate quā in deū custodiebat & p̄ximū: cū tā crudelia supplicia seruis dei uidisset inferri: poposcit se p̄ ciuibus suis audiri: q̄bus nihil impietatis cōmissum p̄bari poterat. Erat enī nobilissimus inter suos & eruditissimus. Veꝝ eius defensionē iudex nō recipiens: inq̄ siuit tantū si eēt xp̄ianus: qui cū se xp̄ianum clara & libera uoce p̄fessus eēt. Iussit illum tanq̄ xp̄ianoꝝ aduocatū uinctoꝝ numero sociari. Dū autē defensionē libertatis: que in nr̄a religione p̄sistit: exequit: dn̄icum secut⁹ exemplū: aiam suā p̄ ouibus suis posuit & amicis: & cū uectio quodā ciuitatis eiusdē nobile glorioso martyrio coronat. Quibus optimis & fidelissimis ducib⁹ usus ois reliqu⁹ sanctoꝝ eiusdem urbis chor⁹ prompti & alacres aias suas pro fidei l̄ibertate posuerunt. Hec ex libro quinto capitulo primo.

¶ De scō alcippiade martyre. XIIII

ALcippiades martyr apud lugdunum galliaꝝ oppidū passus est sub p̄secutiōe iam dicta: de quo habet ecclesiastice historie lib. 5. cap. 3. q̄ dū eēt in numero eoꝝ qui p̄ xp̄i uincti tenebant: uitā satis arduam gerebat: nihil cibi uolens accipe: sed tantuꝫ sale & pane cū aqua utebatur. Cūq; talē uitē rigorem uellet etiā in carcere positus obtinere. Attalo martyri in carcere etiā posito diuinit⁹ reuelat: quia nō recte faceret alcippiades creaturis dei non uti: & aliis formam scandali derelinquere. Quibus ille cognitis cepit oia cū gratiaꝝ actione p̄cipere. Et hic demū p̄ p̄fessione nois xp̄i in uinculis posit⁹ uitam martyrio p̄sumauit.

¶ De scō apollonio p̄fessore. XV

APollonius p̄fessor & ecclesiastic⁹ scriptor tēpore cōmodi imperatoris claruit apud alexandriā. De quo fert ecclesiastice historie libro. 5. capi. 18. q̄ aduersus cataphrygas libellū edidit: in quo satis uigilanter p̄phetias ipsoꝝ falsas esse cōuicit: & singula in eis uerba coarguit: simul & uitā moresq; eoꝝ: q̄ auctores hui⁹ hereseos extiterunt. Ex quib⁹ oibus & aliis q̄ plurimis uehementer supra dicta heresis p̄futat. Et hic uite sanctitate non infimus in pace apud eandem urbem quieuit.

¶ De scō polycrate epō. XVI

POlycrates epūs apud ephesum claruit tēpore cōmodi imperatoris antedicti: Qui nobilis epūs ipsius ciuitatis uita & doctrina cōspicuus: una cū bacchilo corinthioꝝ episcopo: de quo infra dicet ab eusebio in. 5. libro. cap. 22. plurimū cōmendat. Hic ex persona oium epōrum asie de pascha celebrando bti ioānis & ueteꝝ fretus auctoritatibus ad uictorem romanū pontificē synodicam scripsit epistolā. Et hic inter scōs illius tēporis epos p̄clarus ephesioꝝ sedi seliciter prefuit: gregem quoq; dn̄i uerbis & exemplis impinguauit. Sepultus apud eandem ciuitatem

¶ De scō heraclito p̄fessore. XVII

HEraclitus p̄fessor & ecclesiastic⁹ scriptor claruit tēpore seueri imperatoris: de quo eusebius. 5. libro cap̄. 27. dicit q̄ inter alia ei⁹ sapientie opuscula in apostolo paulo cōmentarios edidit. Et in sanctitate uite in pace quieuit.

¶ De scō maximo p̄fessore. XVIII

MAximus p̄fessor & ecclesiasticus scriptor claruit tēpore p̄fati seueri principis: qui uirtutibus & sapientia nō minimus de famosissima illa omniū hereticoꝝ disseruit questione: qua semp inquirit: unde sint mala uel unde malitia. Et q̄ materia facta sit & non infecta. Et hic scūs i xp̄o cū pace dormiuit: de quo & eusebius premissis libro & capitulo scribit.

¶ De scō candido p̄fessore. XIX

CAndidus confessor & ecclesiasticus scriptor eodem quo supra dicti imperatoris tempore floruit: de quo & antedictus eusebius eodem libro capitulo. 27. mentionem facit: quod in hexameron. i. principio geneseos scripsit. Et operibus perfectis effulgens cū pace dormiuit.

¶ De scō apio p̄fessore. XX

APius confessor & similiter ecclesiasticus scriptor tempore eiusdem seueri augusti floruit. Et hic sapientia & sacrorum librorum intelligētia insignis in apostolum paulum: & in geneſim libros nobile cōmentum exarauit: ut habetur ecclesiastice historie libro. 5. cap. 27. p̄dictis. Et hic in fidei confessione clarus humanitatis debitum uirtutibus pollens exoluit.

¶ De scō sexto p̄fessore XXI

SExtus confessor & ecclesiasticus scriptor: de quo & antefatus auctor premissis libro & capitulo loquitur: claruit eodem tēpore seueri imperatoris. Hic de resurrectione tam christi q̄ mortuorum generali luculenter disseruit. Aliaq; nō nulla opuscula edidit: & sanctis fulgens operib⁹ in christo requieuit.

¶ De scō arabiano p̄fessore. XXII

ARabianus ꝓfessor & eccleſiaſticꝰ ſcriptor eodē antedicti ſeueri pri cipis tpe floruit. Hūc & ex uite ſā ctitate & doctrina preclara euſe bius eodē quo ſupra libro & ca. inter ſcōs eiꝰ tēporis ꝓnumerādo ponit. Hic eni in ſuis libellis plurimas exortas i diebus ſuis hereticoꝝ iſidias: ꝓſutans: fidē rectam & apoſtolicā monumētis ſuoꝝ mādauit uolu minū. Et hic in pace diē clauſit extremū.

¶ De ſcō leonide martyre. XXIII

LEonides mr̄ apud alexādriā paſ ſus ē ſub ſeueri ipatoris perſecu tiōe. Hic pater fuit origenis famo ſi doctoris & eccleſiaſtici ſcripto ris. Qui tentus a perſecutoribus & i carcerē truſus ē. Cui origenes de domo adhuc adoleſcēs annoꝝ. 17. epiſtolā exhorta toriā ſcripſit: ip̄m ad fidei ꝓſtantiā & paſſio nis tolerātiā exhortans. Cūq; diis gētiliū im molare nō acquieſceret: & xp̄m negare renue ret: pro mr̄io xp̄i capite plexus ē. Alexādrie q; a xp̄ianis tumulatꝰ iacet. Hec eccleſiaſtice hiſtorie libro. vi. cap. 2.

¶ De ſcā māmea regina & martyre. XXIIII

MAmmea regina mater fuit ipato ris alexādri. Cuius tēpore orige nes in eccleſia dei ſapiētia & elo quētia ac uita floruit. Hec ut de ea ſcribit libro. vi. ca. xvi. de ra ris religioſa femia: cum de origene fama ma gnifica ubiq; & celebris hr̄et. Ita ut nec pri cipum quidē lateret aures: miſſis militaribꝰ uiris antiochiam: ubi p idē tēpus ip̄a regina degebat: cū omni honore & ſupplicatiōe ad ſe famulū dei orat uenire: ut ſacraꝝ litteraꝝ & fidei ab eo ꝓciperet documenta. A quo & ip̄a catholice religionis & diuini uerbi mo nimēta ſuſcepit: & bapti xp̄iani latēter ſacra mentū excepit. Ob quod ab ipatore alexan dro filio ſuo xp̄iani nois ꝓſecutore iterfecta eſt & martyr dn̄i ꝓſecrata.

¶ De ſcō firmiliano epō & ꝓfessore. XXV.

FIrmilianus epūs apud ceſareā cap padocie claruit tēporibꝰ alexan dri ipatoris. Hic eiuſdē urbis e piſcopus fuit & origenis auditor Tantūq; uenerationis erga ip̄m p ceptorē ſuum habuit: ut indeſinenter ſcie & doctrinis eiꝰ gr̄a: eū ꝓſtringeret ſecum mo rari. Sed & ip̄e derelicta eccleſia ad euꝫ pro perabat: & utebat religioſa quadā uiciſſitu dine: dum ip̄m modo ad inſtructionē eccle ſie ſue illū euocaret: modo ip̄e ſui profectus gr̄a ad eū pgeret: & docēti ei iugiter diebus ac noctibꝰ aſſiſteret. Hic ad antiochie plebē gratā ſcripſit epl̄am ꝓtra paulū preſbyterū ſamoſatenū tūc nuper i ꝓcilio antiochēſi de hereſi dānatū. Proceſſu uero tēporis ip̄e bea tus epūs cū occaſione dicte hereſis penitus extirpande ueniret antiochiā: dum eēt apud tarſum i pace quieuit: cuius corpꝰ ceſaream trāſlatū ibidē ſepultū eſt. Hec euſebiꝰ libro vi. cap. xix. & libro. vii. cap. xxvi.

¶ De ſanctis theodoro & anthinodoro epiſcopis. XXVI

THeodorus & anthinodorꝰ ep̄i fra tres germani apud ponti ꝓuinciā claruerūt tēporibꝰ maximini im peratoris. De qbꝰ tradit euſebius libro. vi. cap. xxii. q maior horū natu theodorus uir famoſiſſimus fuit: qui in epīs apud pontum gregoriꝰ noiatur: fide & uirtutibus atq; ſcia p omia ap̄licus. Sed eiꝰ frater anthinodorus: quos origenes de audi torio rhetoris retractos: ſtudia cōium litte rarū i diuinā ſuaſit philoſophiā cōmutare. Quiq; apud eū p quinquēniū uerbo dei ope ram dantes: i tantū profectū diuine eruditio nis atq; ſcie puenerūt: tantūq; uite merito & cultu enituerunt: ut ab his ſcholis eius ima tura adhuc etate: ad epatus prouincie ponti ſacerdotiū uterq; rapeī. Qui & ambo ibidē in xp̄o quieſcunt.

¶ De ſcō ſyro martyre. XXVII

SYruſ martyr apud alexādriā paſ ſus ē ſub decii ceſaris ꝓſecutiōe. Hic cū res cuiuſdam potētis ſub mercede procuraret. Iubetur ab eo idolis imolare. Recuſans co gitur iniuriis. Perſiſtēs rurſum mulceī blā ditiis. Cum uero utrūq; ꝓtemneret: preacuta ſude ualidiſſime trāſuerberatꝰ: & per media uiſcera neci traditur: & mr̄io coronaī. Hec euſebiꝰ libro. vi. cap. xi.

¶ De ſcō cheramone epō & mr̄e. XXVIII.

CHeramon mr̄ & epūs uenerandꝰ ſenex apud alexādriam fuit. Hic pontifex urbis egypti fuit que di citur nicopolis. Qui tpe deciane ꝓſecutionis: cū ad arabicū mon tem una cū grandeua ꝓiuge diſceſſiſſet nulli ultra appuit. Et cū ad ꝓquirēdū eum pluri mi xp̄ianoꝝ frequētiſſime proceſſiſſent: per ſcrutatis oībus locis neq; ip̄os ultra quiſpiā neq; corpora eoꝝ potuerūt iuenire. Hec eu ſebius ubi ſupra.

¶ De ſancta matre quedam & filiabus uirgi nibus & martyribus. XXIX.

SAncta quedā mater cū duabus fi liabus uirginibꝰ apud alexādriā paſſe ſunt: ſub perſecutōe diocle tiani & maximiani auguſtoꝝ. De quibꝰ refert euſebius libro. viii. cap. xii. q cum eēt pulchritudine & pudici tia formoſa: genere nobilis & copioſa facul tatibꝰ: filias duas uirgies habebat ad mater ne pudicitie regulam enutritas: ſp̄e ſimul &

moribus se imitantes. Quas religiosa mater ꝛm preceptū dñi & timorē diuinū dedicauerat. Cū autē declinande ꝓsecutionis gra sui absentiā ꝓcurarent: missi a ꝓside milites reptas eas uenire antiochiam cogunt. Sed cū ꝓ urgentibus militib⁹ uehiculo iter ageret: religiosa & pudica mater filias lamentatur: ꝙ eas gentiles studeant: aut a deo: aut a pudicitia separe. Hortaturq; illas ne mori ptimescant: ne despecta pudicitia uiuere cū turpitudine cupiant: admonetq; illas: necē eis aut opprobrium paratū puenire: & impudicoꝝ cursu ꝓripere. Cum autē filias ad tale ꝓpositum uideret accensas: & ad quendā fluuium pueniissent: necessitatis cā se descendere uelle simularunt. Et dū custodes paululum naturali uerecūdia secessissent: fluuii se rapidis fluctibus iniecerunt. Sicq; immaculatū dño spiritum reddiderunt. Hec eusebius.

¶ De scis adaucto & sociis mrib⁹. XXX

ADauctus martyr cū innumerabilibus utriusq; sex⁹ & omis etatis sociis apud phrygiā passus est. De quo eusebius lib̄o. 8. cap. 2. tractat: ꝙ erat dux cuiusdā ciuitatis in phrygia posite: in qua erant oēs populi xp̄iani: ipse autē natione italus sup uniuersum erat populum ꝓstitutus. Cū autem diocletianus impator gentiliū legionē militū illuc misisset: ut oēm ciuitatis illi⁹ plebē imolare ꝓpellerent: illiq; omēs unanimes se xp̄ianos eē dicerent: & oino sacrificare ꝓtem ptissent. Adaucto duce & curatore ciuitatis populū exhortante: porte urbis a gentilib⁹ claudunt̄: ipsaq; ciuitas oi ex pte ab eis circūdatur: & imisso igne oppidū una cum uiris oibus ac mulierib⁹ puulis piter ac senibus cōcremat̄: ita ut nullus penitus ex illa urbe etiā cū optio uolētib⁹ daret̄ abscederet Sicq; oēs ciues p̄fati celestis hierusalē ciues effecti glorioso martyrio coronant̄.

¶ De sanctis plurib⁹ martyribus apud alexandriam. XXXI

MArtyres plurimi apd alexandriā passi sunt sub ꝓsecutione antedicti diocletiani. De quib⁹ eusebi⁹ 8. libro. cap. 12. refert: ꝙ truncatis auribus atq; inhoneſto uulnere naribus manuū quoq; ceteroꝝq; mēbrorum summitatib⁹ amputatis: trūcū sinebāt abire derisum. Quidā uero i craticulis prunis subterpositis torrebant̄. Inter quos duo nobiles iuuenes dū ꝓprehensi simulacris immolare cogerēt̄: se ad aras duci postularūt Et cum fuissent adducti: manus suas ardēti igni supponentes: & quousq; ois caro i ignē deflueret: imobiliter pdurarunt. Alii uero cū ad sacrificandū quererent̄: sacrilegā pollutionem uitantes uitā p̄cipitio finierunt. Minore quidē tolerantie fiducia sed ꝓseruande fidei maiore cautela.

¶ De scis quattuor epis mrib⁹. XXXII

QVattnor sci epi apud alexandriā passi sunt sub diocletiana ꝓsecutione. Quoꝝ noia hec sunt: primus phileas: secund⁹ hesychi⁹: tertius pachomius: quartus theodorus. Hi ex urbibus egypti epi ꝓ ꝓfessiōe nois xp̄iani glorioso apud ipsam urbē sunt martyrio coronati. Hec eusebi⁹ lib. 8. ca. 14.

¶ De sancto pasnutio epo. XXXIII

PAsnutius eps ex egypti partib⁹ unus fuit ex numero ꝓfessoꝝ illoꝝq; epoꝝ: quos maximianus imperator dextris oculis effossis: & siniſtro poplite ꝓciso ꝓ metalla damnaucrat. De hoc libro. io. eccleſiastice hiſtorie scribit̄: ꝙ interfuit pcilio prio scōꝝ patꝝ prius apud niceā sub ꝓstātino augusto xp̄ianissimo celebrato. In quo tanta uirtutū inerat gra: ut signa per eū nō minus q̄ dudū ꝓ apostolos fierent. Nam & demones tantū uerbo fugabat: & egros sola oſone curabat Sed & cecis dī uisuꝫ reddidisse: & palyticos ad stabilitatē corporis reuocasse. Quē ꝓstātinus in tanta ueneratiōe & affectu habuit: ut sepius eū intra palatium euocatum ꝓplecteret̄: & illum oculum: qui in ꝓfessione fidei fuerat euulsus: auidioribꝰ oculis demulceret. Et hic ad eccleſiam suam reductus: senioq; confectus: post uitam uirtutibus insignem in pace quieuit.

¶ De sancta quadam captiua apud iberiam XXXIIII

SAncta quedā mulier captiua tēpore ꝓstantini magni impatoris claruit apud gentes iberorum: que sub axe pontico iacent: per quā de⁹ ipsas gentes primū ad notitiam fidei ꝓuocauit. Cum enī ipsa mulier xp̄iana apud ipsos populos captiuata: fidelem & sobriā ac pudicā duceret uitam: & dieb⁹ & noctibus in oſonib⁹ ꝓsisteret: & ex hoc barbari tanq̄ quid noui mirarerent̄: ac qd sibi hoc uellet curiosi pcūctarēt̄. Illa se xp̄m deū suum tali ritu colere fatebat̄: qui uelut sibi ignotā nouitate nois mirabant̄. Erat aūt moris apud eos: ut siquis paruul⁹ egrotaret: ta matre p singulas domos circūferret̄: ab oibus uidelicet quicq̄ expti remedii postulante. Cum autē mulier quedā paruulum suū languidū p oēs circūtulisset ex more: nec aliquid remedii cepisset. Venit ad captiuam: ut si qd sciret: ostenderet. illa se nihil remedii humani scire testatur: xp̄m tñ deū suum qué colebat: salutē hoibus desperatam posse ipsi dare ꝓfirmat. Paruulū itaq; cilicio suo suppositum oſone fusa sanū red-

didit matri sue. Sermo defertur ad plures factiq; fama magnifici ad aures regine grauissime egrotãtis & iã de salute quasi despãtis plabitur. Que rogat ad se mulierẽ deduci. Illa negat accedere ne nimis de se uideretur presumere. Regina facit se ad mulierem portari. Que similiter supra cilicium eius posita: inuocato xpi noie ꝓtinuo surrexit sanata. Docet captiua reginã xpm eẽ sũmi dei filiũ: qui autor ẽ incolumitatis & uite: qui & regibus regna distribuit & mortalib⁹ uitã. Que domũ regressa marito regi ꝓcuctãti cãm subite sanitatis apuit. Ille mulieri munera presẽtari iubet. Regina uero ei rñdet: q; mulier nihil in auro uel argẽto appetit: sz ieiunio q̃ si cibo pascitur. Nihilq; aliud pro munere q̃rit: nisi ut xps a rege & omni regno ei⁹ colat. Ad hoc aũt rex segnior fuit: & q̃uis ad xpm affectũ haberet ꝙersionẽ distulit. Ad qd tñ uxor illũ sepius ꝓmonebat. ¶ Quadam die eo in siluis uenãte: subito aer densissimis offuscat: dies in tetre noctis caliginẽ uertitur: cũctiq; regis comites nesciẽtes quo se uerterent hinc inde dispgunt. Solus rex obscuritate nimia circũdatus: despatiõe salutis anxius mẽte xpm inuocat: ut si uere deus ẽ quem captiua uxori predixerat: nũc se de his tenebris eruat: ut ex hoc ipm omissis omnib⁹ colat. Illico lux terre reddit: & rex incolumis ad domũ reuertit. Qui regine p ordinez gesta omnia pandit. Euocat captiuã: & nullum alium preter xpm se ueneratuq; ꝓfirmat. Illa q; regi poscenti colẽdi uenerãdiq; modũ: in q̃tum fas erat femine pandit. Fabricari ecclesiam monet formãq; describit. ¶ Igitur rex omni populo ꝓuocato que gesta cuncta fuerant exponit: fidẽq; doctus nõdum tñ initiatus apit: sueq; gẽtis prim⁹ apostolus fit. Credunt uiri per regẽ: femine p reginã: cũctisq; id uolẽtib⁹ ecclesia istanter instruit. Eleuato igitur iã muroq; ambitu: dũ intra colũne collocari deberẽt: erectis duab⁹ primis: cũ tertia iam media pte fuisset erecta: ꝓsumptis omnib⁹ machinis hõiumq; ac boum uirib⁹: attritisq; oib⁹: ne loco quidẽ moueri potuit. Sed cũ interuẽtũ noctis oẽs abscessissent: sola captiua mulier i oratiõe pnoctauit. Facto sũmo mane rex & pp̃lus anxii itrogressi: uident colũnã quam tot machine totq; populi mouere nequiuerãt erectã: ut supra basem suam librate suspẽsam unius pedis spatio i aere pẽdentẽ. Omnesq; populi admiratẽs ueram eẽ fidem xpi acclamabãt. Et ecce in oculis oium mirantiũ nullo cõtingente: colũna sensim supra basim suã deposita sũma cũ libratiõe ꝓsedit. Post hec reliquus colũnarũ nũerus cũ sũma facilitate suspensus ẽ: adeo ut oẽs que supfuerãt ipa die locarent. Fabricata igitur ecclesia & perfecta populi maioris ardoris fidei salutẽ sitientes totius gentis legatos ad ꝓstantinũ ipatorẽ mittũt: qui rei seriem exponunt: sacerdotes sibi delegari petunt: qui ceptũ erga se dei munus implerẽt. Quibus ille cũ oi gaudio & honore trãsmissis: amplius ex hoc letat⁹ ẽ: q̃ incognitas illas romano impio gẽtes iunxisset. Sicq; doctrina nouoq; predicatoq;: nouus populus fidem xpi una cũ rege & regina suscipiunt: & baptizati xpm exinde adorare ceperũt: mulier uero illa apud easdẽ gẽtes: prima ibidẽ sacre fidei auctrix: in scitate uite & miraculoq; opatiõe perseuerãs ꝓfecta senectute qeuit in pace. Hec eusebius libro. x.

¶ De scõ macario ꝓfessore. XXXV.

MAcarius ꝓfessor in nitrie ptib⁹ in deserto uidelicet egypti ꝓfundissimo claruit tẽpore ualentiniani ipatoris. Qui terti⁹ fuit macari⁹ preter illos duos: de quoruz uno actũ ẽ supra. 4. noñ ianuarii & de ꝙo. 18. calen. februarii. Hic enim discipulus magni antonii fuit. Qui una cũ isidoro & heraclide & pambone cõdiscipulis suis: i prefata eremi uastitate degebat. Cũ aũt ꝓsecutiõis arriane tẽpore: ꝓfati oẽs insimul ꝙueniẽtes ad mutuam charitatẽ oñendã: in suis tabernaculis positi orãtes interfectores suos expectarẽt: delatus ẽ ad eos homo mẽbris oib⁹ & precipue pedib⁹ aridus. Qui ab eis oleo punct⁹ inuocato xpi noie ꝓtinuo sanus exurgẽs reuersus ẽ benedicẽs deũ. ¶ Cecus quidaz ad cellam macarii itinere diez triũ i deserto positaz se adduci fecit. Quo postq̃ multo labore peruenit: macariũ domi nõ inuenit. Cõtristatus aũt sed feruore fidei crescẽs fecit se applicari ad ptem illã pietis ubi senior cubare solebat. Et exinde paz luti aridi: ubi paries oblit⁹ erat assũpsit: & palme sue suppositum: aquam quoq; de puteo unde uir scũs bibebat haustã sibi deferri rogauit: cũ qua solutis glebulã lutũ fecit: oculosq; inde perũxit: & aqua diluens repente uisum recepit: nulloq; ducẽte regressus domũ cũctis populis rem gestã publicauit. ¶ Habebat autem macarius leene speluncã cellule sue uicinã. Die quadã belua catulos suos cecos ad euz produxit & ad pedes ei⁹ posuit. Qui cum intellexisset pro cecitate catuloz bestia filios applicare: orauit ad dñm & protinus catuli receperũt uisum. Et sequẽtes matrẽ ad speluncã redierũt. Et paulo post ipsa cũ catulis regrediẽs pelles ouium plurimas uelut munus pro gra ad senẽ morsu oris auectas detulerunt. ¶ Cum aũt lucius quidã presectus alexandrie xpianos ꝓsequeret. Iussit p̃ dictos oẽs patres a grege suo raptos in insulam egypti paludũ deportari: i qua neminẽ esse cõperat xpianuz. Sed cũ senex noctu ad

insulã deducti fuissent: in qua erat templum idolorũ ab incolis sũma uenerationẽ obseruatum: statimq; ut nauicula applicuit: sacerdotis tẽpli filia arrepta spũ clamare cepit stridẽs & rabiens: & p populos hinc inde discurrẽs Quã populus detentã ad senũ nauiculã deduxerunt. Et cũ ante pedes eorũ ulularet: & scós uiros: cur ad demones loci illius expellẽdos uenissent: interrogaret: illi malignum increpantes spiritũ effugarunt: & puellã sanam parentib⁹ reddiderunt. Qui una cũ insule populis q̃rsi ad xp̃m: & templũ antiq̃ssimũ destruxerũt: & ecclesiã edificauerũt Quod dũ lucio alexãdrie nũciatum fuisset: timens ne ex scórũ patrũ p̃tia fides xp̃i amplius cresceret: occulte eos ad eremũ remitti iubet: ubi macari⁹ ieiuniis & oratonibus iugiter intẽtus in xp̃o feliciter obdormiuit: cuius corpus alexandrie tumulatum est.

¶ De sancto piatone p̃sbr̃o & mr̃e. XXXVI

Piaton p̃sbr̃ & martyr apud tornacũ ciuitatẽ passus ẽ sub domitiani imperatoris p̃secutione. Hic alio noie piat⁹ dr̃. Qui ex urbe roma oriund⁹: indeq; egressus a beato dionysio epo apud gallã p̃sbr̃ ordinatus: & ab eodẽ ad tornacensem ciuitatẽ ad p̃dicandũ direct⁹ est: ubi multitudinẽ paganorũ euangelizans ad xp̃m q̃uertit. Ad hunc q̃prehendendũ p̃fect⁹ nũcios destinauit: qui ab eisdem appitoribus detentus & iudici oblatus: dũ xp̃m q̃fiteret: primo quidem fustibus cedi: deinde iussus est capite truncari. Cui⁹ corp⁹ truncũ & exanime caput ꝓpriis manibus acceptũ pluscq; p duo miliaria deportauit: uidelicet usq; ad locũ ubi diuinitus sepulturã elegit: ubi & gloriose occumbens tumulatus quiescit. Quo miraculo ultra mille gentilium q̃rsi sunt.

¶ De scõ didymo alexãdrino q̃fes. XXXVII

Didymus alexandrinus q̃fessor & doctor floruit tẽpore ualẽtiniani imperatoris. Hic in pua etate lumen oculorũ amisit: adhuc pene priorũ elemẽtorũ ignar⁹: quo nõ obstante tantũ sui miraculũ mundo p̃buit: ut dialecticã: arithmeticã: & geometriam: quarũ figurales ꝓpositiones & pricipia pmaxime usu indigent: usq; ad perfectũ didicerit: otiumq; deo docente: in breui diuinarũ & humanarũ rerũ eruditionẽ ac sciam percepit. Ad tante autẽ pfectionis apicem deuenit: ut schole ecclẽiastice doctor extiterit: illustresq; uiros auditores habuerit: uidelicet athanasiũ ep̃m: hieronymũ p̃sbyterũ: basiliũ cesarien̄sem: ceteroscq; plures doctores insignes in ecclesia dei sapia admodũ ꝓbatos. Sanctitate quoq; uite nõ mediocriter effulsit. Qui nunq̃ turbari uisus fuit: q̃ corporeũ lumen oculorũ pdidisset. ¶ Hic plurima insignia edidit. Bibliã eni totã interp̃tatus est. Cõmentarios dictauit in psalmos oẽs. In euangelio quoq; matthei & ioãnis. Scripsit de dogmatib⁹ q̃tra arrianos libros. 2. De spũscõ libr̃: quẽ hiero⁹ ex greco transtulit in latinũ. In isaiam tomos. 18. In osee scribẽs ad hieronymũ q̃mentariorũ libros. 3. In zachariã eiusdem hieronymi exhortatione li. 5. In iob cõmentarios. Multaq; alia: que ipse idẽ indicare potuit scribẽtib⁹. Quieuit in xp̃o. 80. ãno iam exacto uirtutibus & sapia pollens: Alexandrieq; tumulatus iacet.

¶ De sancto didymo abbate. XXXVIII

Didymus senex in deserto interiori nitrie claruit. Qui iter cetera sanctitatis insignia scorpiones & cerastes & serpentes quosq; q̃ in illis locis p calore solis habent acerrimi tãq̃ uermiculos nudis pedib⁹ adeo q̃culcabat: & ita extinguebat: ut nihil ab eis pateret mali. Hec in uitis patrũ.

¶ De sancto pione abbate. XXXIX

Pion abbas i thebaidis deserto floruit scitate. Qui quotidie ambulans comedebat: ut minorẽ sentiret delectationẽ: pgẽs ad eremũ fodit puteũ: & inueniens aquam amaram: eam oratione in dulcedinẽ q̃uertit: q̃ boi postmodũ tpe usus fuit. Cũ autẽ moyses abbas & eius monachi fodientes: aquã inuenire nõ possent. Pion oratione p̃missa terram p̃cussit: & aqua inde imediate scaturiit: de qua tamẽ minime gustare uoluit: sed eã ad usus illorũ fratrũ dimisit. Hic sub abbate antonio 30. annis & eo ampli⁹ i scõ instruct⁹ est pposito. Qui de domo parẽtũ egressus nũq̃ amplius ab eis uisus fuit. Requisitus aũt a sorore uidua: ut eas uisitaret: quẽ ipsa lãgues uidere cupiebat: cũ duobus sororis filiis de mãdato p̃ris ãtonii ad domum illi⁹ accessit: clausisq; oculis ingressus & egressus: se ab ea uideri p̃misit: eãq; minime respiciens: mox ad eremum repediauit. Hec ubi supra.

¶ De sancto apelle q̃fessore. XL

Apelles q̃fessor egyptius ex fabro errario q̃rsus est. Qui opus hoc exercens die quadã diabolũ sibi in specie mulieris iuuenis & elegãtis appentẽ ferro candente pcussit in faciẽ: qui stridens & gemẽs euanuit. Ex quo die scũs uir ferr̃ candens i manu sine lesione tenebat. Vadens autẽ ad eremũ cibũ nunq̃ sumpsit: nisi tantũ dñica die de manu sacerdotis eucharistie sacr̃m. Ceteris diebus nihil p̃cipiebat: sed opibus manuũ insistens cingula iumẽtorũ de palmarũ foliis texebat. De quib⁹ egri tactu sanabant. Nam dum quidã claudus a natiuitate: ut aliquo

portaretur camelo iposit⁹:dū pedib⁹ cingu lum quo iumētū cinctū erat: quodq; uir ſan ctus texerat tetigiſſet:ꝓfeſtim deſcēdēs pedi bus ſolidis ambulauit. ¶Hic etiā ab angelo diuina repletus ſcia: multos ſuis ꝓmonibus edificabat: & uitia fratrū ac uirtutes latētes ꝑ ſpiritū cognoſcebat.Hec in uitis patrū.

¶De ſcō piamone preſbytero. XLI.

PIamon p̄ſbyter i eremo de ſcythi floruit. Qui die quadā miſſaꝝ ce lebrās uidit angelū ſtantem ꝓtra altare:monachos p̄ſentes i codice ſcribētē: abſētes ſcriptos delētē. Et dū illi ad cōſionē accederēt: angelus quo rūdam ſcribebat noia:quorūdā dimittebat. Piamon autē poſt miſſam diſcuſſis illis qui ſcripti nō fuerāt. Inuenit i ſinguliſ eoꝝ mor tale peccatū.Quib⁹ reuelata narrās : tā diu cū illis fleuit:donec eidē itez angel⁹ appuit: & eos cū ceteris aſcripſit:hec in uitis patꝝ.

¶De ſcō beniamin ſene. XLII.

BEniamin ſenex i eremo fuit.80.an noꝝ:qui miraculis clarens quoſ cunq; egros ad ſe delatos : oleo ungebat:& ꝓtinuo ſanabant. Ipe aūt adeo hydropic⁹ effectus ē: ut p̄ ianuā celle ſue niſi remotis aliquib⁹ tabu lis efferri nō poſſet . Qua paſſione p menſes 8.ante ſuum obitū laborauit. Oēs aūt infir mos ad ſe uenientes ſanabat:cūctoſq; rogabat ut orarēt deū ꝑ aia eius de corpore nil curā tes:eo q̄ dum eēt ſanus nihil ſibi profuiſſet. Hec ubi ſupra.

¶De ſcō coprete p̄ſbytero & ꝓfeſſoꝝ.XLIII

COpres preſbyter annoꝝ circiter 80.in eremo thebaidis fuit. Cui⁹ dū gētilis quidā olera furat⁹ eēt: & ea ad coquēdū ꝓpoſuiſſet:neq; coq poterāt:nec caleſieri.Quod ille uidēs ablata ſcō rettulit:& ꝙuerſus bap tiſmū ſuſcepit . Eadē nocte frēs ſupuenerūt ad copretē:unde ſcūs duplices honores do mino p̄ſoluit:dū olera reſtituta eiſdē appo ſuit.Qui dū frib⁹ ad ſe uenientib⁹ pro edifica tione eoꝝ mirabilia quedam narraret : que uix unus ex illis credere poterat: dormitāti ipſi uiſus ē liber aureis litteris ſcript⁹ mani bus copretis:& uox ſenis uenerāda audita ē frēz icrepātis:cur fidē auditis nō adhiberet. Illeq; euigilās ꝓfect⁹ ē. ¶Harena uero pe dibus eius attrita:p agros ꝓſperſa terre ſte rilitatē auferebat. ¶Hic dū quēdam mani cheum populū ſeducētē diſputās excludere nō poſſz:ſecit ignē accēdi:eo pacto:ut q̄ſq eoꝝ flāmas igreſſus iuſt⁹ exiret: et⁹ fides ap probata eēt. ipeq; primū ignē itrans illeſus exiuit. Dū aūt hereticus intrare nollet a po pulo i flāmas uiolenter iiectus eſt.Dū autez mori ſe uideret copretis auxiliuz iplorauit. A quo eductus dū ptinaciter ꝙuerti nollet: ab eodē eiect⁹ & dimiſſus abiit ꝓfuſus . Hec heraclides.

¶De ſcis ſyro paulo & iſaia ꝓfeſ. XLIIII

SYrus paulus & iſaias monachi fuerūt in ſcythi. Qui dū ſibi in uicē ad ripā fluuiis occurriſſent ut fratrē quēdā anub noie uiſita rent:orationē fuderūt:ne i uia i pedirent . Statimq; nauiculā ſibi appentem aſcendētes ſine remo uel remige: iter tridui una hora ꝓtra ſtū fluuii pfecerūt. Cūq; ap plicuiſſent:reuelatū eſt iſaie:q̄ uir ad quem ibant:eoꝝ ſecreta cordiū nouerat.Paulo ue ro reuelatū ē:predictū anub poſt triduū eē migratuꝝ. Syro aūt ſuelatū ē anub ſibi ma ne occurſuꝝ.Cū autē illa nocte in oratioñi bus pnoctaſſent:anub mane ad eos ueniens eoꝝ ſecreta eis pateſecit . Cū quo manentes tribus diebus ab eo edificati ſūt. illeq; i eoꝝ manib⁹ expirauit:& ab eis ſepult⁹ fuit.Hec in uitis patrum.

¶De ſcō effrate monacho. XLV.

EFfrates monachuſ apd̄ antiochiā claruit:ꝑ tempe ualentis arriani impa toris contra catholicos ſeuiētis. Qui per plateā ciuitatis ātioche ne ambulātē:uili habitu ꝓtectū: & lōga ſenectute ꝓfectū: impator reſpiciēs: interrogauit quis eēt:& quo iret.Cui ille ſe xp̄ianū monachū & pro ſuo pgere ipio ora tuꝝ rñdit.Quē ipator redarguit:eo q̄ domi more monachi ſtare deberet.Ille aūt pro o uibus xp̄i liberādis ſe egreſſum dixit.Cubi cularius aūt ceſaris ſcō uiro mortē ꝓminat⁹ eſt:eo q̄ principi nimis ſupbe loqueret . Et dū inde recedēs imperatori balneū paret:ſu bito mēte alienatus furibūdus i aquā feruen tem ſe iniecit:& ibi extinctus:multis hereti cis ad ueritatē fidei catholice redeundi exē plum dereliquit.

¶De ſcā ſarra abbatiſſa. XLVI

SArra abbatiſſa claruit i ſcythi tē poꝝ theodoſii ſenioris:q̄.iz.ānis a ſpū fornicatōis ipugnata fortiſ ſime exorabat dñz:nō ut pugna recederet: ſz ut ſibi fortitudo da reꝝ. Cui tādē ſup lectulū iacēti ſpūs imūd⁹ appuit:dicēs ſe ab ea uictū fuiſſe: illa uero nō ſe:ſz xp̄z illū uiciſſe rñdit. Hec ſupra al ueū flumis.60.ānis hitauit:& nūq̄ iclinata ē ut flumē aſpiceret:ne forte ex tali uiſione de lectationē aſſumeret.Hec i uitis patrū.

¶De ſcā ſyncletice abbatiſſa. XLVII

SYncletice abbatiſſa unde fuerit uel ubi i deſerto locū pro ſua ha bitatiōe habuerit nuſq̄ repitur. Putaꝝ tñ q̄ in deſerto ſcythi ubi tunc mōachi egypti ut plurimū

habitare ꝓfueuerant. Quod autem uite probatiſſime fuerit: ex multis dictis eius & auctoritatibus: que in uitis patꝝ in exemplum leguntꝫ: ſatis colligi poteſt.

¶ De ſancta tabita uirgine. XLVIII

TAbita uirgo una fuit ex ſororib⁹ degẽtib⁹ in monaſterio illo grandi thebaidis: quod helias abbas ꝓfecit: in quo & trecẽtas feminas ꝓgregauit: de quo ſupra actum eſt. 3. idus ſeptembris. Hec autẽ in ipſo cenobio deuotiſſima fuit: & in tãtũ humilis: ꝙ ab oibus deſpiciebaꝫ: & quaſi inſana reputabatur: coquinecꝫ opera & alia quoꝙ uilia officia ei imponebant: que illa fideliter adminiſtrans: nec cum aliis ad mẽſam ſedebat: cui etiam ſorores multa cõuitia inferebãt: illaꝙ omnia patientia munita tolerabat. Angelus autẽ domini ſancto piterio abbati in eremo dudũ ꝓuerſanti apparuit: eũꝙ admonuit: ut ad dictam ſororem uiſitandã accederet: eo ꝙ ipſa illum meritis excederet. Ille autẽ ueniens: dum ſingulas uidiſſet: nec eam quam querebat cerneret. Interrogat ſorores: an alia ſupereſſet: ille uero unam inſanã & amẽtem ſupereſſe dicunt. Qua adducta ſanctus uir pedib⁹ eius aduolutus ei ac ceteris p angelum reuelata narrauit. Tunc omnes moniales ad pedes tabite ꝓcidentes: de illatis iniuriis ueniam poſtulabant. Pro quibus tam ipſa uirgo q̃ ſanct⁹ abbas orauerũt. Paucis poſtmodũ elapſis diebus uirgo ex tali facto inanem gloriam fugiens: cenobium latenter egreſſa ſolitudinem petiit: & quo ſine diem clauſerit adhuc ignoratur. Hec heraclides i paradiſo.

¶ De ſancto phyllorrhonio p̃ſbr̃o. XLIX

PHyllorrhonius p̃ſbyter de regione galatie impante iuliano ſeculo renunciauit. A quo ſibi calumicie facta duriſſime uerberib⁹ attritus ac dimiſſus eſt: qui mox ad eremũ ꝓperans: cũ fornicatione & inglu uine maximã primo habuit pugnã: quã tandem ſũma abſtinentia & penitẽtia ſupauit: Nam per annos. 18. in quadam cella ſe clauſum ferro onerauit: & nec panẽ nec coctum dicto tẽpore aliquãdo comedit. Sup hec & 32. annis nullo pomoꝝ genere uſus fuit. Deinde poſtq̃ ſpiritualia certamina uicerat: cũ ſpiritib⁹ etiã uiſibiliter & corporaliter per ãnos. 40. luctã habuit. Preterea metu mortis per annos. 6. intra ſepulchra mortuorũ ſe iucluſit: ut ſic demonem quẽ ex mortuoꝝ memoria metuerat: ex eoꝝ aſpectu cõtinuo ſuparet. Ipſe de labore manuũ ſuaꝝ. 250. ſolidos elephantioſis p̃ſtitit: & romã: hieroſolymam: & alexandriam: ac plura alia loca ſacra pegrinationis gratia pedeſter uiſiſitauit. In morte proteſtatus eſt: ſe nunq̃ ex ſenſibus ſuis a deo fuiſſe ſepatum. Hec heraclides ubi ſupra.

¶ De ſancto gadano ſene. L

GAdanus ſenex circa iordanẽ ſem per ſine tecto ſub diuo habitabat. Contra hunc iudei quidam emuli uenientes inuidia furibundi & armati: dum unus illoꝝ eũ ferire uellet: dextera: quam erexerat: ſubito aruit: & ex eius digitis gladius excidit. Hec ubi ſupra.

¶ De ſancta ſiluia uirgine. LI

SIluia uirgo rufini alexandrie p̃fecti ſoror in eremo thebaidis ꝓuincie ſuperiori degebat: que ꝓ ãnos. 60. nec ora: nec pedes: nec aliquam membroꝝ partẽ exceptis digitis aqua lauit. Et dũ decumbens lãguida a medicis ad balneũ ſanitatis percipiende gratia inſtantius ſuaderetur: nullaten⁹ acquieuit. Nec aliquãdo in lecto: aut lectica iacuit: ſed ſuper nudam humũ cubauit. Hec eloquentiſſima erat: & amore ſacraruꝫ litterarum noctes in diem uertentendo legebat. Hec heraclides.

¶ De ſcõ ſiſinnio monacho. LII

SIſinnius monachus diſcipul⁹ abbatis elpidii: de quo ſupra dictũ eſt in eius feſto. 4. non̄ ſeptẽbriſ Poſtq̃ apud eũ. 6. uel. 7. ãnis fuiſſet: intra quoddã ſepulchrũ ſe incluſit: in quo per trienniũ ſemper orauit: & nec die: nec nocte deambulauit: aut ſedit: aut iacuit. Qui etiã ꝓtra demones ſpecialeꝫ gratiam meruit. Adeoq̃ ſine ullo uitio mẽtis & corporis uixit: ut nullam eſſe generis diſtantiam inter mares & feminas comprobaret. Tandem egreſſus ad cappadociam patriam ſuam: & preſbyter eſlectus. fratres & ſorores in unum cenobium collegit: ubi & in pace quieuit.

¶ De ſancto diocle ꝓfeſſore. LIII

DIocles olim philoſophus ſeculari ad celeſtis philoſophie ſtudium animatus eſt: Qui ad eremũ ſuperiorem thebaidis acceſſit: & in artiſſima ſpelũca ãnos multos exegit. Ad ſe autẽ uenientes admonebat ut ſui exemplo eorum deſiderio animũ ſemper cũ deo eſſe ſtuderent. in ipſo quoq̃ ſpeleo uite terminũ dedit. Hec ubi ſupra.

¶ De ſancto capithone ꝓfeſſore. LIIII

CApithon iuuenis prius latro fuerat. Poſtmodum autem ad eremum tranſiens quinquaginta annis in antro quodam habitauit. Nec extunc uſq̃ ad tertiũ urbis alexandrie lapidem: nec uſq̃ ad flumen nili

aliquando accedere uoluit:dicens q̄ si se cō/uersationi hominū adhuc ingereret: inimic⁹ quem nondū uicerat ei fortius repugnaret: hec ille.

¶De scā amata uirgine. LV

AMata uirgo senex annorum .80. abbatissa in monasterio quodam thebaidis fuit:habens sub sui cura.60.uirgines in abstinentie puritate eius exemplo & doctrina uiuentes.Inter quas erat uirgo quedā nomine tora annorum circiter .30. pulchra facie & decora:sed animi puritate & castitate formosior:que nūq̄ noua tunica uel melote aut nouis calciamētis uti uoluit.Omnibus autē sororibus die dñico cenobium egredientibus & ad ecclesiaꝫ procedentibus: illa sola cum abbatissa domi manebat.Nam amata per annos.40.quibus monacha fuit nunq̄ limē cenobii transiuit. Cui sanctus martyr colonatus apparuit : eamq; proxima dñica futura in sua ecclesia ad prandiuꝫ secum inuitauit. Tunc illa primū post annos.40. ad ecclesiā martyris uenit:panem & olera secuꝫ ferens: ubi sumpto cibo & facta oratione ad monasterium rediit:filiabusq; uisa exposuit : seq; cito migraturam predixit.Et post duos dies nulla egritudine corporis aut dolore capitis uexata:se ut erat sepelienda componens: emisit spiritū.

¶De scō punifico abbate. LVI

PVnificus abbas cū eēt presbyter & maximi cenobii in egypto pater:cunctis honorabilis:fugiens honorem seculi humilitatis gr̄a iam senex de cenobio latenter fugit:& habitu seculari assūpto solus accessit ad monasteriū tabennesiotaꝝ: qđ in ultimis thebaide partibus artioris uite esse cognouerat.Ibiq; diutissime preforibus pseuerans se in monachum suscipi postulabat. Queꝫ illi recipere recusabant:eo q̄ non deuotiōis cā: sed uel alende senectutis: uel famis reprimē de:ip̄m iam prouectum ad monasteriū accedere uelle putabant tandem sūma importunitate ab abbate susceptus:iuniori cuidā cōmendatus est.Cui adeo obediens fuit:ut etiā indigna & aspera officia:etiam sibi non iposita exerceret:nunq̄ attendēs q̄ presbyter aut pater maioris cenobii fuisset . Nocte etiam consurgens quedam necessaria furtim adimplebat:ut auctorem operis nemo deprehenderet . Cūq; per biēnium icognitus ibi mansisset:requirentibus illum ubiq; fr̄ibus suis tandem a quodam dum terram sarculo foderet:& stercora gestaret uix cognitus ē. Qui abbatem & fratres loci uocauit:& quis esset punificus uel qualis fuerat eis innotuit . Illi autem ueniam postulabant:eō q̄ sancto presbytero & patri monachoruꝫ ignorantes: uilia imposuerant. Qui inuitus & flens ad priorem cenobium gubernandum rediit : ubi & post modicum tempus feliciter i pace qeuit.Hec heraclides.

¶De scō theremone abbate. LVII

THeremon abbas in eremo de scythi claruit. Qui ibidē centenari⁹ decessit . Hic enī adeo dorsum suum tam temporis uetustate quā orationum iugitate curuauerat: ut quasi in primeuam infantiam sumissis manibus in terram traheretur. Hec qui supra.

¶De scō artebio episcopo. LVIII.

ARtebius episcopus pamphilien sis ex anachoritica uita ad episcopalem iam dictam sedem inuite & renitenter assumptus est.Qui tamen in episcopatu degens eremi uitam non deseruit : quinimo ieiuniis & orationibus iugiter intentus curam pastoralem sedule administrabat : & ad eremum sibi dilectam sepius accedens sanctos anachoritas & patres frequentius persona & benedictionibus uisitabat . Hic apud pamphiliā in pace quiescens ibidem sepultus iacet.

¶De sancto habetdeum episcopo & martyre. LIX.

HAbetdeū episcopus luuensis & martyr tempore uandalice persecutionis in italiam martyrium passus est . Qui dum arriane p/fessioni resisteret : primo in exilium relegatus est . Deinde ipsum uandali reuocātes:obturato eidem ore:ipsum aqua more arrianorum rebaptizarunt : putantes ex hoc eius conscientiam uiolare. Sed dum adhuc illis fortius obsisteret ab eisdem capite cesus est.

¶De scō casiodore confessore. LX.

CAsiodorus confessor ex senatore monach⁹ quōdam theodorici regis italie cancellarius: natione apulus : floruit tempore childeberti regis francorum. Hic uite sanctitate admodum effulgens diuina & humana litteratura pollens : non nulla perutilia ecclesie dei digessit. Scripsit nempe libꝫ De trinitate.De anima.De amicitia.Familiarū epl̄aꝫ. De orthographia.Sup psalterio centum & quinquaginta tractatus super cētum & quinquaginta psalmos . Scripsit etiā historiam tripartitam . Et iustiniani primi temporibus humanitatis debitum soluit.Sepultus in miraculis uiuit.

¶De scō geremaro abbate. LXI

GEremarus abbas ortꝰ uilla gua
tandra ex confinio beluacensi su
per flumen : patre rigoberto &
genitrice aga: ex nobili francoꝝ
progenie orta unicis parẽtibus
post eorum obitũ omnibus pro christo pau
peribꝰ erogatis: monachalem habitum a san
cto andoeuo episcopo suscepit : & in mona
sterio pentuli multorum monachorum ab
bas constitutus est. Cuius dum monachi du
ras correctiones non ferrent: cultellum sub
lectulo ponentes: manubrium solo heserũt:
acumen uero nudum erecta cuspide supra
lectum in aerem dimiserunt: ut rediẽs a ma
tutino: se super telum cum impetu sternens
semetipsum transfoderet. Ille autem rediens
ab ecclesia finitis matutinis: dum lectuꝫ uel
let ascendere: diuino instinctu preter moreꝫ
manum circũducens ferrum repperit: & ad
ecclesiam reuersus in oratione pernoctauit.
Mane autem facto nemini aliquid indicans:
in capitulo coram fratribus abbatie renun
ciauit: & ad sanctum andoeuum pergens lo
cum solitarium sibi ab eo consignãdum po
poscit. Quibus ambobus per uisum nocte
angelus locum ostendit. Qui mane ad locũ
pergentes: dum nebula totum circuitum: u
bi erat construendum cenobium operuisset
Vox de celo sonuit: q̃ ante annos quadragin
ta deus locum illum fideli suo geremaro p̃
uidit. Nebulaq; sublata: locus totus rore p
fusus: quasi si uirga per circuitum fuisset de
signatus apparuit. Vbi edificato monasterio
sanctus geremarus cum quibusdam electis
discipulis usq; ad obitum suum deo fideli
ter deseruiuit: ibiq; sepultꝰ in pace requiscit.

¶ De sancto rhemachlo episcopo. LXII

RHemachlus episcopus traiecten
sis claruit tempore imperatoris
constantini iunioris: ut dicit sige
bertus. Qui postq̃ ꝓmissam sibi
ecclesiaꝫ aliquo tempore uerbis
atq; exemplis feliciter gubernasset: tãdẽ pte
sus seculariũ tumultuũ: eꝑatui r̃signauit: &
monachalis uite hitũ assumẽs: xp̃o deinceps
iugiter militauit. Et sub monachali obediẽ
tia de mgr̃o effectꝰ discipulꝰ in pace quiuit.

¶ De scõ landelmo ꝓfessore. LXIII

BAndelmus confessor: qui & mo
rosus a sancto ausberto episco
po cameracẽsi ex p̃done ad xp̃m
conuersus & monachus effectus
a beato martino episcopo turo
nensi ad predicandum destinatus : fundator
fuit duorum cenobiorum: uidelicet lolobiẽ
sis aluei uastaris atq; crispinensis: in quo se
cundo corpore quiescit. In ipso igitur mona
sterio crispinensi cum duobus discipulis su
is aldeleno & domitiano claruit : ibiq; chri
sto seruiens in pace quieuit. Quo tempore
claruit gislenus cellensis abbas: maldegariꝰ
dux: qui & uicentius altimotensis & seczen
sis eiusq; coniunx ualdetrudis castrilotensis
ororq; ualdetrudis aldegundis melbodien
sis. Trudo etiam albanensis: & alii multi de
anglia & scotia : qui ubiq; uerbum domini
seminabant. Tunc temporis cenobium flori
acense a leodoboldo abbate fundatur: ubi &
post annorum decursum corpus sancti bene
dicti translatum est: ut dictũ est supra in eiꝰ
translatione. 5. idus iulii.

¶ De sancto bernone abbate. LXIIII

BErno primus abbas monasterii
cluniacensis & fundator ipsiꝰ or
dinis claruit tẽpore conradi pri
mi imperatoris. Cuius anno pri
mo ordo incepit predictus : an
no uidelicet domini. 912. Hic autem multa
uite sanctitate polluit: quod ex ipsius ordi
nis institutione satis patere potest. Quia san
ctus uir nunq̃ potuisset aliter docere: q̃ uixe
rit. Qui dum morti appropinquaret : Odo
nem monachum suũ olim musicũ sibi consti
tuit successorem : ea conditione: ut ecclesia
cluniacensis annuatim solueret ecclesie gi
gniacensi censum duodecim denariorum :
quod usq; hodie seruatur. Tãdem berno ab
bas exitiali langore detentus: uicinos episco
pos accersiuit: & se reum tãto ministerio iu
dicans: & ab ordine seipsum deponens: odo
nem ordinat abbatem. Qui dum pro uiribꝰ
reniteret: ui fratrum adductus & episcopo
rum mandato sub anathematis pena supera
tus acquieuit. De quo supra in eius gestis di
ctum est. 13. calendas decembris. Sanctus au
tẽ berno post dies modicos in pace requiuit.

¶ De sancto edgaro rege & ꝓfessore. LXV

EDgarus rex anglorum insignis
frater ediui: cepit regnare anno
othonis imperatoris uigesimose
cundo: dum adhuc esset iuuencu
lus annoꝝ sedecim: quo nascen
te dunstanus archiepiscopus cantuariensis
audiuit uocem de celo anglice dicẽtem. Pax
anglie quãdiu puer iste regnabit: & dunsta
nus noster uixerit. Regnauit autem ãnis. 16.
& quolibet anno nouum monasterium fun
dauit: totamq; insulam in sũma pace & iusti
tia gubernauit. Nã regem scotoꝝ cinandum
cambioꝝ malcolinũ: archipyratã masconiũ
omnesq; reges ualensiũ numero. 5. ad curiã
coactos perpetuo sacramẽto sibi obligauit.
Quos apud legionũ sibi occurrentes: & põ
pam triũphi per fluuium deduxit una naui
impositos: quã illi remigabãt: & ipse in pra
sedebat. Compatriotas suos a nimia potati
one timore & industria refrenauit . Et adeo
seuerus fuit : q̃ ibi nullus fuit priuatus la

tro nullus pōpularis predo: nisi qui uellet amittere uitaz: quinetiā omnis generis feras sanguinis auidas ex regno extermiauit. Gui dualo regi gualdensiū indixit: ut sibi omni āno tributū.300.lupoꝝ solueret. Quod dū ille plurib⁹ annis feciſſet: nullū se amplius i uenire ꝓfessus ē. Omni estate p⁹ pascha naues p omnia littora aduari precipiebat: & ascēdens ipemet: mare circuibat: ut pyratas arceret: hyeme uero p prouincias equitabat ut predones deleret: iudicia potētioꝝ exquirens ne ius uiolarēt. ¶ Quodā tēpore uenatum prexerat: dunstanū qui secū erat rogās missam differre. qa dies dñicus erat. Appropinquāte hora tertia eps sacris idutus super altare regē expectabat: subitoq; sopore leui depressus: raptus i celum audiuit cātus angeloꝝ cantātes kirieleison.9.uicib⁹. Excitatus post modicū adhuc expectās rapitur: & audiuit alta uoce dici. Ite missa ē & rñderi: deo gras. Tunc accurētes eius clerici regem adesse dixerunt: quib⁹ rñdit q̄ missam audi uerat: nec esse opus q̄ ea die ampli⁹ celebraret. Interrogatus a rege cur hec diceret: & q̄re celebrare nollet uisionē apit. Et hoc sumpta occasione regi prohibēs: ne die dñico ulterius uenatum pergeret. Quā corrreptionē scūs rex benigne suscepit & de cetero obseruauit. Qui gubernato regno post annos.xvi anno etatis sue.33.i pace quieuit: & miraculis post obitum claruit.

¶ De scō deodorico episcopo. LXVI

DEodoricus metensis epus imperatori othoni primo sanguine & dilectione ꝓiunctus fuit. Qui dū i italica expeditione militaret: & scūs eps cū eo p triēnium i ipsis ptibus extitisset: ipe uti deuotissim⁹ ex diuersis locis & ciuitatib⁹ plurima corpora & reliquias scōꝝ collegit: que ipe secū i partib⁹ suis asportauit. Primū a marsia corp⁹ elpidii ꝓfessoris subtulit. Cuius socii cadauer: uide licet eutychii iaz ipe imperator subtulerat. Ab amiternis eutychen mrem cum reliquiis maronis & uictorini socioꝝ illi⁹. A fulginio felicianū epm & martyrem: a pusio asclepiodorū mrem: a spoleto serenū mrez cum gregorio mre spoletañ. a cordinio pignora uincentii mris olim ab hispaniis p duos monachos capuā: & inde cordiniū delata. A menā nia alteꝝ uincētiū epm & mrem: a uincentia leontium episcopum & martyrē: a florētia minyatē mrez: ab urbe tudertina fortunatū epm. A sabinis partes corporuz proti & hiacyinthi mrz: & alia plurima que i ecclesia sācti uincētii mris a se i saltuuallis ꝓstructa locauit: cum pte catene sci petri apostoli: & capillis ei⁹: & sanguine sci stephani protomartyris: & pte craticule sci laurētii: a ioāne papa sibi donatis. Hec omnia prefatus sanctus eps in dicta ecclesia deuote reposuit: ubi p⁹ modū ecclesia sua feliciter gubernata i xpo quiescens tumulatus iacet: & miraculis uiuit. Hec sigibertus.

¶ De scā eteldrita regina & uirgie. LXVII

ETeldrita regina & uirgo i anglia claruit: ut ait beda. Que duobus nupta uiris uirgo pmānsit: uiros ad castitatis obꝛuantiam suis exhortationibus inducēs: & semetipam illibatam custodiēs. Huius pater fuit anna rex orientalium angloꝝ qui habuit alias duas filias: etelburgā & sexburgā. Quarum prima in monasterio gallie: quod dicit brigis: scimonialis primū: p⁹ abbatissa fuit: & semper incorrupta permansit. Altera herecoberto regi cūmarioꝝ uxor data est. Ex quo genuit duas filias excotongam: de qua beda multa scripsit: & hermenildā: que uulsio regi mencioꝝ data est in coniugē. Exquo habuit filiā uemburgā uirginē. Mater apud beluium post sexburgaz abbatissa fuit: filia uero apud legionū ciuitatem quiescit. Que maxime orationes feminaꝝ & puerorū exaudire creditur.

¶ De sanctis nuldruta & nulburga uirginibus. LXVIII.

NVldruta & nulburga uirgines sorores carnales i anglia claruerūt. De quib⁹ beda scribit: q̄ fuerunt filie mēguardi frīs guelferii regis: ex uxore memburga filia hermerendi fratris hercoberti: quarum prima in cenobio sancti augustini cantuarie: secunda apud uēneloch ambe signis radiantes quiescunt.

¶ De scā edburga uirgiñe. LXIX

EDburga filia eduardi regis senioris in anglia claruit. Hec ex uxore regis edelspita progenita uirgo sāctissima fuit. Que adhuc trima sic a patre probatur. Posuerat ille in triclinio diuersa ornamenta mulierum naturaliter allectiua: & seorsum crucē & euangelium: iussaq; ut qd uellet horum eligeret toruo aspectu secularia despiciens: manibus iunctis crucem & euangelium adorauit: ipsaq; postmodum in manib⁹ sumpsit & osculata est. Quod pater considerans & uirginis puellule auspicium notans: eam adhuc infantem in monasterio uirginum in urbe uinconia dedicauit: ubi ipsa proceden te etate laudabiliter uixit: & humilitatem nimiam in omnibus exhibuit. Nā saccos puellarum sociarum furtim nocte surripiens: & diligenter lauans lectis earum rursus apponebat. in ipsoq; cenobio in pace dormiuit: & signis effulgens ibidē corpore qescit.

¶De sancta eggytha uirgine. LXX

EGgytha filia regis edgari anglorum uirgo scā in uiltimēsi cenobio iacet: & miracula ostidit. Dū sanct⁹ dūstan⁹ ꝓsecraret ecclesiā dionysii: quā edificauerat: rex uidit hanc puellā pollice dextro frequenter signū crucis fronti iprimere: & ait: Nunq̄ putrescat ille digit⁹: & ꝓtinuo flens floridā illā rosam cito marcentē futurā ꝓdixit: auemq̄ deo dilectā euoluturā. Quod post modicū ꝓtigit: puella de seculo isto subtracta. De q̄ sanct⁹ dunstan⁹ ꝑ uisionē uidit: q̄ sanct⁹ dionysius illā ꝑ manū tenebat: & dūstanū amonebat: ut ipsa uirgo a famulis xp̄i sic honorarē in terris: sicut a sponso honorabat in celis. Hec in ꝓfessione scimonialis aureis uestibus utebat. Cuius corp⁹ uirgineū i terra sepultum: dū post aliquot mēses altius leuaretur: totum in cinerē solutum inuentum ē: ꝓter dextr⁹ pollicem: de quo dunstanus ꝓdixerat: q̄ nunq̄ marceret: & aluum atq̄ aluo subiecta: que integra repta sunt. De quo dū omnes admirarent: uirgo sancta cuidā dormienti apparens dixit: nō esse mirandū: si uēter ille nō putruerat: quē ulla libido non tetigerat. Quiescit in prefata ecclesia sci dionysii: ubi miraculis fulget.

¶De sancto hildeberto epō. LXXI

HIldebertus cenomanēsis eps: poste turonēsis archieps fuit. Hic berengarii turonēsis discipulus Versificator & dictator egregi⁹ libr⁹ elegantē de ꝓcēptu hui⁹ uite partim metrice: ptim ꝓsaice dictatū cōpo suit: qui etiā ut ipse de se i quadā sua epistola refert: multas tribulationes & uincula ꝑ xp̄o ppessus ē ab emulis: uidelicet rotrocli comitis cenomanēsis: q illū de comitatu eiecerat: & comitatū ei⁹ usurpauerat. Qui scūs eps a ꝓdictis hostib⁹ detētus ē iniuste: eo q̄ comitē existentē in carcere uilitassēt: & testamentū ipsi⁹ sua manu ꝓscriptū matri detulisset. In ipsa ergo custodia multas passus afflictiōes: epistolas plures scripsit. Tādem eiect⁹ de carcere turoni archieps ordinat⁹: uirtutib⁹ & scitate refulsit: & apud eādē citatē i pace dormiuit: ibiq̄ iacēs i miraculis uiuit.

¶De sancto didacho epō. LXXII

DIdachus eps exomēsis magister fuit sancti dominici ordinis ꝓdicator⁹ fundatoris: cui⁹ & ille fuit canonicus regularis: & exinde supprior canonice ipsi⁹. Hic cū 12. abbatibus ordis cistertiensis & cluniacēsis: & cū quodam apostolice sedis legato ad terrā albigēsem missus est ad ꝓdicādū ꝓtra hereticos albigenses: qui tale ꝓsiliū collegis in officio ꝓbuit: ut qa xp̄m paupem ibāt ꝓdicare: eiusdē se uite ostenderent ōpib⁹ ꝓformare: ut ex hoc aias facili⁹ lucrarēt ad xp̄m Et sic ꝓsilio didachi: equitaturas & pōposā supellectilē dimittētes: in hitu humilitatis & gestu pauptatis incedentes officiū ꝓdicationis ꝓsecuti sunt: in quo officio ꝓdict⁹ pater cū sancto dominico eius canonice supprior sibi assistēte laudabiliter se gessit: & multos ad xp̄m ꝙuertit. Post bienniū autē ad ecclesiā suā redire disponens: loco sui beatū domicum uicarium dereliquit. Dūq̄ post multos labores exomam peruenisset: pedes trāsiens per castellam: ad extremum uite sue perductus est. Qui post obitum miraculis claruit.

¶De sancto bene abbate. LXXIII

BEne abbas fuit in deserto thebaidis: de quo hieronymus dicit: q̄ nunq̄ uisus est iurare: neq̄ mentiri: neq̄ irasci: neq̄ ociosum uerbum ꝓferre: sed uita eius erat in summo silentio: mores tranquilli: ut per oia q̄si āgelici ordis uideret. Humilitas quoq̄ immēsa: ꝑ nihilo in oib⁹ semetipm ducens. Hic dū bestia quedā noie hippotaur⁹ regionē sibi ꝓximā uastaret: rogatus ab agricolis uenit ad locū: & bestie i noie iesu ꝓcepit: ne amplius terrā illā uastaret. Bestiaq̄ statim recedens nusq̄ ꝓparuit. Simili modo crocodilum ab eo alio tempore fugatum perhibebant. Hec in uitis patrum.

¶De sancto pitrione abbate. LXXIIII

PItrion abbas fuit in thebaide in monte quodā ꝓrupto fluuio imminente: in quo erant ꝑ ipsa ꝓcipitia spelunce difficiles accessu: in his monachor⁹ plurimi ꝓmanebāt: quor⁹ pater erat pitrion. Hic discipulus sancti antonii fuit: & post eius obitū cū amone habitauit: & post hui⁹ abscessum in ꝓdicto se monte ꝓstituit. Qui gr̄a sanitatum & fugandor⁹ spirituū miro modo clarebat: & immundor⁹ demonū notitiā maximā habebat. Dicebat aūt neminem posse demones eiicere: nisi prius a seipso uitia eiecisset. Et quicūq̄ supasset uitia ꝓpria: posset de facili demones superare. Hic secundo in septimana reficiebatur pulmentula ex farre sumens nec aliam iam poterat escam recipere: neq̄ etate: neq̄ mansuetudine permittente. Hec ubi supra.

¶De sancto heronio sene. LXXV

HEronius senex annorum. iio. discipulus fuit beati antonii. Qui i deserto nitrie in eremo habitauit post mortē magistri summe humilitatis gratia refertus. Et in eadem solitudine plenus sanctitate quieuit. Hec in uitis patrum.

¶ De scō diogene monacho. LXXVI.

Diogenes anachorita ali⁹ beati antonii discipulus fuit. Hic erat uir sūme prudētie i eodē nitrie deserto degēs. Cuius ꝓmo & narratio oēs ad se uenientes edificabat pissime cū de magri sui uirtutib⁹ loquerē. Et hic etiā i eadē eremo dormiuit i pace. hec ubi supra.

¶ De scō iulio aphricano. LXXVII

Iulius aphricanus inter historiographos precipuus ut scribit eusebius. Alexādri & maximini ac gordiani impatoꝝ fulsit temporib⁹: qui scitate & sapiētia insignis fuit: scripsit eni ad aristidē de euāgelioꝝ: q̄ uidē dissonātia & de genealogiis que a matheo & luca diuerse referunt ꝓposuit librū. In quo ceteroꝝ opiniones a ueritate discordes coarguit: & uerissimā utriusq; ꝓsonātiā esse demonstrat. Chronicoꝝ de tēporib⁹ edidit libros: i quinq; uoluminib⁹ diligenter ad modū & studiose ꝓpositis. Ad origenē scripsit epl̄am de eo qđ i daniele legit de susanna q̄si in hebreis nō hēatur codicib⁹: ad quā origenes elegātissime rndens ait: nequaq̄ iudeoꝝ adherēdū fraudib⁹: sed solū: q; septuaginta iterpretes scribūt pro ueritate tenēdū. Hic sub antonino augusto dormiuit in dño. Hec hieronym⁹ de uiris illustrib⁹.

¶ De scō archiloco episcopo. LXXVIII.

Archilocus siue archelaus mesopotamie eps tēpore ꝑbi ipatoris floruit. Qui uita fuit clar⁹ & doctrina ꝓspicu⁹. Librū eni disputatoriū aduersus manicheū scripsit: in quo disputationē ad sensuꝫ cū quodā ex heresi illa secū habitā syro ſmōe explicauit. Qui in grecū trāslat⁹ a multis habetur. Hic quoq; i ecclesia sua ꝓditus i pace requiescit: hec ubi supra.

¶ De scō agrippa ꝓfessore. LXXIX.

Agrippa cognomēto castori⁹ cōfessor scūs floruit alexādrie tempore hadriani ipatoris. Qui uir doctus & sapiētia isignis aduersus. 424. basilidis heretici uolumina que i euāgeliis ꝓfecerat: & fidei nr̄e ueritati repugnabāt: fortissime & elegāti ſmone dissuit grādi libro catholicā credulitatē defēdēs. Hic apud alexādriā nō minoris uite scitate q̄ doctrine ueritate radiās diē clausit extremū tēporib⁹ hadriani ipatoris: hec hieronymus libro de illustrib⁹.

¶ De scō attico epō. LXXX.

Atticus ꝓstantinopolitan⁹ eps tēpore archadii ipatoris apd ipaꝫ urbē regiā clarus uerbis & operibus fulsit. Qui ad eiusdē principis filias de fide & uirginitate egregiū scripsit uolumē. In quo nestoriana dogmata repugnauit. Et apud eandē ciuitatē i xp̄o quiescit: hec gēnadius.

¶ De scō bacchilo episcopo. LXXXI.

Bacchilus corinthioꝝ eps: de quo eusebius ecclesiastice historie libro. v. cap. 22. mētionē facit apd ipam corinthioꝝ ciuitatē claruit tpe seueri ipatoris. Qui uir scissimus & sapiētia ꝑfulgens isigniter inter ceteras doctrie sue opa: librū elegātē de pascha ex ꝑsonis oium epoꝝ: qui i achaia erāt: ꝓposuit: & apud ipm oppidū tumulatus in dño quieuit. Hec hieronymus.

¶ De scō pholcate episcopo. LXXXII

Pholcas eps & mr̄ apd egyptum passus ē sub ꝑsecutiōe maxiani iperatoris. Hic egyptius natione de ciuitate tāpnis: uir genere nobilis & opū nō modicaꝝ: eiusdē ciuitatis epatū humiliter suscepit. Qui sapiētia illustris uolumē elegantissimū de martyrū laude ꝓposuit: de semetipo i eoꝝ numero futuro diuinit⁹ uaticinās. Nam cū ebulliēte maximiani persecutione ab infidelib⁹ tentus idolis imolare renuisset: pro xp̄i ꝓfessione capite trūcatus & apud eandē urbeꝫ a xp̄ianis conditus est.

¶ De scō fetitio episcopo. LXXXIII.

Fetiti⁹ eduēsis eps apud ipam floruit ciuitatē. Hic uita purissima & doctrina fulgida: fame i gallia celebris i canticis canticoꝝ ꝓmētarios edidit insignes: aduersus quoq; nouatianum grāde ꝓpilauit uolumē: cōstantini q; magni tēporibus in ipa ciuitate satis terminum ponēs tumulatus iacet. Hec ubi supra.

¶ De scō gennadio episcopo. LXXXIIII

Gennadius eps apud ꝓstātinopoli floruit: & ip̄i⁹ ciuitatis regie pastor extitit. Qui uir scitate ꝓspicuus atq; sapiētia & doctrina uenerabilis fuit. Acris eni erat ingenii & lingua dictus. Hic danielē ꝓphetā ex integro ad uerbū exposuit. Homelias etiam plurimas edidit: leonis ipatoris prioris tempore uite mortali cedēs: eternā adeptus ē: & corpore tumulat⁹ in ipa urbe quiescit. Hec gennadius ubi supra.

¶ De scō gulphila episcopo. LXXXV

Vlphilas natiōe gothus gothorum primus episcop⁹ fuit. Qui tempore ualentiniani primi & ualentis augustorum uite sanctitate & sapiētia clarēs: a papa damaso ad ipas gētes delegatus: maximam eorum ptem ꝓuertit ad christū: miraculoꝝ

quoq; gloria claruit. Nam & cecos plures il luminauit: & demones ab obsessis nō nullis effugauit. Egros quoq; a diuersis infirmitatib⁹ curauit. Hic ad gentis sue instructionē gothicas litteras repperit. Cum ante eū rustico more sine litteris: que nouerant memorie cōmendabant. Deinde testamentū uetus ac nouum in linguam transtulit ꝓpriam. Et senio longo ꝓfectus in pace quieuit. Sepult⁹ apud gentē suā: ubi miraculis pollet.

¶ De sancto gemino epō. LXXXVI

Emin⁹ epūs nisibensis floruit tpe alexandri impatoris. Hic primū antiochene ecclesie pbr̄ mox nisibene urbis sue pontifex effect⁹ uita & doctrina egregius: qa modico tpe in corpe uixit: iōq; pauca ingenii sui monimenta dereliquit. Apud nisibense oppidū iacens uirtutibus effulget. Eodem tempore heraclas hui⁹ in scholis ꝓfocius: alexādrine ecclesie ordinatus est pbr̄. Hec hieronymus libro de uiris illustrib⁹.

¶ De sancto heraclide ꝓfessore. LXXXVII

Eraclides ꝓfessor claruit in egypto tēpore ualentiniani augusti: qui alexandria ortus: duz cultu⁹ ram eremi desideraret: isidorum abbatē apud alexandriā degentem petiit: eiq; optatum suū exposuit. Isidorus uero illum ad abbatē dorotheum in thebaidis deserto habitantē: & ꝓtemplationi uacantem adduxit. Sub cuius disciplina & eruditione heraclides annos plures exegit. Die quadā missus ab abbate ad puteum: ut aqua cacubum impleret: dū ille aquam hauriret: hausit simul cū aqua serpentē. Et expauens ad abbatē accessit: eiq; factu⁹ narrauit. Qui eidem respondit: q; si quādocunq; diabolus serpentis formam sibi dilectā assumens lympham intraret: monachi potum recusarent: forsitan uel nunq̄ aquam biberent: sicq; siti perirent. Et uadens ad cacubum signu⁹ crucis edidit: & continuo colubr̄ occidit: ipseq; prior de hausta aqua bibit: & deinde discipulus secur⁹ potauit. Et extunc heraclides: dum serpētē uidebat: exemplo magistri crucis signum faciebat: & serpens protinus interibat. ¶ Verum defuncto dorotheo abbate heraclides solus eius antrum hereditario iure possedit: ibiq; multo tēpore perseuerauit Hic cellas & tuguria monachor̄ & anachoritarum omniū per omnes regiones deserti multo tēpore circuiens: uidelicet desertum scythi: thebaidis: & nitrie inferioris ac superioris. Vitas & gesta sanctor̄ patr̄ singulorum exquirens: & mēte recondens. Librum postmodū de uita anachoritica ꝓpilauit: in quo que uiderat: & audierat acta descripsit quē & paradisum intitulauit. Et hic sāctitate ꝓsumatus in thebaide in pace dormiuit.

¶ De sancto lucifero epō. LXXXVIII

Vcifer calaritanus epūs apud eandem ciuitatē: que in insula sardinie sita est: claruit tempore constantii impatoris. Hic cum arriana hereſis pullularet: ipseq; a liberio papa heretico requisitus: cum nollet niceni cōcilii damnare fidem: a ꝓstantio prefato impatore arriano apud palestinā in exilium dudū actus est. Vbi ꝓtra fidem eiusdē imperatoris librū elegantē ꝓpilauit: quē ad eundem misit. Vnde & ꝓstantius indignatus acrius eidem mortē cōminatus est. Sed paulo post ꝓstantio defuncto: uir sanct⁹ sub iuliano reuersus calaris reliquū uite cū pace transegit. Et sub ualentiniano imperatore sati munus impleuit. Hec hieronymus libro de uiris illustribus.

¶ De sancto latrociniano marty. LXXXIX

Atrocinianus martyr apud galliam passus est. Hic natiōe hispanus: uir per omia eruditus: & inmetricis ut ferē uersibus cōparādus opuscula diuersis metris edita fidem nostrā redolentia scripsisse traditur: que usq; ad hieronymi tēpora extare adhuc dicebant. Deniq; sub quodā maximi ano tyrāno: qui imperante primo theodosio gallias occupauerat: factione quorundā ꝓueritate & defensione catholice fidei apud treuerim cesus est cum priscilliano bapille epō & amborum corpora apud ecclesiā treuerensis ciuitatis condita sunt. Hec hieronymus ubi supra.

¶ De sancto malchione pbr̄o. XC

Malchion antiochene ecclesie presbyter disertissimus floruit apud ipsam ciuitatem temporib⁹ claudii & aureliani imperatorū. Hic uita sanctus & sermone luculentus in eadem urbe rethoricam florentissime docuit. Qui aduersus paulū samosatenū p̄fate ciuitatis epm̄ prauū ebionii dogma restaurantē fortissime disputauit. Cuius disputatiōis scribis excipiētib⁹ dialog⁹ extat. Sed & alia opuscula ex ꝓsona synodi ab eo sunt edita ad dionysiū & maximū romane & alexandrine urbis epos directa. Hic apud eādē antiochiā scitate & doctrina p̄clar⁹ btō fine quieuit: ibidē tumulatus. Hec ubi supra.

¶ De sancto sophronio ꝓfessore. XCI

Ophronius ꝓfessor natione grecus claruit tempore leonis secūdi imperatoris. Hic usq; p omnia eruditissim⁹ grece & latine lingue perit⁹ adhuc puer bethleemitice ciuitatis laudes descripsit. Et postea de eius subuersione librū composuit. Ipe libru⁹ de

uirginitate ad eustochiũ & hilarionis monachi uitã que btũs hieronym⁹ romana lingua ꝓpilauerat: opuscula: ex latino uertit in grecum. Psalteriũ quoq; & ꝓphetas que hieronymus ex hebreo i latinum trãstulerat: hic idẽ ꝙuertit i grecũ. Et postmodũ ad eremũ trãsiẽs & uitã anachoriticã ducens ꝓtemplationi iugiter uacãs ꝙuit in dño.

¶ De sanctis philippo & philippo imperatoribus martyribus. XCII.

PHilippus imperator & philipp⁹ cesar eius filius ambo martyres anno dñi. 239. ab urbe uero condita anno. 997. Gordiano augusto in imperiũ successerunt. Cuꝫ enim gordianus impator obtenta uictoria i bello parthico: rediens circa flnuiũ euphratem fraude suorum fuisset iterfect⁹ p hilipp⁹ ibidem imperator a romana militia creat⁹. Philippum filiũ suũ ꝓsortẽ regui fecit exercitũq; ex syria icolumẽ ad italiã reduxit: Imperauitq; ãnos. 7. Hic prim⁹ impator oium xp̃ianus fuit: quẽ btũs põtius eps & mr̃: una cũ filio ad fidẽ xp̃i ꝙuertit: & i nicea citate ꝓuincie baptizauit: ut dictũ ẽ supra in passiõe pontii epi & mr̃is pridie id⁹ maii. Post tertiũ uero ei⁹ ipii annũ millesim⁹ a ꝓditione rome ãnus explet⁹ ẽ: ut augustissimus oium ꝓteritoꝝ. Hic natalis ãnus xp̃o potiusq; idolis dedicaret. Qui qdẽ annus fuit a romanis cũ ingenti ludorum & spectaculorum apparatu celebratus. Nec dubiũ est qn philippus imperator xp̃ian⁹ hui⁹ tante deuotiõis gr̃iaꝫ & honorẽ ad xp̃m & ecclesiã reportaret: qñ ip̃s uel ascẽsum in capitoliũ imolataq; ex more hostias nullus auctor oñdit. Eodẽ aũt tẽpore philippus ipator deciũ militaré uiꝝ & in rebus bellicis strenuũ cesaré fecit. Cuius ꝑcepto dũ corpora apostoloꝝ petri & pauli de catacũbis a cornelio papa trãsferri deberent: toti⁹ senatus cõsultu: ꝓcessuꝫ ẽ romano pontifici ceteriq; xp̃ianis libere ad sepulturas apostoloꝝ fiendas isudare: & ad id faciendum data sunt eis de fisco reipublice adiutoria. Hoc autẽ decius cum eẽt paganissim⁹ simulate fecit: ut dñis suis xp̃ianis ꝓplaceret: & sic ab eis magis honoratus occasionẽ mortis illoꝝ ꝓfidẽtius ptractaret. ¶ Cũ aũt ipatores deciũ ad gallias subiugãdas: que nup rebellauerãt misissent. Isq; prospe cũcta gessisset: & ad libitũ potit⁹ uictoria romã rediret. Impator philippus eũ honorare cupiẽs eidẽ a roma usq; ueronã obuius iuit. Decius aũt iã cũ quibusdã ex principalioribus militie sue de morte ipatoꝝ ꝓspirauerat: & ne ꝑditor dñoꝝ suoꝝ notaret: occasionẽ xp̃ianitatis assũpsat: suadẽs q; nõ eẽt decẽs sup romanã militiã impare: hõies q deoꝝ cultũ deseruissent: & a romanis antiqs legibus discedentes: noue ignoti & reprobati dei culture adhesissent. Sicq; de cõsensu illoꝝ Impatorẽ i stratu suo quiescẽtẽ & xp̃m ꝓfitẽtem latẽter occidit: & cũ exercitu muneribus & precib⁹ subducto romã uenit: ac senatui cur dñm suum occidisset exposuit. Sꝫ dũ necẽ philippi maioris senat⁹ ratã habuisset: philippus iunior rome degẽs: hoc audiẽs timuit: thesaurosq; paternos ac suos: btõ sixto ꝑo tunc rome põtifici: eccleſie & paupib⁹ dispẽsandu; tribuit: & se a facie decii occultauit. Decius aũt ad ꝓditionẽ suã palliandã xp̃ianos cepit crudelissime ꝓsequi: mandans illos sine ulla misericordia trucidari. In qua ꝓsecutiõe mꝫ ta milia martyꝝ passi sũt. Inter quos & philippus ipator iunior ab eo tent⁹ & i xp̃i confessiõe iugulat⁹ ẽ. Sicq; ambo ip̃i pater. s. & fili⁹ mr̃es xp̃o ꝓsecrati sũt. ¶ Iste philippus senior adeo i fide xp̃i prosecerat: ut prompte peccata sua ꝓfitẽs: in festo pasche a btõ sixto papa corã omni multitudine cõioneꝫ eucharistie sumeret. Philippus uero iunior i tantũ seueri animi fuit: ut nulli⁹ cuiusq̃ cõmento ad risum solui potuerit: patrẽq; ludis sc̃ari b⁹ aliqñ ꝓinãtẽ: uultu ãotauerit auersato.

¶ De scõ theodosio magno ipatore. XCIII.

THeodosius imperator senior imperium accepit circa annum domini. 422. & ipauit ãnos. x. menseꝫ unũ sol⁹. Nã primũ cũ frib⁹: se natu maioribꝫ ipauerat p ãnos v. Hic in catalogo scõꝝ a grecis cõscribitur & ꝓfessoris scissimi noie uenerat. Nã xp̃anissim⁹ & sciss̃im⁹ uita fuit. Oia antiqua phana & tẽpla idoloꝝ destruxit: & p totũ orbẽ romanũ destrui mãdauit: cultumq; xp̃i & fidei mirabiliter auxit: hostes aũt ipii nõ tã ferro uel multitudie q̃ ieiuniis & oratiõib⁹ ꝓsus prostrauit. ¶ Fuit aũt reipublice ꝓpagator morib⁹ & corpe & aio simul clemẽs: miseri cordie opib⁹ iugiter itent⁹: cõis apd cũctos: solo habitu se differre a ceteris putans i oẽs hoies honorific⁹: ueꝝ effusus i bonis simplicia igenia diligere: erudita mirari oñdebat: largiri magno ac diligẽti aio magna: amare ciues etiã priuatos ꝓtubernio: eosq; potissime dignos pecũia beneficiisq; ceteris munerari: uiolentiã & cupiditatẽ detestatus ẽ. Bella nõ mouit sed iuenit: que & pro posse sedauit. Ministeria lasciua saltariasq; ꝓmeſatibꝫ nes lege prohibuit: ꝓsobrinaꝝ nuptias tanq̃ prophanum interdixit: litteris mediocriter doctus sagax multũ diligens ad noscẽda gesta maiorum. Execrabatur cum legisset gesta dominantiũ superba. Ira rebus indignis: sed subito flecti emolliebatur. Inerat eni ei cura eximie pietatis. Interdum autem seuera precipiẽs a nature munere: magisq̃ a deliberãte rõne. Hic etiã pp uirtutũ ꝓfectionem

ab ipsis barbaris summe diligebatur: unde multe gentes ad ipsius inductum relictis erroribus & idolis ad christum conuersi sūt. In bellis cunctis que ad fidei christiane augmentū & paganorū exterminiū potissime gessit: semp triumphū obtinuit: unde ob eiꝰ insignes victorias poeta quidā eximius sed infidelis: his uersibꝰ in eius laudem cecinit. O nimium dilecte deo tibi militat ether: Et cōiurati ueniunt ad classica uēti. ¶ Huiꝰ prima suasione & hortatū papa damasus officiū in ecclesia dei p beatū hieronymū mandauit ordinari decantandū: cū usq; ad tempꝰ illud nullū eēt in ecclesia officiū ordinatū. Quanta aūt in eo apud hoies māsuetudo: & apud deū extiterit deuotio: patet in illo exemplo: de quo dictū est supra i uita ambrosii epi & doctoris. 7. idꝰ decēbris. Cū eni apud mediolanum missaꝝ interfuturꝰ solēniis uoluisset intrare ecclesiā: beatū ambrosiū ꝑ quodā facinore introitum sibi ꝓhibentē: nisi publice peniteret: humiliter tulit: & satisfactionē nō erubescens: nec publicā facere penitentiā ꝓfusus indictū a scō epō modū deuotus excepit: atq; pontificē de iustitia & magnanimitate animi ꝓmendauit. Hic ex flaccilla ꝓiuge archadium & honoriū xp̄ianos & iustos filios impio sublimandos genuit. Qua defuncta gallam ualētiniani iunioris sororem in matrimoniū duxit: que ei placidā ꝑcreauit: cui postea de matris noie galle cognomētū accessit. Hic orientis & occidentis ptes pacifice possidens: quinquagesimū etatis sue annū agens anno sui impii. xi. apud mediolanum in pace quieuit: cuiꝰ corpꝰ eodē āno ꝓstātino polim translatū est: ubi & miraculis uiuit.

¶ De scō carolo magno impatore. XCIIII.

Carolus magnus impator huius nomis primus apud francigenas intra sanctoꝝ numeꝝ scribit: & colit: & ꝓpter eiꝰ sanctissima gesta: q; sci noie uenerēt ab ecclesia toleratur. Nam & uiuens miraculis claruit: & post morte signis uirtutū effulsit. Hic primus francoꝝ rex pipini filius: multa felicia bella gessit. Nam aquitaniā & uasconiā subegit. Saracenos in hispania xp̄ianos depopulantes usq; ad ibeꝝ amnem uincens fugauit. Terras eoꝝ plurimas acquisiuit: & uictorias plures ꝓtra ipsos obtinuit: De quibus supra actū est in gestis scōꝝ rothlandi & sociorum. 16. calē. iulii. Vbi inter aliud memorabile illud de carolo miraculū legit: q; dum corpora scōꝝ militum a saracenis occisorū requireret apud runciauallē: & sol ad occasum tenderet: ad eius orationē & mandatum sol in celo stetit: & spatio quasi horaꝝ trium in nullo se mouit: donec sanctꝰ rex oēs suos interfectos recollegit. Hiq; etiā saxones infideles adhuc: & xp̄ianis infestos prius sepius requisitos: ut ad fidem xp̄i redirent: aut saltē xp̄ianos in pace dimitterent: dū in sua pertinatia eēnt obstinati: triplici bello deuicit: & regno suo submisit: & tandē coactos ad fidem xp̄i reduxit. ¶ Tempore uero hadriani pape primi requisitus ab eo: ut contra desiderium regem longobardorum: sibi & ecclesie dei subueniret: dimisit bellum: quod ꝓtra saxones iam incepat: & cū multo exercitu francoꝝ & finitimaꝝ nationū ueniens i adiutorium ecclesie dei: supato alpiū iugo: Desideriū regem frustra sibi resistere conantem: cōmisso bello uicit & fugauit: ticenoq; inclusum obsedit: dimissoq; ibidē exercitu romā uoti gr̄a ꝓficiscit. Et ueniēs ad montē gaudii: usq; ad sci petri ecclesiā pedester ꝓperauit. Et eundo p urbē oēs ecclesiaꝝ postes humiliter osculatus est: qui ab hadriano papa honorifice susceptꝰ: a populo quoq; & clero urbis ultra modū honoratus: & ab eisdem patriciatus honore sublimatꝰ: ecclesie bti petri & aliis i urbe ecclesiis & monasteriis multa copiose largiens: tandem ad exercitū reuersus: papiā dudū obsessam ad deditionē ꝓpulit. Ceteras deide lombardie ciuitates subiiciens: Desideriūq; regē captiuum ducens: & ecclesie dei cuncta ipsi a longobardis ablata restituens: in galliā reuersus est. Indeq; saxonicum bellum ꝓsequēs: eos tādē: ut dictū est: indomitos domuit: & inuincibiles supauit: atq; ad fidē xp̄i uel coacte reduxit. ¶ Hic terrā sanctā occupatam a saracenis legatis p̄siarche hierosolymitani & ꝓstātini impatoris ꝓstantinopolitani receptis audiens: & terre scē ꝓpatiēs: cum magno exercitu illuc usq; ꝓuenit: & recupata terra scā cū p ꝓstātinopolim rediret: augꝝ & argentū ꝑciosasq; gēmas a ꝓstantino impatore exhibitas: cū nollet recipe: solas xp̄i reliquias & sanctoꝝ postulauit: ꝑmissoq; ieiunio & oratione: recepit de corona dñi ptē: que ipso uidente floruit: & clauū unum passiōis dñi: & ptē crucis dñice cū aliis sacrosanctis reliquiis: que omnia comitantibꝰ miraculis secum detulit: & aquisgrani i basilica sācte marie: quā ꝓstruxerat: recōdidit: ut dictū ē supra in historia translatiōis corone dñi. 3. idꝰ augusti. ¶ Ad numeꝝ etiā elementoꝝ. i. lr̄aꝝ in alphabeto cenobia fundauit. Et in uno quoq; ꝑ ordinē unā litterā de auro fabricatam plusq̄ centū libre turonensiū ualentē reliquit: ut ex ordine litteraꝝ tēpꝰ fundationis cuiusq; monasterii cognosceretur. Que littere adhuc in plerisq; monasteriis reperiuntur. Hic etiā quattuor archiepatus: uidelicet treuerensē: colonienſem: magūtinensem: salczburgensē diuitiis & honoribꝰ ápliauit

¶ Mortuo uero hadriano papa: & leone ter

tio in pontificiū sublimatō: dū die quōdam ad letaniā procedens de laterano pgeret a romanis captus & erutis oculis: lingua quoq; amputata: nudus ac semiuiuus i monasteriū missus est. Sed deus oipotēs miraculose ei loquelam ac uisuz restituit: de quo supra dictū ē in ei⁹ gestis. 4. cal. iulii. Qui deinde ad regem carolū pergēs: ab eodez ualde honorifice: ut beati petri uicariuſ exceptus est. & cum ei omnia que facta fuerant itimasset. Rex pre nimio dolore fleuit. Et cū papa romā adiit: & cū honore ipm in locū suuz restituit: ubi & papa coram rege de qbusdā sibi obiectis criminib⁹ se purgauit. Sed cum die natalis dñi ad missaz solennia in beati petri basilica assisteret. Leo papa carolum i romanoz imperiū coronauit: cuncto populo romano laudes ei impiales acclamāte. ¶ Post modum aūt carolus impator factus: eos qui in sūmum pontificē manus iecerāt de crimine cōuictos capitali dānauit suia. Sed leone pontifice pio affectu pro eis iterueniente: in exilium ppetuo sunt dānati: uitaq; eis de misericordia pcessa. Sicq; omnib⁹ recte pacatis carol⁹ in imperiū sublimatus: in galliā reuersus est. Ex quo tēpore impiū pstantinopolitanum i galliā trāslatum dignoscit. ¶ Post hec carolus reuersus ptra mauros classem in corsicā misit: quā & ab eis liberauit. Hic edificauit basilicā dei genitricis marie aqsgrani ope mirabili: Apud maguntiam quoq; in rheno flumine pōtem ducentorum passuum longitudinis fecit. Nam tāta est ibi fluminis latitudo. Totius quoq; occidentis omnes pene regiones sibi subegit. Auxitq; mirabiliter gloriam regni sui: quibusdaz regibus ac gentib⁹ per amicitiā sibi pciliatis. Adeo nāq; alfontium regē galitie regesq; scotoz sic habuit apud suā uoluntatē p munificentiā iclinatos: ut eū nunq; aliter nisi dñm: seq; seruos & subditos eius pronūciarēt. Cum aaron rege persaz: qui excepta india totū pene tenebat orientem: talē habuit i amicitia pcordiam: ut per legatos suos inter uestes & aromata & ceteras oriētaliū terraz opes: ingentia illi dona direxerit: & sacratissimū locū in quo ē saluatoris nr̄i sepulchrū: ut ipius imperatoris ascriberet potestati cōcessit. Nam ipe impator ad eundē locum p singulos annos plurima donaria mittebat. Imperatores quoq; pstantinopolitani nicephor⁹: michael & leo ultro amicitiā ei⁹ expetētes: multoties cum muneribus ad eum suos miserunt legatos. Erat eni in amicitiis optie tēperatus: ut eas & facile admitteret: & pstantissime retineret. Tanto oium amore & fauore omni uite sue tēpore pquesat⁹ ē: ut nunq; ei uel minime seueritatis quicq; fuisset obiectū religionem xp̄ianam: quā ab infantia imbuit: scissime & cum sūma pietate coluit. Ecclesiam mane & uespe: itēq; nocturni & sacrificii tēpore: duz eum ualitudo pmitteret quotidie frequentabat. Cūrabatq; ut oia que in ecclesia gerebā tur magna fierēt honestate. Amabat peregrinos: & i eis suscipiendis sūmā curā habebat: uestitu patrio utebatur: peregrina quoq; indumēta nunq; uestire patiebatur. In festiuitatibus quidē precipuis: uestib⁹ auro gēmisq; ptextis: diademate quoq; precioso ornatus i cedebat. Aliis uero dieb⁹ habitus ei⁹ paruz a cōi ac plebeio distabat. In cibo tēperatus: in potu tēperatior erat. Inter cenāduz nunq; histriones sed aut sapientes: aut lectorem audiebat. Legebanť ei historie & antiquoz res geste: ac libri precipue sci augustini: in quibus maxie delectabať. Erat enim eloquētia copiosus & artibus liberalib⁹ solerter imbutus: litterarumq; sapientes ueneratus magnis ditabat honorib⁹. Circa paupes substētandos gratuitam liberalitatē habuit: adeo ut nō solū in patria & in regno suo largiffuas elemosynas facere curauerit: uez in transmarina in syria egypto & aphrica hierosolymis alexādrie atq; carthagini: ubicūq; xp̄ianos in pauptate uiuere ppisset: penurie eoz ppatiens pecunias trāsmittebat. Sacerdotes honorabat: sacra ac uenerabilia loca colebat: & precipue romanā ecclesiā i cuius donaria magna uis pecunie in auro argento ac gēmis ab illo pgesta ē. Cui⁹ & pontificibus multa largit⁹ ē. In omnib⁹ aūt quib⁹ regnauit ānis: quater uoti cā tantū romā profect⁹ est. Filios suos q̄ cito ētas patiebať: faciebat equitare: & armis intendere: filias uero lanificio coloq; ac fuso assuescere: ne ocio torpescerēt. Miraculoz gloria claruit. Nam & leprosos tactu & oratione ferunt ab eo fuisse mūdatos: & cecos duos illuminatos. Postq̄ aūt regnū francoz atq; impium: quod regē dum suscepat feliciter ampliasset. dū ad mortem langueret uocatis ecclesiaz plātis quos habere potuit: oēs thesauros eis tradidit p ecclesias & paupes distribuendos. Et sic in omni scitate pfectus i pace migrauit: anno etatis sue. 81. regni autē. 47. Subactēq; italie 42. ex quo uero impator & augustus appellatus est: āno. 14. in cuius transitu audita est pcinēs angelica melodia. Sepultusq; ē honorifice aquisgrani i ecclesia sancte marie. quā ipe pstruxerat. Ad cuius tumulū diuersarū egritudinū sanabantur infirmi.

¶ De scō libertino abbate. LXXXV.

Libertinus abbas monasterii fundensis: qđ est i prouincia samnii pstructum: discipulus fuit sci honorati abbatis: & fūdatoris ipi⁹ loci: de quo supra dictuz est. 17. cal. februarii. Claruit autē tempore totille

regis gothoꝝ:& miraculis effulsit.Nã cũ eẽt monachꝰ ex abbatis iussu:qui honorato succesſerat:quodã tẽpore rauennã pgebat.Pro amore uero honorati olim eiꝰ magistri quo cũq; libertinus ibat caligulã illiꝰ in sinu deferebat.Dũ ergo pgeret: accidit: ut mulier extincti filii corpusculũ fleret:que ſuuꝫ dei intuita:iumentũ illius p frenũ tenuit:atq; iurando asseruit:q; illũ inde abire non pmitteret:nisi filium eiꝰ suscitaret.Ille uero inusitatum miraculũ expauit:& declinare mulierẽ uoluit:sed oino nequiuit.In eiꝰ quoq; pectore pugnabant inuicẽ humilitas ꝙersationis: & pietas matris:timor ne inusitata ꝓsumeret dolor ne orbate nõ subueniret. Vicit tñ i eiꝰ corde pietas:que quia uicit:affuit & humilitas:descendit:orauit:caligulam de sinu ꝓtulit:eãq; supra corpus extincti pueri posuit. Moxq; defunctꝰ surrexit:quẽ flenti matri uiuum reddidit:& iter inceptũ pegit. ¶ Quadam die ꝓfatus eiꝰ abbas qui honorato successerat:ꝓtra uiꝝ dei in graue iracũdiã exarsit.Et quia uirgã:qua eũ ferire posset:i prõptu nõ habuit.Cõprehenso scabello suppedaneo ei caput ac faciem tutudit: uultumq; eius tumentẽ ac liuidũ reddidit.Die uero altera cũ libertinus ad cãm sibi monasterii cõstituta3 ire deberet:expletis matutinis ad lectum abbatis uenit:& licentiã ab eo humiliter petiit.Ille uero sciens q̃tum a cunctis dilectꝰ eẽt:pro iniuria quã in eum tulerat:recedere eũ de monasterio uelle putabat:eumq; quo uellet ire interrogabat.Ille autẽ ei cãm cenobii hesterno ꝓstitutã ait:quam dimittere nõ ualebat:qa se ad eam ꝓfectuꝝ ꝓmiſat. Tunc ille a fundo cordis ꝓsiderans duritiam sui:& patientiam libertini:ex lecto ꝓsiliit:& ad pedes eius ꝓcidens: de illatis in eũ ueniã supplicauit.Et ꝓtra libertinus se in terrã ꝓsternens sue culpe nõ illius seuitie fuisse referebat:quod ipse iuste pertulerat. Sicq; ad mãsuetudinẽ adductꝰ est abbas: humilitasq; discipuli facta est magistra magistri. Cũ ãt libertinus egressus a multis eũ uenerantibꝰ nobilibꝰ & notis iterrogaſ:quidnã hoc eẽt: q; liuidã & tumentẽ faciem sic haberet.Qui hesterno in sero se in scabello suppedaneo ipegisse peccatis suis exigentibꝰ rñdit.Sicq; nec abbatis prodidit uitium:nec falsitatis incurrit peccatũ. ¶ Postq̃ autẽ abbas ille decessit:libertinꝰ eidẽ i regimie abbatie successit.Qui dũ die q̃da3 pro utilitate monasterii iter ageret:eidem quidã elarida gothoꝝ comes obuiauit. At dei seruus ex caballo suo ab hoibus illius deiectꝰ:iumẽti damnũ libẽter ferens:etiã flagellum:quod tenebat: raptoribus obtulit:& statim se in orationẽ dedit.Cursu autẽ rapido predicti ducis exercitus ad fluuium uulturnum deuenit: ibiq; dum singuli equos suos hastis tundẽtes: calcaribus cruẽtantes nullo modo obtinere poterant:ut equi moueri possent:sed aquã fluminis tangere quasi mortis ꝑcipitium pertimescebant: donec uno ipsoꝝ ceteros informante cognouerunt:quia ex culpa: quã dei seruo in uia tulerant:talia sui dispendia tolerabant.Qui statim reuersi libertinũ orantẽ inuenerunt:eiq; equum eius obtulerunt. Ille uero caballo opus non habere rñdebat. At illi descendentes eum in equo eius quasi inuitum reposuerunt:&dum retrocessissent: equi illoꝝ alueum fluminis uelocissime trãsierunt. ¶ Eodem tempore in partibus campanie quidam bucylinus cum francis uenit: Sed duꝫ rumor de cenobio libertini exisset: q; abbas pecunias multas haberet. Ingressi franci oratorium seuientes libertinum querebant:ubi ille orans prostratus iacebat: in ipsum quoq; ingredientes impingebant:euꝫ q; presentẽ uidere nequibant.Sicq; sua cecitate frustrati a monasterio uacui sunt reuersi. Sanctus autẽ uir post uitam laudabilem quieuit in xp̃o.Hec gregoriꝰ primo dialog. capitulo secundo.

¶ De sancto equitio abbate. XCVI

EQuitius abbas in ualerie ciuitatis partibus claruit:qui multoꝝ monasterioꝝ pater fuit.Qui etiã dũ adhuc iuuenis acri certamine carnis tentaref:& i hac re ab omnipotenti deo remediũ continuis ꝓcibus quereret.Nocte quadam assistente angelo eunuchizari se uidit:eiusq; uisioni appuit:q; oẽm motum ex genitalibus eius abscideret. Atq; eo tẽpore ita alienus extitit a tentatione: ac si sexũ non haberet in corpore.Et extunc sicut antea uiris sic cepit & feminis ꝑesse: nec tamẽ discipulos admonere cessabat:ne se ipsius exemplo in hac re facile crederent:& casuri tentarent donum:quod non accepissent ¶ Quodam uero tempore quidam basilius magus a roma fugiens in habitu monachi: ualeriam petiit:& pergens ad castoriũ epm amiterninę ciuitatis:ab eo obtinuit: ut ipm equitio abbati cõmitteret:ac sociandũ monasterio illius cõmendaret.Equitius autem epo pro hoc instante respondebat: q; illum quem ipse sibi cõmendabat nõ monachum sed diabolum esse uidebat. Cum autem eps diceret:q; abbas occasioné quereret: ne sibi petita prestaret. Vir domini iterum protestatur:q; qualem illum dixerat:talem agnoscebat.Sed ne se uelle obedire eps existimaret:iussa ipsius facere paratus eẽt. Susceptꝰ itaq; ille i monasterio é. Sed non post multos dies discedente abbate longius:contigit ut in monasterio uirginum:cui equitius ꝓerat:quedam illarum speciosissima febribꝰ

arrepta clamaret se continuo morituraz nisi basilius monachus ueniret: & per eius curationis remediū salutē sibi redderet. Sed cum in absentia abbatis nullus ad cōgregationē uirginū auderet accedere: missum repente ē & dei famulo nunciatū. Quo audito uir domini dedignatus dicebat: ꝙ utiq; illū nō monachum sed diabolū esse predixerat. Mandauitq; ipm de cella fratrū expelli. De ancilla uero dei predixit nūciis: ꝙ ex illa hora neq; esset de cetero febrib⁹ laboratura: neq; basilium quesitura. Regressi aūt monachi eadez q; hora salutē uirgini restitutā: qua scūs dixerat cognouerūt: & basilium de mōasterio continuo reppulerūt. Qui repulsus dixit: frequenter cellulā equitii magicis artibus i aere suspendisse: nec tñ eoz quēpiam ledere potuisse. Qui & postmodū in urbe roma zelo fidei a xp̄ianis igne crematus est. ¶ Quedam monialis monasterii prefati hortum ingressa latucam ꝑspiciēs cōcupiuit: eamq; signo crucis oblita benedicere auide momordit: sed protinus a diabolo arrepta & uexata cecidit. Quod dū equitio nūciatū eēt: ille concitus uenit: & ut ab ea demon abscederet cū indignatione precepit. Qui continuo ab ea exiuit: nec eam ultra ꝑtingere preualuit. ¶ Cū autem die quadaz felix abbas cenobii castorii: qđ intra menia urbis situz ē familiariter quodāmodo quasi redargueret: eo ꝙ sacrum ordinē non hñs nulla licentia a sūmo pontifice obtenta: ubiq; predicando discurreret: ꝑpulsus uir scūs qualiter licentiam accepisset eidem indicauit: dicens seip̄m etiam secū predicta aliqñ tractasse. Sed nocte quadam speciosus iuuenis ad eū accesserat: atq; medicinale ferramentū in os eius posuerat: & ut ad predicandū egrederet: deinceps ex parte dei mandauerat. Et ex illo die etiam si uoluisset tacere nō potuisset. Hic in uestibus uilis atq; despect⁹ apparere studebat: & quoties ad alia loca tēdebat: iumento uiliori ois bus: qđ i cella repiri posset: isidebat. In quo etiam capistro pro freno & ueruecū pellib⁹ pro sella utebatur. Sacros codices i sacculis pelliceis dextro leuoq; latere secū portabat: & quocūq; peruenissz scripturaz fontē apiebat. ¶ Cū autem fama predicationis illi⁹ undiq; discurreret: clerici quidā romani sūmo pontifici sunt ꝑquesti: ꝙ quidā uir rusticus auctoritatem sibi predicandi arripuisset: & officium ap̄lici indoctus sibi usurpare presumeret. Ad quoz suggestionē iulianuz quēdam defensorem misit: ut equitius ad romanam urbem duceretur: & qua ratiōe p̄missa attētaret cognosceretur: mādauit tamen: ut honore ei exhibito nullaz prorsus iniuriam pateretur. Qui festine ad monasteriū ueniēs eodem absente fratres scribentes repperit: & ubi abbas esset inquisiuit. Illiq; rñderunt: ꝙ in ualle cenobio subiacente fenū secabat. Misitq; ad eum iulianus pueꝝ suum contumacem & superbum: cui uix ipse poterat dñari ut abbatem ad se celeritate perduceret. Perrexit puer & quis esset abbas ab aliis quesiuit. Moxq; ut audiuit quis esset: adhuc lōge positus ad eum uadēs: imenso timore correptus cepit lacessere. Ita ut gressus uix eum possent portare: uenienſq; ad uiꝝ dei: ad genua illius procidit: suumq; dñm ipsi occurrisse nūciauit. Abbas uero illi mādauit: ut fenum sectum leuaret: & pabulū iumentis: in quibus uenerāt deferret: ip̄eq; imediate post eum opere ꝑpleto ueniret. Quod dum puer fecisset: & iulianus pueꝝ cum feno uenientez ꝑspexisset. Iratus eum icrepauit: ꝙ miserat illum hominē ducere non fenum baiulare. Sed dum puer equitium post se uenientem domino suo oñdisset: uidens eum iulian⁹ ex habitu despexit: & qualiter illum proteruis uerbis alloqui deberet: cogitare cepit: ut autem seruus dei cominus affuit intolerabilis pauor iuliani animum inuasit: & humiliat⁹ ad pedes eius procidit: & quia apostolicus ipsum uidere uellet: uix mansueta lingua exposuit. Quod audiens equiti⁹ gr̄as deo egit: ꝙ se per sūmum pontificē superna gratia uisitasset: statimq; mandauit iumēta ad iter arripiendum pari. Cūq; iulianus se illo die nō posse exire ex lassitudine diceret: Abbas se i hoc ꝑtristari rñdit: predicens quia si die ip̄a non exirent: nec in crastinum ire possent. Sic ꝙ eadem nocte iulian⁹ ex lassitudine in monasterio quieuit. Factoq; lucis crepusculo equo in cursu admodum fatigato puer ad iulianum cū epistola uenit: i qua papa sibi mādauit: ne seruum dei de monasterio mouere uel exire ullatenus faceret. Cū autem ille requireret: cur sīa esset mutata: cognouit qa nocte eadez qua ipse illuc missus fuerat per uisum pontifex extitit uehemēter exterrit⁹: cur ad exhibendum uiꝝ dei mittere presumpsisset. Tunc iulianus surrexit: & se abbatis orationibus cōmendauit: atq; ne de cetero fatigaretur ex parte pape precepit. Quod audiens ille ꝑtristatus est: & que predixerat uera nunc contigisse probauit: quia si die precedente non statim pergerent iaz pergere minime liceret. Et executorem suum cū sūma charitate aliquantulū secū detinuit: ip̄mq; plurimū honoratum ad sūmum pontificem remisit. Qui & plenus scitate i pace quieuit. ¶ Rusticus quidam super sepulchruz eius arcam cum frumento posuerat: nec qualis uir ibidē iaceret ꝑpendere curauit. Sed repente turbo celitus factus: rebus illic omnibus in sua stabilitate manētibus: arcam suppositam cuz grano extulit longeq; proiecit

¶ Eandem prouinciam ualerie longobardis intrantibus monachi ex cenobio illo ad sepulchrum uiri sancti in oratorio positum confugerunt. Longobardi uero seuientes oratorium ingressi: ceperunt monachos foras trahere: ut eos aut tormentis afficerent: aut gladiis necarent. Quorum dum unus ingemuisset: & sanctum equitium ad sui defensionē aduocasset: ꝑtin⁹ longobardos spūs imūdus inuasit: qui corruentes ad terram tā diu uexati sunt: donec ceteri foras existentes cognoscerent: quatenus locum sacrum temerare ulteri⁹ non auderent. Hec gregori⁹ prio dialogoꝝ capitulo quarto.

¶ De sancto nonoso abbate. XCVII

NOnosus prepositus siue prior fuit cuiusdam monasterii: quod in soractis monte situm est: qui sub asperrimo eiusdem cenobii abbate degebat: sed eius mores mira semper equanimitate tolerabat: sicq; fratribus in mansuetudine preerat: ut patris sepius iracundiam ex humilitate mitigaret. Quia uero monasterium in summo montis cacumine situm est: ad quemlibet paruum hortum fratribus colendum: nulla planicies patebat. Sed unus locus breuis in latere montis erat: quem ingentis saxi moles egrediens ab una parte occupabat. Cum aūt die quadam nonosus cogitaret: q̄ saltem ad olera nutrienda locus idem aptus esset: si ipsuꝫ moles illa non teneret: quam & quinquaginta boum paria mouere non potuissent: nocturno se illic silentio in orationem dedit. Cum mane facto ad eundem locum fratres uenerunt: & inuenerunt molem tante magnitudinis inde longius recessisse suoq; discessu largum fratribus spatium dimisisse. ¶ Alio quoque tempore dum nonosus lampades uitreas in oratorio lauaret: una ex eius manibus cecidit: & per partes innumeras cō fracta dissiliuit. Qui furorem abbatis nimiū timens lampadis fragmentaq; colligens: coram altari prostratus orauit. Et exurgens sanam lampadem repperit: quam antea timēs per fragmenta collegit. ¶ Cum in cenobio oleum uetus defecisset: & colligende oliue tempus incumberet: sed fruct⁹ in oliuis nullus appareret: mandauit abbas fratribus: ut in colligendis oliuis ad exhibenda extraneis opera pergerent: ut uel saltem de mercede operis aliquantulū olei deportarent. Quod uir domini fieri cum magna humilitate prohibuit: ne ex hoc fratres exeuntes: dum olei lucra querunt: dānum animaꝝ paterentur. Oliuasq; paucas: que in monasterii arboribus apparebant: colligi precepit: & in pilo missas contundi: atq; inde quantumlibet parum olei exens sibi deferri. Quod in paruo uasculo sibi delatum ante altare posuit: cunctisq; egressus orauit: atq; postmodum adscitis fratribus oleum illud modicum per cuncta monasterii uasa exigue infundi iussit Que protinus: ut erant uacua: claudi fecit. Die uero altera aperta omnia uasa plena oleo reperta sunt. Sanct⁹ autem uir post laudabilia multarum uirtutum opera dormiuit in domino. Hec gregori⁹ ubi supra capitulo septimo.

¶ De sancto martyrio confessore. XCVIII

MArtyrius confessor in ualerie ꝓuincia sanctitate & miraculis claruit. Qui tale de uirtutis sue testimonio signū dedit. Dum quadam die fratres eius subcinericium panem fecissent: eiq; signum crucis imprimere obliti essent: sicut in ipsa prouincia crudi panes ligno signari solent: ut per quadras quattuor quodāmodo partiti uideantur. Idem dei famulus affuit: eisq; referentibus non fuisse signatum agnouit. Cumq; iaꝫ prunis & cineribus opert⁹ esset: signum crucis digito contra prunas edidit. Quo signante protin⁹ panis immensum crepitum dedit: ac si in ignibus olla crepuisset. Qui postmodum coctus: & ab igne subtractus: ea cruce signatus inuentus est: quam non tactus sed fides fecerat. Hec gregorius ubi supra capitulo undecio.

¶ De sancto dacio episcopo. XCIX

DAcius episcopus mediolanensis apud ipsam ciuitatem claruit tēpore iustiniāi imperatoris. Qui dum causa fidei exactus ad constantinopolitanam urbem pergeret: corinthumq; ueniens largam domum ꝓpe & eius comitiua ad hospitandū quereret: & uix inueniret: uisam eminus domum congruētis magnitudinis sibi ad hospitium preparari iussit. Cum uero incole loci ei dicerent: in ea hunc manere nō posse: qa multis iam annis eam diabol⁹ inhabitauit: atq; ideo uacua remansit. Vir sanctus ideo magis in ea debere uelle hospitari respondit: ut sui aduentum malignus effugatus spiritus domum hominibus iterum habitandam dimittat. In ea igitur sibi parari fecit: securusq; hostis antiqui certamina toleraturus intrauit. Noctis autem silentio dum uir dei quiesceret: antiquus hostis immensis uocibus cepit imitari rugit⁹ leonum: balat⁹ pecorum: mugitus boum: ruditus asinorum: sibila serpentum: porcorum stridores & soricum. Cum repente dacius tot bestiarum uocib⁹ excitatus: surrexit irat⁹: & contra demonem magnis uocibus cepit clamare: eidemq; exprobrare: q̄ bene ei contigisset: ut qui dixerat. Ponam sedem meam ab aquilone: & ero

similis altissimo: per superbiam eius similis porcis & asinis factus esset. Et qui deum indigne imitari uoluerat: ut dignus erat: bestias imitabatur. Ad quam uocem ac deiectionem spiritus malignus adeo erubuit: ꝙ protinus conticuit: atq; eandez domū ad exhibēda monstra consueta ulterius non intrauit. Sicq; postmodum fidelium habitaculum facta est. Hec gregorius. 3. dial'. cap. 4.

¶ De scō argentario monacho. C.

ARgentarius monachus apud ciuitatem aureliaz claruit. Qui uir sanctissimus uita & miraculis effulsit: habitumq; quem pretendebat specie: moribꝰ explebat. Hic ab argentario monte a quo nomen sortitus est ad apostolozꝝ liminia rome reuisenda annis singulis uenire consueuerat: & ueniens ad quēdam subdiaconum quadragesimum nomine: qui in montibus oues pascebat: sepius hospitalitatis gratia declinabat. Cum autem semel hospitium huius qđ non longe erat ab ecclesia intrasset: cuiusdam pauperculi mulieris maritus iuxta defunctus est. Quem cilicio ex more indutū: superuenientes sero sepelire nequiuerunt. Cum ergo uidua mulier iuxta defuncti corpus nocte sederet: & magnis fletibus & lamentis dolori satisfaceret: nec a lamentis cessaret uir dei argentarius dolori illius cōpassus: assumpto quadragesimo ad ecclesiam perrexit: seq; in orationem dedit. Deinde ab altaris crepidie puluerem collegit: & cum socio ad defuncti corpus accessit. Et cum ibi ambo diutius orassent ipse surrexit: benedictionem dedit: & reuelatam defuncti faciem: que sudario opta fuerat: aspiciente uxore ac mirante: puluere quem detulerat fricauit. Qui dum fricaretur: animam recepit: oscitauit: oculos apuit: seq; eleuans resedit: ac si de graui somno excitatus fuisset. Quod mulier cernēs cepit ex gaudio magis flere: sed uir domini eam: ut taceret compescuit: mandans ut siquis eam quereret: qualiter hoc factuz fuisset: diceret: quia dominus ihesus christus hoc fecisset. Et continuo ab hospitio exiit: quadragesimum reliquit: & temporalem honorem fugiens: i loco illo ultra non comparuit. Hec gregorius. 3. dial'. cap. 17.

¶ De scō ualentio presbytero. CI

VAlentius p̄sbyter apud puinciam ualerie floruit. Qui cum clericis suis dei laudibus bonisq; operibus intentus: sancte conuersationis uitam duxit. Superueniente autem uocationis eius die defūctus est: atq; ante ecclesiam sepultus. Eidez uero ecclesie caule ouium inherebant: atq; idem locus in quo sepultus est: ad easdem oues tendentibꝰ iter erat. Quadam autem nocte fur quidam uenit: & ingressus caulas ueruecem tulit & concitus exiuit. Sed dum peruenisset ad locum ubi sanctus uir iacebat repente hesit: & gressum mouere nequiuit: ueruecem de collo deposuit: eumq; dimittere uoluit: sed manu laxare non potuit. Sicq; cū preda sua reꝰ & ligatus stabat: nec ueruecez poterat dimittere: nec cum eo accepto exire. Factoq; mane egressi ab ecclesia clerici hominem ueruecem tenentem inueniunt: & an animal auferre an offerre uenisset: dubitare ceperunt. Ille uero culpe reus citius indicauit penam: Mirati oēs qa uiri dei ibidem iacētis fuisset uirtute ligatus: se pro eo i orationem dederunt: suisq; precibus obtinuerunt: ut qui res eorum uenerat rapere: uel saltē uacuus posset exire. Hec ubi supra cap. 22.

¶ De abbate quodam sancto. CII.

ABbas quidam scūs cuius nec nomen expressum inuenio claruit i monasterio quodam beati petri apostoli. Quod situm est in mōte prenestine ciuitati preminēte. Qui monachum quendam nutriens usq; ad reuerendos prouexit mores. Quem cum uidisset in timore domini excreuisse: in eodem monasterio fecit illū in presbyterum ordinari. Cui post ordinationem suam: quia non lōge abeēt eius exitus reuelatuz est: iccirco ab abbate petiit: ut sibi sepulchrum paret. Ille uero eidem predixit: ꝙ ante eum se morituꝝ prenouerat: sed tamē eidem concessit: ut sicut uellet sepulchrū sibi paret. Recessit igitur & p̄parauit. Sed post multos dies abbas febre preuentꝰ ad extrema deuenit: atq; presbytero suo iussit: ut in suo sepulchro se poneret. Cumq; ille diceret: ꝙ ipsum mox secuturus eēt: & sepulchrum utrūq; capere non posset. Abbas respondit: ꝙ secure faceret: ut dixerat: quia sepulchrum suum ambos capiebat. Defunctum itaq; abbatem in sepulchro: qđ sibi presbyter pauerat posuerunt: Moxq; & presbyteruz langor corporis secutus est: & post modicum uitam finiuit. Cum autem ad sepulchruz qđ sibi pauerat corpꝰ eius eēt delatum: eoq; aperto uiderunt astātes: locum non esse ubi poni potuisset: quia corpus abbatis omne illud sepulchrum teneret. Tunc unus ex fratribus abbati defuncto quasi improperare cepit: ꝙ uerbum eiꝰ qđ predixerat deficeret: eo ꝙ sepulchrū ambos non caperet. Ad cuius uocem subito cūctis uidentibus: abbatis corpus quod supinum iacebat: se uertit in latere: & uacantem locum corpori presbyteri p̄buit: & qa utroq; caperet: sicut uiuus promiserat: mortuus impleuit. Hec gregorius tertio dialogoruz capitulo. xiii.

¶De sancto acontio confessore. CIII

AContius confessor apud urbem romam claruit: qui basilice principis apostolorum custos siue mansionarius fuit: uir magne humilitatis atq; grauitatis deo omnipotenti fideliter seruiens: & miraculorum signis effulgens. Nam cum quedam puella paralytica in ecclesia beati petri permanens: manibus reperet: & dissolutis rhenibus corp⁹ p terram traheret: atq; ut sanari mereret: dudum a beato petro apostolo petiisset: nocte quadam eidem per uisionē astitit: eiq; iussit: ut iret ad acōtium mansionarium ipmq; rogaret: qui ipsi salutē restitueret: illa de tanta uisione certa: sed quis eēt acontius ignorās: cepit se per ecclesie loca distrahere: & quis eēt acontius inuestigare. Cui cum ille factus eēt obuiam: & interrogatus se acontium esse dixisset. Illa eidem exposuit: qualiter beatus petr⁹ apostolus illam ad ipm miserat: ut ab infirmitate ipsam liberare deberet. Et ille cōtinuo iussit: ut in nomine xpi & mittentis surgeret: eiusq; manum tenuit: eamq; sanam protinus erexit: ita ut solutionis illius signa nulla ulterius remanerent. Hic post alia sanctitatis opera uitamq; laudabilē rome in pace quieuit: & sepultus apud beati petri basilicam in uirtutib⁹ uiuit. Hec ubi supra libro 3. capitulo. 25.

¶De sancto sanctulo presbytero. CIIII

SAnctul⁹ presbyter claruit i nursia prouincia tempore beati gregorii pape primi: qui & sanctissime uite fuit: & miraculorum gloria radiauit. Nam quodam tempore dum in partibus illis longobardi oliuas in prelo premerent: ut in oleum liquari debuissent: uir dñi utrem uacuum ad prelum detulit: laborantes salutauit: utrem protulit: & iubendo potius q̄ petendo eū sibi impleri rogauit. Sed gentiles uiri: qui tota iā die frustra laborantes: oleū exprimere nullatenus potuerant: uerba illius moleste ferentes: eū iniuriis insectantur. Cum autem ille iterum ac iterū oleū instāter peteret: & illi ex oliuis oleum defluere non cernerent: adhuc accēsi maioribus illum contumeliis detestabantur Tunc sanct⁹ uir cernens: q̄ ex prelo nullum oleū liquaret: aquam sibi allatam benedixit & in plo iactauit: ex qua continuo tanta olei ubertas erupit: ut illi qui prius incassum laborauerant: non solum sua uasa omnia: sed utrem quem sanctulus detulerat implerent. ¶Alio tempore cum fames ibidem maxima incumberet: & ecclesia beati laurentii martyris a longobardis incēsa fuisset: uir dñi eā restaurare cupiens plures artifices & operarios adhibuit: quibus & laborantibus sumptus quotidianos prebebat: sed exigente famis necessitate panis defuit. Cumq; laborantes instanter uictum quererent: & ille anxi⁹ huc illucq; pergeret: ad clibanum deuenit: i quo uicine mulieres pridie panes coxerant: ibiq; incuruatus aspexit: ne forte panis aliquis a coquentibus remansisset. Cum repente panem inuenit mire magnitudinis & insoliti candoris: quem ipse quidem tulit: & ne forsitan alienus eēt: per uicinas hunc mulieres detulit: ac ne cui earum remāsisset inquisiuit. Omnes autem illum panem esse negauerunt: suosq; panes integro numero ex clibano habuisse testate sunt. Tunc ille let⁹ panem artificibus apportauit: & ad refectionē inuitatis deum benedicens apposuit. Ipsisq; plene saciatis plures ex eo q̄ panis fuerat fragmenta collegit: que die altera eisdem intulit: & iterum que supfuerant plura seruauit. Sicq; per dies. 10. continuos operatores illi omnes ex uno pane saciati: hūc quotidie edebant: & ex eo quod edi posset i crastinum superabat. ¶Cum quidam diaconus a longobardis captus esset: eumq; occidere uellēt: facto uespere sanctulus ad eos uenit: & ab eisdem petiit: ut eum relaxarent. Cumq; hoc illi omo facere recusarent: petiit: ut uel mortem eius in crastinum differrēt: ac sibi custodiendum darent. Quod illi multis pulsati p cibus cōcesserunt: ea conditione: ut si diaconus fugeret: Sanctulus pro eo mortem subiret. Cum autem nocte media longobardos omnes graui somno depressos conspiceret: diacono suasit: ut fugeret. Ille uero promissionis uiri sancti memor: se fugere nolle respondit: quia illum pro se mori nolle asseuerauit. Econtra quoq; sanctulus: ut fugiat: institit: se uero in manu dei esse dixit: & q̄ in eum hostes non possent: nisi quantum ipse p miserit. Fugit igitur diaconus: & remansit fi deiussor quasi deceptus. Cum ergo mane lō gobardi hoc comperissent: Sanctulū sponte accedētem ad occisionem adducunt. Sed qa ipsum bonum hominem reputabant: illum per cruciatus uarios occidere denegabant: sed optionem sibi cuius uellet necis proponebant. Qui se in manu dei eē respōdit: nullamq; mortem eligere uoluit: placuit ergo omnibus: ut capite truncaretur: ut sine graui cruciatu perimeretur. Ad spectaculum istud omnes concurrunt: ex omnibus suis uirum fortissimum eligunt: de quo dubiū nō erat: quin caput eius uno ictu abscidere debebat. Petiit uir domini: ut sibi daret paululum licentiam orandi. Sed cuj diuti⁹ orasset: spiculator eum calce percussit: & ut surgeret decollandus imperauit. Quo surgēte & genu flexo collum tendente: dum ille ensem leuauit: & sanctulus sanctum ioannem

uocauit. Carnifex igit brachiū pcussur⁹ ere
xit: ſz nullatenus deponere potuit: & ſic erecto gladio brachiū inflexibile remāſit. Con
currūt oēs longobardi: uidēt miraculum &
ſtupēt: & ut ſcūs uir exurgat iubent: ſuppli
cantq; ut carnificē ligatū ſoluat. Qui nulla
tenus eū ſoluere uoluit niſi pri⁹ ille iuraret
q; xp̄ianū quēq; nunq; occideret. Emiſſoq; iu
ramento ſolutuſ ē. Cū aūt longobardi ꝓpter
tanti ſtupōrē miraculi eidē iumēta que diri
puerāt certati offerrent: ille nihil hoꝝ ſuſci
pere uoluit: ſed oēs captiuos quos habebāt
xp̄ianos petiit: & qđ petiit impetrauit. Et ſic
oēs cū eo liberi dimiſſi ſunt: & dum un⁹ pro
uno ſe mori obtulit: oēs a morte liberauit.
Sicq; poſt multa laudabilia facta domino
in pace ſpiritum reddidit. Hec ubi ſupra ca
pitulo trigeſimoſeptimo.

¶ De ſcō redempto epiſcopo. CV

REdemptus eps ſerentine ciuitatis
tpe bti gregorii pape primi cla
ruit. De quo idē beat⁹ doctor eo
dem dialogorū libro .3. cap.38.
ſcribit: q; uir fuit mire ſcitatis: &
ſibi nimia familiaritate ꝓiunct⁹. Qui & ſpm
ꝓpheticū habuit: & quedā futura ſibi a deo
reuelata predixit. Cū enim aliquando pecias
ſuas ex more circuiret: peruenit ad eccleſiaz
ſci zotici mr̄is: ſtratūq; iuxta ei⁹ ſepulchrum
ſibi pari fecit atq; ibi poſt laborem quieuit.
Cui nocte media nec dormiēti nec plene ui
gilanti beatus martyr p̄dictus aſtitit: eidēq;
tertio predixit: qa finis ueniret uniuerſe car
ni. Et ſic uiſio ab oculis eius euanuit. Mox
quoq; terribilia ſigna in celo ſecuta ſunt: de
quibus idē btūs gregori⁹ i homeł. mētionē
facit. Deinde efera longobardoꝝ gēs italiaz
intrauit: & p̄ſecutiones duriſſimas i xp̄ianos
exercens: oēs pene ciuitates depopulauit. In
cuius medio tribulatiōis tpe: Redēptus eps
ſcitate ꝓſpicuus in xp̄o quieuit.

¶ De ſcō ſpecioſo monacho. CVI

SPecioſus monach⁹ beati benedi
cti diſcipulus ſub eodē patre ui
ta & ſcitate reſulſit. De quo gre
gorius .4. diał. cap.9. ſcribit: q;
ſr̄eꝝ habuit germanū noie grego
rium: qui ambo nobiles uiri & exterioribus
ſtudiis eruditi multas pecunias i hoc mūdo
poſſederāt: ſz cūcta paupib⁹ largiētes i caſ
ſinēſi mōaſterio pmāſerūt. Dū aūt ſpecioſus
pro utilitate cenobii iuxta capuanā urbem
miſſus fuiſſet: die quadā frater ei⁹ gregorius
cū ſr̄ib⁹ ad mēſam ſedēs atq; ꝓueſcēs p ſpm
ſubleuat⁹ aſpexit: & uidit ſpecioſi germani
ſui aiam longe a ſe poſiti: ab angelis in celuz
deferri. Quod mox ſr̄ib⁹ idicauit: & cucur
rit. Iāq; eūdeꝝ ſr̄em ſuū ſepultū reppit: quē
tn̄ ea hora qua aiam ei⁹ uiderat exiſſe de cor
pore inuenit.

¶ De ſcō ſpe abbate. CVII.

SPes abbas ꝓſtructor fuit mōaſte
rii qđ dicit cāple qui .6. miliario
a uetuſta nurſie urbe diſiungit.
Qui dū ſcitate uite polleret per
40 ānoꝝ ſpatiū lumē oculorum
amiſit. Sed cū a deo flagello caſtigaret corporis: habebat p ſciſpirit⁹ cuſtodiā ꝓſolatio
nem cordis. P⁹ ānos uero .40. ei dn̄s miracu
loſe lumē reſtituit: uicinum eius obitum de
nunciauit: atq; ut i mōaſteriis circūquaq; cō
ſtructis: uerbū uite predicaret: admonuit:
quatenus corporis recepto lumie uiſitatis i
circuitu ſr̄ib⁹ cordis lumē aꝑiret. Qui ſtati
iuſſis obtēpans ſr̄uz cenobia circuiuit: & mā
data uite: que ab angelo didicerat predica
uit. Quintodecimō igit die ad mōaſterium
ſuū pacta p̄dicatione reuerſus ē. Ibiq; ſr̄ib⁹
ꝓuocatis aſtās i medio ſacr̄m dn̄ici corporis
ſūpſit: moxq; cū eis pſallere cepit. Qui illis
pſallētib⁹ oratiōi itent⁹ aiam reddidit. Oēs
uero ſr̄es qui aderāt ex ore eius exiſſe colū
bam uiderunt: que mox apto oratorii tecto
egreſſa aſpiciētib⁹ illis penetrauit celū. Hec
gregori⁹ .4. diał. cap.xi.

¶ De ſcō probo epiſcopo. CVIII

PRob⁹ eps reatine citatis fuit. Qui
uita & ſcitate atq; doctrina ꝓſpi
cuuſ nō mediocriter effulſit: Ap
propinquāte uero uite ei⁹ termi
no euz grauiſſima depſſit egritu
do. Cui⁹ pater maximus nomie: circūquaq;
medicos ꝓgregauit ſi forte ei⁹ lāgori ſubue
niri poſſet. Qui ꝓueniētes ad tactū uene de
nunciauerūt eius exitū citi⁹ affutuꝝ. Cū uero iam tps refectiōis icūberet: ſcūs eps de aſ
ſiſtētiū potius q̄ de ſua ſalute ſolicitus: eos
cū ſene patre admonuit: ut ſe poſt laborē ex
refectione reparēt. Omnib⁹ igit abſcedenti
bus: un⁹ tantūmodo ei relictus ē puer. Qui
dum lecto iacētis aſſiſteret: ſubito aſpexit i
trātes ad uiꝝ dei quoſdā uiros ſtolis candi
dis amictos: qui eūdeꝝ quoq; cādorē ueſtiū
uultuū ſuoꝝ luce uicebāt. Qua claritate p
culſus puer cepit emiſſa uoce clamar̄. Qua
uoce ꝓmotus epiſcopus intrantes aſpexit &
cognouit: & ſtridentem puerū cepit conſola
ri: dicens ne timeret: quia ſanctus iuuenalis
& ſanctus eleutherius martyres ad ſe ueniſ
ſent. Ille autem tante uiſionis nouitatem nō
ferens: curſu concito extra fores fugit: atq;
eos quos uiderat patri ac medicis nuncia
uit. Illi uero propere deſcenderunt: ſz egrū
quem relinquerant defunctum inueneruntz
quia illi eum ſecum tulerant. Quorum ui
ſionem puer ferre non potuit qui remanſe
rat. Hec ubi ſupra cap.xiii.

¶ De ſcā romula uirgine. CIX

ROmula uirgo apud urbē romaz clarauit: que cuiusdā anus sanctissime discipula fuit: & in quodam monasterio iuxta btē marie uirginis ecclesiā una cū quadā alia ꝑdiscipula cū ea māsit. He tres in uno habitu sanctimoniali cōmanentes: uitā quidē moribus diuitē: sed reb⁹ paupem ducebāt: inter quas tamē romula magnis meritis anteibat. Erat quippe mire patiētie: sūme obedientie: custos oris sui ad silentium: studiosa ualde ad orationis usum. Que tandem paralypsi ꝑcussa: multis annis in lectulo decubās: pene omnib⁹ mēbris impos iacebat: nec tamē eius mentē ad impatientiā flagella perduxerant. Et tāto solicitius ad orandū excreuerat: q̄to aliud quodlibet agere non ualebat. Nocte igitur quadam uocauit matrem redemptaz: que mox ꝓsurgens: ad eam cū alia ꝑdiscipula accessit. Et dū media nocte lectulo iacētis assisterent: subito celitus lux emissa cellā impleuit: & splendor tante claritatis emicuit: ut corda assistentium pauore perstringeret: atq; omne corp⁹ illaz obrigesceret. Ceperūt nāq; quasi cuiusdam magne multitudinis ingredientis sonus audiri: hostium cellule cōcuti: ac si intrantium turba premeretur: & ingrediētium quidem multitudinē sentiebāt: sed nimietate timoris & lumis uidere nil poterant. Protinusq; miri odoris fragrātia subsecuta est: ita ut quas lux terruerat: odoris ffoueret suauitas. Cepitq; romula magistrā ꝓsolari: & blanda uoce predicere: quia tunc non eēt moritura. Post aliquod uero temporis spatium paulatim lux est subtracta: sed is qui subsecutus est odor remānsit: cum quo & dies secund⁹ ac tertius transiit. Nocte uero quarta iterum magistram uocauit: uiatiq; cum petiit: & accepit. Et ecce subito in platea ante hostium cellule duo chori psallentium ꝓstiterunt: & sicut se dicebant sexus ex uocibus discreuisse: psalmodie cantus dicebant uiri: & femine respondebant: intra tales celestes exequias sancta illa aia carne soluta est. Qua ad celū ducta: q̄to chori psallētiū altius ascendebant: tanto cepit psalmodia lenius audiri: quousq; & psalmodie sonitus & odoris suauitas elōgata finiret. Hec quarto dialogoz; capitulo. 16.

¶ De sancta tharsilla amita sancti gregorii pape. CX

THarsilla scā beati gregorii pape magni amita fuit: de qua idē quo supra libro cap. 17. tradit: q̄ alias duas sorores suas uirtute ꝓtinue orōnis: grauitate uite: singularitate abstinentie: ad culmen sanctitatis excreuit. Huic per uisionē felix secund⁹ atau⁹ prefati doctoris romane ecclesie antistes & sanctus apparuit: eamq; ad mansionem perpetue claritatis ostendit: & ipsam ad illā inuitauit. Que subsequenti mox febre correpta ad diem peruenit extremum. Cum autē multi ad eius obitum ꝓuenientes ipsi⁹ lectulum circūstarent: ecce illa subito sursum respiciens: iesum uenientē uidit: & circūstantibus acclamare cepit: ut recederent: & locuz iesu ueniēti darent. Cūq; in eū: quē uidebat: intēderet: scā illa aia e corpe est egressa. Tanta aūt fragrātia miri odoris aspsa ē: ut ipsa quoq; suauitas oñderet: illuc auctorē suauitatis uenisse. Cū aūt eius corp⁹ ad lauandū eēt nudatum: lōge oronis usu i cubitis & genibus camelog; more inuenta est obdurata cutis excreuisse: & quod uiuens spūs eius ē per egerit: caro mortua testabatur.

¶ De scā musa uirgine. CXI

MVsa uirgo apud urbem romā claruit. De qua idem q supra libro 4. capitulo. 18. scribit: q̄ quadam nocte ei per uisionē scā dei genitrix apparuit: & cum eēt puella parua: coeuas ei in albis uestibus puellas oñdit. Quibus cū illa admisceri appeteret: sed se eis iūgere nō auderet: btē uirgis ē uoce req̄sita: an uellet cū eis eē: atq; in ei⁹ obsequio uiuere. Et cū puella rñdisset q̄ sic: mādatum ꝓtinus accepit: ut nil ultra leue & puellare ageret: a risu & iocis abstineret: & q̄ inter eas: quas uiderat die. 30. ueniret. Quibus uisis in cūctis suis morib⁹ puella imutata est: omnēq; a se leuitatē puellaris uite deterſit. Et dū parentes eā imutatā mirarent: requisita oia uisa narrauit. Sed post. 15. diez febre corripit. die uero. 30. ad exitum eidē appropinquanti: eadem dei genitrix cū puellis: quas uiderat: denuo reuelat. Cui etiā eā uocāti: apta uoce se uenire rñdit: atq; in ipsa locutiōe spiritū reddidit: & ex uirgineo corpore cū scis habitatura uirginibus exiuit.

¶ De scis duob⁹ monachis mīribus. CXII

DVo monachi martyres: quorum noia nō habent expressa: in prouincia ualerie passi sunt: De quibus narrat greg⁹. 4. dialo. cap. 22. q̄ duz eēnt monachi i quodā monasterio: quod per abbatē ualentionē regebatur: & in ipso cenobio longobardi seuientes uenissent: duos prefatos monachos in ramis unius arboris suspenderunt. Factoq; uespere: utrorūq; spirit⁹ claris illic apertis q̄ uocibus psallere cepunt: ita ut ipsi quoq; qui eos occiderant: cum uoces psallentium audirent: nimium mirati terrerentur. Quas etiam uoces captiui omnes: qui illic aderāt: audierunt. & eorum psalmodie postmodum testes extiterunt.

¶ De sancto surano martyre. CXIII

SVranus abbas & martyr in ꝓuincia ſurana paſſus eſt. De quo eodē libro cap. 23. habetur: ꝙ dū eſſet pater cuiuſdā monaſterii in eadem ꝓuincia ſiti: captiuis aduenientib⁹ atq; a longobardoꝝ depredatiōe fugiētib⁹: cūcta que habebat largitus ē. Cū q; ueſtimēta ſua & ſr̄um & cellarium: & quicquid in horto haberi potuit i elemoſynis cōſumpſiſſet: lōgobardi ſubito aduenerunt: & eum tenuerūt: ac aur̄ petere ceperunt. Quibus cū nil omnino ſe habere diceret: in monte uicino ab eis ductus eſt: in quo ſilua imē ſe magnitudinis erat. Ibiq; captiuus quidam fugiens in caua arbore latitabat: ubi un⁹ ex illis educto gladio ſuranum occidit. Cuius corpus dum in terrā caderet: mons omnis ꝓtinus & ſilua concuſſa eſt: ac ſi ferre nō poſſe pond⁹ ſanctitatis ei⁹ diceret terra que tremuiſſet.

¶ De ſcō iuſto diacono & mr̄e. CXIIII.

IVſtus diaconus & martyr in marſoꝝ prouincia paſſus eſt. De quo predicto li. cap. 24. ſcribitur: ꝙ uir uenerabilis & uite ſāctiſſime fuit. Quem inuentū longobardi tenuerunt: quoꝝ unus gladio caput eius amputauit. Sed dum corpus eius in terrā caderet: ipe qui hunc occiderat imūdo ſpiritu arrept⁹: ad pedes martyris corruit: & ꝙ amicū dei interfecerit inimico dei tradit⁹ oñdit.

¶ De ſcō theophanio confeſſore. CXV

THeophanius confeſſor. Qué beatus gregorius de nimia ſanctitate cōmendat centuncellenſis urbis comes fuit: miſericordie actibus deditus: bonis operibus intētus: hoſpitalitati precipue ſtudens. Exercendi autem comitatus curis occupatus agebat terrena & temporalia: ſed ut in fine claruit: magis ex debito q̄ ex intentione. Nam cū appropinquante mortis eius tempore grauiſſima aeris tempeſtas obſiſteret: ne ad ſepeliēdum duci potuiſſet: eumq; uxor ſua ex hoc grauiter defleret: hortatus eſt illam ne ploraret: quia mox ut defunctus eſſet: ſerenitas rediret. Cuius protinus uoce⁹ mors: & mortem ſerenitas eſt ſecuta. Quod ſignum alia etiam ſunt ſigna comitata. Nam manus eius & pedes qui podagre humore tumentes uerſi in uulneribus fuerant: & profluente ſanie patebant: dum corpus eius lauari debuiſſet ſani inuenti ſunt: ac ſi nunq̄ uulneris aliq̄d habuiſſent. Sed dum die quarto poſt eius ſepulturam: iubēte uxore marmor eidem ſuppoſitu⁹ mutare uellent: tanta ex corpore ei⁹ fragrantia emanauit: ac ſi ex putreſcente carne pro uermibus aromata ferbuiſſent. Hec gregorius. 4. dial'. cap. 28.

¶ De ſancto antonio monacho. CXVI

ANtonius monachuſ claruit rome in monaſterio beati gregorii pape. De quo idē doctor libro quo ſupra capitulo. 49. dicit: ꝙ dum eſſet uita ſanctiſſimus quotidianis lachrymiſ ad gaudia patrie celeſtis anhelabat. Cumq; ſtudioſiſſime & cū magno feruore ſacra eloquia meditaretur: non in eis uerba ſcientie: ſed fletum ꝓpunctionis inquirebat. Huic per nocturnam uiſionem dictu⁹ eſt. Paratus eſto: & quia dominus iuſſit migra. Cum autem ille non haberet ſumpt⁹ ad migrandum diceret. Reſponſum protinus audiuit: dicens. Si de peccatis tuis agitur: dimiſſa ſunt. Quod dum ſemel audiſſet & magno adhuc metu trepidaret: nocte quoq; alia in eiſdem uerbis eſt admonitus. Et poſt dies quinq; febre correptus fratrib⁹ cunctis flentibus & orantibus quieuit in pace. Ad cuius ſepulchrum miracula plurima oſtenſa ſunt.

¶ De ſancto merolo monacho. CXVII.

MErolus monachus eiuſdem cenobii fuit: & eode⁹ tempore claruit de quo ubi ſupra gregorius ſcribit: ꝙ dum eſſet uehementer lachrymis & elemoſynis intentus: ꝓſalmodia ex ore ſuo pene nullo tempore ceſſare conſueuerat. Huic nocturna uiſione apparuit: quia ex albis floribus corona de celo in caput illius deſcendebat. Qui moleſtia mox corporis occupatus: cum magna animi ſecuritate & hilaritate ſpiritum emiſit. Ad cuius ſepulchru⁹ dum poſt annos. xiiii. petrus quidam abbas ſibi ſepulturam facere uellet: tanta de ſepulchro meroli fragrantia ſuauitatis emanauit: ac ſi illic florum omnium fuiſſent odoramenta congregata. Ex qua re manifeſte patuit: q̄ uerum fuerit: qđ ꝓ nocturnam uiſionē uidit. Hec gregorius ubi ſupra.

¶ De ſcō aimone cantuarieñ. CXVIII.

AImon cantuarieñ. archidiaconus fuit. Qui uite abſtinētia & doctrine ſapiētia plurimū claruit. Hic ſermones elegantes de xp̄i natiuitate: & de plurib⁹ ſcōꝝ feſtiuitatibus edidit. Sūmam copioſam de uitiis & uirtutibus ſcripſit: & alia plurima utilia opuſcula ꝓpilauit. De hoc legit ꝙ dū nocte q̄dā legeret: & uigilaret ad ſtudiū i craſtinū de incarnatione dominica diſputatur⁹: appa ruit ei diabolus. Et cum leuaret manū dextram: ut ſe ſignaret: tenuit eam diabolus. Et cum uellet ſe ſignare ſiniſtra: tenuit eam ſimiliter: Et cum diceret: ego ſigno me in corde in nomine patris: & filii: & ſpiritus ſci: diabolus dimiſit eū. Et cū quereret ad q̄d uene

rat:rñdit diabol⁹:q̄ ad ipediēdū eū:ne haberet quid eleganter diceret:de eo qđ maxime timebat:q̄ totam uirtutem & potentiam demonum attriuerat:& confuderat:scilicet incarnatio dei:per ea que deus gessit in carne. Hic post laudabilia uirtutum insignia quieuit in pace. Et sepultus cantuarie miraculis copiosus & clarus effulget.

¶ De sancto petro tarantasiensi episcopo. CXIX

PEtrus tarantasiensis archiepiscopus apud eandem urbem claruit circa annum domini. ii40. tēpore eugenii pape tertii. Qui sanctitate uite conspicuus: multis & mirabilibus signis radiauit. ¶ Cuius uirtutuȝ fama dum ad ciuitatem lausemiam peruenisset. Tres uiri ibidem in carcere clausi ante hostium carceris custodibus ludentibus; cum ipsius nomen inuocassent:sanctus uir continuo lōge positus affuit:& illos solutos eduxit:ac ut se sequerent admonuit. Qui ab eis solis uisus:nullis aliis apparuit. Et cum nulla alia esset opportunitas diuertendi:sequentes illum desuper tabulas super quibus custodes ludebant:inter illos mediȝ pertransibant. Sicq̄ ab ipsis inuisi custodibus recesserunt. Nec ante ab eis episcopus disparuit donec ad locum illos securum perduxit:quē iuxta uotum emissum non prius cibum gustauerunt:donec ad suī presentiam liberatoris accederent. ¶ Hic ex deuotione ab henrico rege anglorȝ accersit⁹:in uia miraculuȝ nouum ostendit. Erat enim filia cuiusdā petri de fraxineto:que nequitia inuide socr⁹ a malefica fascinata langorem desperatum incurrerat:ita ut nec uiri presentiam sustinere posset. Hec a patre ut sathanas sathanam eiiceret: alteri malefice tradita fuerat liberanda. Que suis quibusdam premissis prestigiis:morsuras duas i brachio ei fixit. Ab illo extunc langore prio conualuit:sed aliū grauiorem incurrit. Nam ex illo die ex morsura superiori cum nimio puelle cruciatu sicut ipsa testabatur: ex corde acus prodeūtes uisibiliter exibāt. Pluresq̄ q̄ triginta acus per temporum interualla inde sunt egresse. Hec a patre btō uiro exhibita: & ab eodem in ipsa morsura contacta egressis inde pluribus acubus ipso presente: extunc ab eadem fuit passione liberata. Sed recedente sancto episcopo ex morsura iferiori: utpote quam sanctus minime contigerat: ceperunt simili modo sudes quasi quercine prodire:ita q̄ per diuersos dies quasi.16. exiuerunt. Sed btūs petr⁹ in suo regressu puellaȝ omnibus peccatis suis plene ꝓfessam & communicatā eadē morsura iferiori tetigit:eāq̄ oīno sanataȝ dimisit. Qui postq̄ ecclesie sue doctrina & exemplis insigniter prefuit:i pace quieuit. Ibidemq̄ sepultus in miraculis stupendis uiuit. Hec frater uincentius i speculo.

¶ De sancto rhectitio epō. CXX

RHectitius eduoȝ.i. augustudunensis epūs tempore constantini impatoris celeberrime fame habitus est. Hic sermonibus clarus & uita laudabilis opuscula quedam fidei perutilia digessit. Nam in gallia leguntur eius cōmentarii in cāticis canticoȝ. Extat & aliud grande eius uolumen aduersus nouatianum. Et hic in pace quiescens augustuduni tumulatus dormit. Hec hieronymus de uiris illustribus libro.

¶ De sancto iuuenco presbytero. CXXI

IVuencus presbyter apud hispaniam claruit. Hic sanctis pollēs opibus:quattuor euāgelia hexametris uersibus pene ad uerbuȝ transferens quattuor libros cōposuit. Et non nulla eodem metro ad sacramentorum ordinem pertinētia persecit. Floruit autem sub constantino imperatore. Et apud hispanias confessoris nomine celebris habet. Hec ubi supra.

¶ De sancto apollinare epō. CXXII

APollinaris laodicienſis syrie epūs patre probo progenitus: grāmaticis in adolescentia operam dedit:& postea sacris scripturis insudans:innumera quasi scribens uolumina scitate nō ifim⁹: ut doctrine ipsi⁹ uita discors nō fuerit: sub theodosio impatore diē obiit. Extāt ei⁹ aduersus porphyriū 30. libri:qui inter cetera opeȝ eius uel maxime probantur apud laodiciam corpore q̄ escit. Hec ubi supra.

¶ De sancto patiano epō. CXXIII

PAtian⁹ pyrenei iugis barcinone epūs castitate eloquētia & taȝ uita q̄ ꝓmone clar⁹ scripsit uaria opuscula. De qb⁹ est cert⁹ liber ꝓtra nouatianos. Hic sub theodosio seniore principe iam ultima senectute i xpō quieuit. Hec hieronymus ubi supra.

¶ De sancto theodoro epō. CXXIIII

THeodor⁹ tarsensis epūs apud eādē scitate & doctrina claruit citatē. Qui dū antiochie eēt ꝓsbr magis florere cepit. Scripsit eni plura ad fideliū utilitatē. Extāt ei⁹ in apostolum ꝓmētarii:& multa alia ad eusebiū cesariē sem:cui ꝓtēporane⁹ extitit:eiusq̄ cuȝ sensū secutus sit:eloquētiā imitari nō potuit pp ignorātiā secularium lrārum. hec ubi supra.

¶ De sancto priscciliano episcopo & martyre. CXXV

PRiscilianus bapille epus & martyr multa ecclesie dei putilia digessit opuscula. Hic sub quodã maximiano tyrãno qui tpe theodosii primi gallias occupauit: cum latrociniano quodã de quo supra actũ est p fidei defẽsione ad mortẽ q̃si cesus una cũ eodẽ latrociniano apud treueriz quieścit Hec hieronym⁹ de uiris illustribus.

¶De scõ gelasio episcopo. CXXVI

GElasius cesaree palestine eps eugenio in dicti põtificat⁹ sede successit. Qui uita & doctrina uirtutũ signis admodũ eluxit. Et non nulla diuina uolumina ꝓpilauit. Qui etiã in xpo quiescẽs apud ipaz ciuitatẽ in corpore dormit. Hec ubi supra.

¶De scõ theotimo episcopo. CXXVII

THeotim⁹ cyrenoꝝ eps insignis sãctitatis & sapie gr̃ia refulsit. Qui cũ plura opa laudabilia ediderit Inter cetera in morẽ dialogoꝝ & ueteris eloquẽtie breues cõmaticosq; tractatus cõscripsit. Et hic hũanitatis debitũ soluẽs apud eandem urbẽ in xpo qescit. Hec ubi supra hieronymus.

¶De scõ amphilaco episcopo. CXXVIII

AMphilacus i conii eps claruit i ipa ciuitate tpre theodosii senioris. Qui uir moribꝰ & scitate redimitus doctrina quoq; ñ isimꝰ. Inter alia ad beatũ hieronymuz scripsit librũ de spiritusco q̃ sit deꝰ: & q̃ sit omnipotẽs & adorãdus. Et alia fidẽ nraz fra grãtia opuscula putilia digessit. Et apud eãdem ciuitatẽ i pace humanitatis debituz sol uit. Hec ubi supra.

¶De scõ luciano presbytero. CXXIX.

PVucianus p̃sbyter uir scissimꝰ & deuotꝰ apd hierosolymã claruit tpe honorii ipatoris. Hic dũ uite abstinentia & pudicitie scimonia laudabilis apud deũ polleret: & hoes: tante gr̃e meritũ obtinuit: ut eidẽ dñs corpa scõꝝ stephani ꝓmris nicodemi gamalielis & abibon reuelaret. Et p huiꝰ relationẽ eadẽ glorioſa cadauera iuenta eẽnt: ut dictuz ẽ supra in inuentione dictoꝝ scõꝝ. 3. non. augusti. Hic aũt beatꝰ uir eandẽ reuelationẽ & eius historiã ad oium ecclesiaꝝ personas: greco ꝓmone descripsit. Quã adiutus presbyter homo hispanꝰ postmodũ i latinũ ꝙuertit. Post dictoꝝ aũt scõꝝ corpora inuẽtionẽ prefatꝰ uenerãdus p̃sbyter scitate ꝓspi cuus: uirtutũq; opibꝰ multipliciter pollẽs i pace qeuit. Et apd basilicã baptisterii i qua miſter fuerat sepultꝰ iacet signisq; coruscat.

¶ De sanctis pluribus quoꝝ sola nomina & dies festiui inueniuntur. CXXX.

PLures sancti ultra suprapositos existunt: de quoꝝ uita uel gestis nihil penitus potui inuenire: nisi eoꝝ solũmodo noia & dies festiuitatũ: & nihil ultra: nisi de paucis: de quibus etiam loca in quibus passi sũt uel sine martyrio decesserunt: ꝓscripta reperi: ex martylogio uidelicet hieronymi usuardi uel adonis. Et iccirco ut nihil eoꝝ que de sanctis inuenire potui omittatur i fine p̃sentis operis. Hoc unico capitulo ea que de nominibus & diebꝰ festis dictoꝝ sanctoꝝ: in predicto libello ꝓscripta sũt recolligere curaui. Reseruata tñ tam mihi q̃ posteris potestatẽ eoꝝ gesta & passiones scribendi distinctius: si ea qñq; in futurum reperire contingat. Ad litteram tñ premissa ut inueni subiiciam. Et sic operi huic quantum ad presens finem faciam.

1 ¶Iustina uirgo & martyr passa ẽ pridie calendas decembris.

2 ¶Nicetius eps & ꝓfessor in ciuitate treueris quieuit in xpo noñ decẽbris.

3 ¶Iulius & potamia mres eodem die i ciuitate togara passi sunt.

4 ¶Petrus: successus: bassinus: porphyrius & urbanus mres in aphrica passi sũt. 5. idus decembris.

5 ¶Eutychius ꝓfessor: cuius gesta habẽtur ut dicit ado. Cuius festum i hispaniis agitur. 3. idus decembris.

6 ¶Hermogenes: donatꝰ: & alii uigintidus martyres passi sunt pridie idus decembris.

7 ¶Valericus abbas eodem die in pago uiniacensi quieuit.

8 ¶Aubertus cameracensis eps: qui in dño quieuit idibꝰ decembris.

9 ¶Drusus: zozymus: & theodorus: in antiochia passi sunt decimonono calen. ianuarii:

10 ¶Maximinus confessor quieuit in christo in territorio aurelianẽsi decimoctauo calen. ianuarii.

11 ¶Valentinus: naualis: & agricola mres rauẽne passi sunt. 17. cal. ianuarii.

12 ¶Moyses martyr in aphrica passus ẽ. 15. cal. ianuarii.

13 ¶Gratianus eps & confessor eodem die turoni dormiuit.

14 ¶Darius martyr in ciuitate nicea passus est. 14. cal. ianuarii.

15 ¶Gregorius episcopus antisiodori eodẽ die quieuit.

16 ¶Iulius martyr in ciuitate thracia gelduba passus est. 13. cal. ianuarii.

17 ¶Liberatus confessor: & gregorius episcopus eodem die in amphitrea claruerunt.

18 ¶Zepherinus episcop⁹ eodem die rome in christo quieuit.
19 ¶Ioannes & festus martyres i tuscia passi sunt.12.calē.ianuarii.
20 ¶Demetri⁹:honoratus:& flor⁹ martyres in ciuitate ostia passi sunt.xi.cal.ianu.
21 ¶Lucianus confessor in ciuitate tripoli quieuit.9.calen.ianuarii.
22 ¶Eutychi⁹ p̄sb̄r & domitian⁹ diacon⁹ apd ancyrā galatie passi sunt.5.calē.ianua.
23 ¶Ebrulphus confessor in pago oxymēsi quieuit.4.calen.dicti mensis ianuarii.
24 ¶Hermes exorcista rethiarie urbi claruit pridie calen.ianuarii.
25 ¶Eugend⁹ abbas cuius uita:ut dicit ado uirtutib⁹ & miraculis plena refulsit: in territorio lugdunēsi claruit calē.ianu.
26 ¶Isidorus episcop⁹ apud antiochiam in xp̄o quieuit.4.noñ.ianuarii.
27 ¶Hermes:agge⁹:& caius martyres in ciuitate bononia passi sūt pridie noñ.ia.
28 ¶Felix & ianuarius in ciuitate heraclea passi sunt.7.idus ianuarii.
29 ¶Eugenianus martyr passus est.5.idus ianuarii in augustuduni ciuitate.
30 ¶Timotheus confessor eodem die in grecia claruit.
31 ¶Vitalis ep̄s:reuocat⁹ & fortunat⁹ diacon⁹ apd smyrnā.5.id⁹ ianuarii passi sūt.
32 ¶Petrus:seuerinus: & leonti⁹ martyres: quoꝝ:ut ait ado:gesta habent apud alexandriam passi sunt.3.idus ianuarii.
33 ¶Lōgisi⁹ p̄fessor:cui⁹ festū agit idib⁹ ian̄.
34 ¶Euphrasius ep̄s & clerus diaconus.19.calen.februarii passi sunt.
35 ¶Fuscus confessor in monasterio patrona claruit.17.calen.februarii:
36 ¶Prisceilla sācta eodem die rome quieuit.
37 ¶Nedolfonsus ep̄s apd toletū uita & doctrina clarissim⁹ i dño quieuit.x.cal.feb.
38 ¶Marius abbas monasterii beluacensis: cui⁹ uitā uirtutib⁹ plenā:ut ait ado:uir illustris ac patricius dinamius scribit: cuius festum agitur.6.calen.februarii.
39 ¶Adiut⁹ m̄r eodē die i aphrica passus ē.
40 ¶Ioannes presbyter in monasterio rhemensi quieuit in xp̄o.5.calē.februarii.
41 ¶Valeri⁹ ep̄s & bti petri apli discipulus 4.calen.feb̄r.treueri dormiuit in dño.
42 ¶Flauian⁹ m̄r passus est.5.calē.februa.
43 ¶Aldegūdis uirgo eodem die in malbedio monasterio quieuit in pace.
44 ¶Saturnin⁹:thyrsus:& uictor martyres alexādrie passi sunt pridie calē.febru.
45 ¶Policarpus & seuerianus ep̄i:quorum festum colitur calendis februarii.
46 ¶Fortunatus:felicianus presbyteri: firmus & candidus martyres rome passi 4.nonas februarii.
47 ¶Floscul⁹ ep̄s eodē die aureliani quieuit.
48 ¶Tigris & remedius ep̄i apud oppidum uapingum passi sunt.5.noñ februarii.
49 ¶Lupicinus ep̄s:felix & celerinus eode3 die lugduni passi sunt.
50 ¶Auentin⁹ ep̄s in ciuitate trechas pridie noñ februarii dormiuit.
51 ¶Antolianus martyr auernis passus est 8.id⁹ februarii.
52 ¶Saturnin⁹:theophil⁹:& reuocata martyres eodem passi sunt die.
53 ¶Dionysius:emilianus:& sebastian⁹ martyres apud armeniam minorem passi sunt.6.idus februarii.
54 ¶Salomon martyr eodem die in ciuitate corduba passus est.
55 ¶Paulus episcop⁹:lucas & cyriac⁹ martyres ipso die rome passi sunt.
56 ¶Amon & alexander martyres apud cyprum passi sunt.5.id⁹ februa.
57 ¶Zotic⁹:irene⁹:amantius & hiacynthus m̄res rome passi sunt.4.id⁹ febr.
58 ¶Desiderius ep̄s apud lugdunū quiit in xp̄o.3.id⁹ febr̄.
59 ¶Macarius:rufinus & iust⁹ martyres passi sunt pridie id⁹ febr̄.
60 ¶Modest⁹ & amonius infantes eodē die in alexandria martyrio coronant̄.
61 Polyotus martyr:qui latine interpretat̄ multe auris in mylittana armenie idib⁹ februarii passus est.
62 ¶Licinius ep̄s in ciuitate andegauen̄ eodem die quieuit.
63 ¶Stephanus ep̄s & iulian⁹ martyres eodem die lugdun̄ passi sunt.
64 ¶Vitalis presbyter:felicula & zeno martyres rome passi sunt.16.calē.martii.
65 ¶Creator m̄r cū uxore & uniuersa domo rome passi m̄rio coronāt̄.15.cal.mart.
66 ¶Quinidi⁹ ep̄s i galliis citate uasionēse ipso die quieuit:cuius mortē in cōspectu dñi p̄ciosam miracula crebra testant̄.
67 ¶Agapes uirgo in ciuitate iteranis eodē die in domino dormiuit.
68 ¶Iulianus m̄r & ep̄s cū aliis qnq; milib⁹ apud egyptum passus est.14.cal.mar.
69 ¶Donatus: & secundian⁹: & romul⁹ cū aliis.86.apud urbem concordiam passi sunt.13.calen.martii.
70 ¶Siluinus ep̄s taruenēsis ipso die in domino quieuit.
71 ¶Rutul⁹:siluan⁹:& maxim⁹ m̄res in aphrica.12.calē.martii m̄rio coronant̄.
72 ¶Publius:iulianus &marcellus in eadē aphrica passi sunt.xi.calē.martii.
73 ¶Potamius & nemesius in cypro insula passi sunt.10.calen.martii.
74 ¶Caius:uictor:& panthamia eode3 die rome palmam percipiunt.

75 ¶Verolus: secundinus: seruulus & alii uiginti in aphrica ciuitate adrumeto passi sunt. 9. calen. martii.

76 ¶Sergius martyr i cesarea cappadocie passus est. vi. calen. martii: cuius ut dicit ado gesta preclara habentur.

77 ¶Fortunatus presbyter: & felix cum aliis. 27. 4. calen. martii passi sunt.

78 ¶Baldomerus confessor uir dei quieuit in domino. 3. calen. martii. cuius sepulchrum crebris miraculis illustratur.

79 ¶Alexander: abundantius: & fortunio martyres ipso die passi sunt.

80 ¶Macarius & rufinus: iust⁹ & theophilus pridie cal. martii mrio coronãtur.

81 ¶Hermes & hadrianus martyres in ciuitate massile passi sunt cal. martii.

82 ¶Leo martyr eodem die passus est.

83 ¶Lucius episcopus: absalon & largus martyrio coronati sunt. vi. noñ. mar.

84 ¶Eusebius palatinus & alii nouẽ martyres. 3. noñ. martii palmã pcipiunt.

85 ¶Iulialis episcopus in ciuitate toleto claruit pridie nonas martii: qui ut ait ado apud eiusdem loci incolas famosissimus habetur.

86 ¶Quadragintaduo martyres in persida passi sunt. 6. idus martii.

87 ¶Gorgonius & firmus martyres eodẽ die palmam perceperunt.

88 ¶Petrus martyr i aphrica passus est pridie idus martii.

89 ¶Aphrodisius confessor eodẽ die quieuit.

90 ¶Patricius episcopus auernis claruit. 7. calen. aprilis.

91 ¶Quint⁹: quintilus: quintilia & marc⁹ cum aliis. 9. martyres apud surrhentum passi sunt. 14. cal. aprilis.

92 ¶Leontius episcopus appolonii eodem die in christo dormiuit.

93 ¶Paulus cyrillus & eugenius martyres cum aliis quattuor. xiii. calen. aprilis palmas martyrii perceperunt.

94 ¶Lupicinus abbas in territorio lugduni quieuit in christo. xii. calen. aprilis cuius uita sanctitatis & miraculorum gloria insignis fuit.

95 ¶Saturninus epscop⁹ & alii nouẽ martyres in aphrica passi sunt undecimo calen. aprilis.

96 ¶Romulus: & secundolus martyres in mauritania pro christo passi sunt. 9. calen. aprilis.

97 ¶Seleucus confessor ipsa die apud syriam quieuit.

98 ¶Agapitus confessor eadem die i phrygia claruit.

99 ¶Cyrinus martyr rome passus est octauo calen. aprilis.

100 ¶Theodorus episcopus: ireneus diaconus: serapion: & amoni⁹: lectores martyres apud pentapolim libye passi sũt septimo calen. aprilis.

101 ¶Alexander martyr in pãnonia triumphum obtinuit. 6. calen. aprilis.

102 ¶Castor & dorotheus martyres tarsi licie passi sunt. v. calen. aprilis.

103 ¶Doninus & uictor martyres thessalonice mrio coronantur. 3. cal. aprilis.

104 ¶Pastor episcopus palatinus eodẽ die aureliani claruit.

105 ¶Diodolus: anesi⁹: felix: cornelia & ualeria: port⁹ & abdas martyres i aphrica passi sunt. xi. cal. aprilis.

106 ¶Venantius episcopus & martyr calẽ. aprilis palmam promeruit.

107 ¶Victor presbyter: & stephanus martyres eodem die in egypto passi sunt.

108 ¶Eugarius & benignus martyres coronas pcipiũt: i scythi a ciuitate thomis tertio nonas aprilis.

109 ¶Pancratius confessor ipso die apd tauromenium sicilie quieuit in xpo.

110 ¶Martiana nicanor: & appolonius martyres apud egyptum passi sunt nonis aprilis.

111 ¶Amphianus confessor eodem die apd cesaream lycie claruit.

112 ¶Timothe⁹ & diogenes martyres i macedonia palmas pceperũt. 8. id⁹ apri.

113 ¶Epiphanius episcopus: donatus presbyter: & alii. 14. apud aphricam passi sunt. 7. idus aprilis.

114 ¶Pleusius presbyter eodem die in alexandria in christo quieuit.

115 ¶Apollonius presbyter: & alii. v. martyres apud alexandriam passi sunt. 4. idus aprilis.

116 ¶Domnus episcopus cum militibus. 8 martyres in dalmatia ciuitate salona passi sunt. 3. idus aprilis.

117 ¶Thallacus presbyter & cõfessor eodẽ die in pace quieuit.

118 ¶Constantinus episcopus oppido uapigo claret pridie idus aprilis.

119 ¶Euphemia uirgo & martyr idibus aprilis coronam percepit.

120 ¶Phronto abbas apud alexandria3 claruit. 18. cal. maii. Cuius uita ut dicit ado scitate & miraculis extitit gl'osa.

121 ¶Proculus martyr: & donina uirgo cũ sociis uirginibus ipso die iteranis passi sunt.

122 ¶Petr⁹ diacon⁹ & hermogenes mr̃es apud aphricã passi sũt. 15. cal. maii.

123 ¶Heleus presbyter: paulus: & isidor⁹ monachi in ciuitate cordub a eodem die martyrium perceperunt.

124 ¶Prefect⁹ presbyter & martyr in presa
ta citate corduba passus ē.14.cal.maii
125 ¶Hermogenes:caius:expeditus:aristo/
nicus:rufus:galatas martyres una die
coronati sunt in armenia ciuitate mylit
tana scilicet.13.calen.maii.
126 ¶Vincētius martyr eodem die in hispa/
nia ciuitate caucoliberi passus est.
127 ¶Martianus confessor antisiodori quie/
uit.12.calen.maii.
128 ¶Vildifrius episcopus & confessor cla/
ruit octauo calen.maii.
129 ¶Euandius & hermogenes ciuitate syra
cusana martyrio coronāt.7.cal.maii.
130 ¶Castor & stephanus martyres tarsi ci/
licie passi sunt quinto calen.maii.
131 ¶Aphrodisius:charilipus:agapitus: &
eusebius martyres.4.calen.maii pal/
mas perceperunt.
132 ¶Apollinaris martyr eodem die in pan/
nonia passus est.
133 ¶Saturninus & neopolus martyres.6.
non̄.maii in carcere quieuerunt.
134 ¶Nicetius episcopus uienne claruit.3.
nonas maii: qui fuit uir preclarissimus
& nobilis:ut ait ado.
135 ¶Iouinianus lector & martyr antisiodo
ri eodem die coronam promeruit.
136 ¶Heliodorus & uenustus cum aliis se/
ptuagintaquq; in aphrica martyrio co
ronātur pridie non̄ maii.
137 ¶Iuuenalis martyr non̄ maii passus est.
138 ¶Stephanus & uictor atq; helladius e/
piscopi apud egyptum passi sunt mar/
tyrium.8.idus maii.
139 ¶Trecenti & decem martyres in perside
passi sunt.7.idus maii.
140 ¶Quartus & quint⁹ martyres:rome uia
latina ad centunaulas palmas percepe
runt sexto idus maii.
141 ¶Aquilinus & uictorianus martyres:
quorum gesta habentur i syria prouin
cia passi sunt.17.calen.iunii.
142 ¶Isidorus eps trechas eodem die qeuit.
143 ¶Heraclius:paulus: & aquilinus cum
aliis duobus martyres passi sunt in ci/
uitate niueduno.16.calē.iulii.
144 ¶Poliuetus:uictorius:& donatus mar/
tyres apud cesaream cappadocie mar/
tyrium pertulerunt:12.calen.iunii.
145 ¶Secundinus martyr eodem die cordu
be passus est.
146 ¶Helena uirgo antisiodori claruit un/
decimo calen.iunii.
147 ¶Faustinus & timotheus ipso die rome
passi sunt.
148 Epiticus & basileus episcopi in hispa/
niis clarent.10.calen.iunii.
149 ¶Innocentius martyr in portu romano
passus est nono calen.iunii.
150 ¶Zoilus:seruulus:felix:siluanus & dio
cles martyres apud histriam ipso die
triumphum obtinuerunt.
151 ¶Pascrates & ualentio martyres & alii
duo simul coronati sūt.8.calen.iunii.
152. ¶Quadratus martyr.7.calē.iunii pas/
sus est:in cuius solēnitate sancti augu/
stini sermones inueniuntur ad popu/
lum:ut dicit ado.
153 ¶Felicissimus:eradius:& paulinus mar
tyres tuderti tuscie eodem die palmas
percipiunt.
154 ¶Ragenulphus martyr in pago attreba
tensi passus est.6.calen.iunii.
155 ¶Libertus confessor eodem die apud
anconam dormit.
156 ¶Emilius:felix:mulier:priamus: & lu/
cianus martyres in sardinia coronant
quinto calen.iunii.
157 ¶Restitut⁹ martyr rome uia aurelia.4.
calē.iunii passus est.
158 ¶Septem germani eodem die uia tybur/
tina passi sunt.
159 ¶Gabin⁹ & christol⁹ martyres turrib⁹
sardinie palmas obtinent.3.cal.iunii.
160 ¶Sycus & platin⁹ in antiochia eodē die
per multa tormenta passi sunt.
161 ¶Crescentianus martyr turribus sardi/
nie pridie calen.iunii coronā pcepit.
162 ¶Caprasius abbas monasterii lirmen.
quieuit in christo calen.iunii.
163 ¶Aretius & dacian⁹ martyres rome pas
si sunt pridie non̄ iunii.
164 ¶Amantius & alexander martyres in ci
uitate niueduno martyrio coronantur
octauo idus iunii.
165 ¶Petrus presbyter:eutychius:hieremi
as:& alii tres cordube passi sunt septi/
mo idus iunii.
166 ¶Salustianus confessor apud sardinia3
sexto idus iunii claruit.
167 ¶Vincentius leuita & martyr in ciuita/
te agino passus est quinto id⁹ iunii.
168 ¶Zacharias martyr nicomedie passus
est.4.idus iunii.
169 ¶Censurius confessor & episcopus qe/
uit in domino antisiodori die eodem.
170 ¶Lucian⁹ & crescentian⁹ martyres pas
si sunt in aphrica idibus iunii.
171 ¶Aurelian⁹ episcop⁹ & cōfessor lugdu/
ni dormiuit in dn̄o.xvi.cal.iulii.
172 ¶Ducenti & sexagintaduo martyres:ro
me passi positi sunt uia salaria uetere
ad cluuium cucumeris.xv.cal.iulii.
173 ¶Vulmar⁹ pfessor admirande scitatis &
religionis uir ipo die quieuit in pace.
174 ¶Adiutus pbyter & confessor eodem
die aureliani dormiuit in xpo.

175 ¶Baddulphꝰ abbas eodem die claruit.
176 ¶Paulinus cyprianꝰ: felix: & feliciana uirgines & martyres apd ciuitatē thomis mr̄io coronant̄.xii.cal.iulii.
177 ¶Rufinꝰ & martia uirgo martyres passi sunt in sicilia ciuitate syracusa undecimo calen.iulii.
178 ¶Quiriacꝰ & apollinaris martyres eodem die in aphrica palmam suscipiūt.
179 ¶Maxentius presbyter & ꝓfessor in pago pictauensi.vi.cal.iulii claruit.
180 ¶Perseueranda uirgo eodem die in domino requieuit.
181 ¶Benedicta uirgo in territorio senonico quieuit in pace.3.calen.iulii.
182 Corsicus presbyter & leo subdiaconus passi sunt martyrium pridie cal.iulii.
183 ¶Ostianus ep̄s & confessor: i territorio uiuarien̄.eodem die in dn̄o dormiuit.
184 ¶Epachrius monachus & ꝓfessor i ciuitate engolisma claruit cal.iulii.
185 ¶Theodoricus presbyter ipso die i territorio rhemensi feliciter quieuit.
186 ¶Saluius confessor eodem die in portu ualentianas claruit.
187 ¶Monegunda uirgo apd turon̄.obdormiuit in domino.vi.non̄.iulii.
188 ¶Tryphon & alii ducenti mr̄es alexandrie passi sunt.v.non̄.iulii.
189 ¶Eulogius & euphemia:achaicus & demetrius mr̄es constantinopoli eodem die obtinuerunt triumphum.
190 ¶Domitius martyr apud syriam passus est.3.non̄.iulii: qui ut ait ado:uirtutibus suis multa incoliſ bn̄ficia prestat.
191 ¶Stephanus p̄sbyter:& leontiꝰ mr̄es rome passi sunt.v.idus iulii.
192 ¶Iustus & amicus episcopi: in domino quieuerunt in ciuitate lugdun̄. pridie idus iulii.
193 ¶Phocatus episcopus ipso die in christo dormiuit.
194 ¶Eutropius:zozyma & bonosa sorores martyres:rome in portu passi sunt idi bꝰiulii.
195 ¶Philippus:zeno:narsis: & alii decem infantes eodem die alexandrie martyrio coronantur.
196 ¶Emilianus ꝓfessor apud ciuitatē doroscoꝝ claruit.xv.cal.augusti.
197 ¶Sabinus: maximus: iulianus: macrobius:cassius & paula:cum aliis decē passi sunt apud damascum decimotertio calen.augusti.
198 ¶Paulus diaconus & martyr in ciuitate corduba eodem die martyriū sūpsit.
199 ¶Iulia uirgo & martyr in ciuitate trechas passa est.xii.cal.augusti.
200 ¶Primitiua uirgo rome quit decimo calen.augusti.
201 ¶Octoginta & tres milites passi sunt in ciuitate amiternina .9.cal.augusti.
202 ¶Tiberius episcopus antisiodori quieuit.vi.cal.augusti.
203 ¶Symeon monachus ipso die in sicilia claruit.
204 ¶Peregrinus presbyter & confessor cuius beatitudinem miraculorum gloria testatur quieuit lugduni quinto calen.augusti.
205 ¶Vrsus episcopus antisiodori in christo dormiuit.3.calen.augusti.
206 ¶Democritus secundus & dionysius martyres in ciuitate sūmada passi sunt pridie calen.augusti.
207 Hermelus martyr constantinopoli passus est.3.nonas augusti.
208 ¶Ephronius episcopus eodem die augustuduni quieuit.
209 ¶Petrus & iulianꝰ martyres cum aliis 18.rome passi sunt.7.idus augusti.
210 ¶Faustinus martyr apud mediolanum ip̄o die passus est tpre aurelii cōmodi
211 ¶Agapes uirgo quieuit i pace sexto idꝰ augusti.
212 ¶Gandericus episcopus & confessor in ciuitate cameraco tertio idus augusti claruit.
213 Gratilianus & felicissima uirgo in urbe phalari passi sunt pridie idꝰ augusti.
214 ¶Macarius & iulianus eodem die in syria martyrio coronantur.
215 ¶Demetrius confessor in aphrica .xix. calendas septembr. dormiuit.
216 ¶Simplicianus episcopus quieuit i pace.xviii.cal.septembris.
217 ¶Marinus confessor in territorio bituricensi claruit.14.calen.septēbris.
218 ¶Bonosus:& maximianus martyres passi sunt.xii. calen. septembris quorum gesta ado dicit haberi.
219 ¶Martialis:epictetus:saturninus:aprilis & felix:cum quibusdam eorum sociis in portu romano martyriū passi sunt.xi.calen.septembris.
220 ¶Hippolitus: qriacꝰ & archelaus martyres in prefate urbis portu passi sūt. decimo calen.septembris.
221 ¶Mineruus & eleazarus cum filiis.viii martyres eodē die lugduni gallie triumphum obtinuerunt.
222 ¶Fauianus ep̄s ip̄o die quieuit i pace.
223 ¶Audoricus ep̄us in ciuitate rothomageñ.claruit.9.calen.septembris.
224 ¶Iulianus martyr & presbyter i prouicia syrie.8.cal.septē.passus est.
225 ¶Eleutheriꝰ ep̄s antisiodori dormiuit. vii.calen.septembris.

226 ¶Marcellinus tribun⁹ & uxor eius mā mea:& filius ipsius ioānes:& serapion clericus:& petr⁹ miles in ciuitate thomis.6.calē.septēb.martyrio coronāt

227 ¶Syaggeus episcopus eodem die augustoduni in pace dormiuit.

228 ¶Viuianus ep̄s & p̄fessor apud santonas claruit.5.calen.septembris.

229 ¶Candida uirgo in pace quieuit.4.calendas septembris.

230 ¶Niceas & paulus martyres i antiochia syrie eodem die passi sunt.

231 ¶Basila sancta i syrmio ipso die dormiuit in domino.

232 ¶Gaudentia uirgo rome claruit tertio calendas septembris.

233 ¶Sixtus ep̄s capuanus prim⁹ eiusdē urbis antistes apud ipsam ciuitatem uia aquaria dormiuit calē.septembris.

234 ¶Victurius episcopus eodem die cenomanis quieuit.

235 ¶Mansuetus episcopus i ciuitate tullo claruit tertio nonas septembris.

236 ¶Tres pueri martyres.s.rusinus:saluinus:& uitalicus: apud ancyram galatie passi sunt pridie noñ septembris.

237 ¶Magnus:castus: & maxim⁹ martyres eodem die palmas percipiunt.

238 ¶Herculan⁹ martyr rome in portu passus est nonis septembris.

239 ¶Quint⁹:archonti⁹:& donat⁹ martyres eodē die capue triūphū obtinuerunt.

240 ¶Cotid⁹ diacon⁹ i cappadocia urbe reate claruit.8.id⁹ septembris.

241 ¶Amoni⁹:theophilus:neotherius:& alii uigintiduo martyres alexādrie passi sunt.6.idus septembris.

242 ¶Timotheus & faustus ipso die antiochie coronas percipiunt.

243 ¶Hiacynthus episcopus: alexander & tyburti⁹ martyres in sabinis miliario ab urbe.30.passi sunt.5.id⁹ septemb.

244 ¶Patiens confessor lugduni deponitur tertio idus septembris.

245 ¶Sacerdos episcopus lugduni gallie quieuit pridie idus septembris.

246 ¶Lycori⁹ ep̄s turōis claruit idib⁹ sept.

247 ¶Aper episcopus & confessor in ciuitate tullo quieuit i xp̄o.17.calē.octob.

248 ¶Narcissus & crescentius martyres rome passi sunt.15.calen.octobris.

249 ¶Valerianus:macri⁹:& gordian⁹ eodē die i ciuitate nuieduno mr̄io coronāt

250 ¶Socrates & stephanus martyres ipso die in britanniis palmas percipiunt.

251 ¶Trophin⁹:& ocean⁹:atq; eustorgius ep̄s passi sunt martyriū.14.calē.octo.

252 ¶Sequan⁹ abbas & presbyter plurime iustitie uir in territorio lingonice ciuitatis quieuit in dño.13.calē.octobr.

253 ¶Eustathi⁹ episcop⁹ uir magnarū uirtutum eodem die turonis claruit.

254 ¶Dionysi⁹ & priuat⁹ martyres in phrygia passi sunt.12.calē.octobr.

255 ¶Pamphil⁹ martyr rome passus est.xi.calen.octobr.

256 ¶Laudon episcopus in territorio ciuitatis constantie claruit.10.cal.octobr.

257 ¶Siluanus confessor ipso die in territorio bituricensi quieuit.

258 ¶Liberi⁹ ep̄s rome dormiuit.9.cal.oct.

259 ¶Rusticus episcopus auernis quieuit i pace octauo calen.octobr.

260 ¶Lupus ep̄us & anachorita assumptus apud lugdunum claruit.7.cal.octob

261 ¶Senator martyr in ciuitate albana passus est.6.calē.octob.

262 ¶Stacte⁹ p̄fessor rome q̄euit.4.cal.oct.

263 ¶Salomon episcopus & confessor in ciuitate ianuis dormiuit i pace eodē die

264 ¶Eutychius episcopus:platus & heraclas mr̄es passi sūt i thracia.3.ca.oct.

265 ¶Fraternus episcopus & confessor quieuit antisiodori die eodem.

266 ¶Areta martyr & alii quinq; & quattuor passi sunt rome.calen.octobr.

267 ¶Pris⁹:cresce⁹:& euagri⁹ mr̄es i ciuitate thomis ipso die coronas p̄cepunt.

10.cal. iunii	Zoelus martyr	xi	ultimo	150
5.cal.iulii	Zoilus martyr	vi	xvi	
	Zoilus ꝑsbyter	vi	xvii	
	Zorobabel dux	vi	xc	
4.idꝰ. febr.	Zoticus martyr	xi	ultimo	57
12.cal.nou.	Zoticus martyr	xi	ultimo	197
idibꝰ iulii	Zozyma uir.mr̄.	xi	ultimo	194
ꝑd. cal.ma.	Zozymas abbas	iiii	cvi	
5.idꝰ mar.	Zozymus mar.	iii	xci	
	Zozymus papa	xi	iiii	
19.cal.ian.	Zozymus mar.	xi	ultimo	9

Catalogi sanctoꝝ per reuerēdissimuꝝ dominum petrum de natalibus uenetū episcopuꝫ equilinū editi opus finit; Vicentiæ per henricū de sancto urſio librariū ſolerti cura ipreſſuꝫ : Augustino Barbadico iclyto uenetiarū Duce. Anno ſalutis.M.CCCCLXXXXIII.ꝑ die idꝰ decēbris. LAVS DEO.

REGISTRVM.

Quaterni .b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r.s.t. u.y.z.&.ꝯ.A.B.D.F.H.K.M.O.P.Q.R.

Terni.a.x.ꝝ.C.E.G.I.L.N.S.



¶ Postq̃ ad libri calcem: deo annuente: peruenimus: nobis uisum est: fore haud inutile: quorundã sanctoꝝ gesta subnectere: quæ ex eorũ historiis: q̃ ꝓpendiose potuimus: auctorem hui⁹ imitati: decerpsim⁹: ordinẽ temporis tantũmodo seruãtes: &: ut opus uberius habeat: &: ut cœptis nostris aliorum animos ad amplioré fœcunditatem excitemus.

Hæc sunt nomina sanctorũ.

i7.cal.feb.	¶ Berardus: petrus: accursi⁹: adiut⁹ & otho martyres & ꝓfessores	i
4.idus feb.	¶ Guilelmus ꝓfessor	ii
p̃d.no.mar.	¶ Cyrillus ꝓfessor	iii
no. apri.	¶ Vincentius ꝓfessor	iiii
die paschæ	¶ Rupertus eps	v
octa. pasc.	¶ Ioannes bonus ꝓfessor	vi
cal.ma.	¶ Catharina senensis	vii
5.non.ma.	¶ Vrsius ꝓfessor	viii
4.non.ma.	¶ Monica uidua	ix
3.non.ma.	¶ Angelus mar. & ꝓfes.	x
i3.cal.iun.	¶ Bernardinus ꝓfessor	xi
ꝓa dñica iul	¶ Bonauentura episcop⁹ & cardinalis ꝓfessor	xii
7.id⁹ aug.	¶ Albertus ꝓfessor	xiii
idi.aug.	¶ Simplicianus eps & ꝓf.	xiiii
i7.cal. sep.	¶ Rochus ꝓfessor	xv
4.idus sep.	¶ Nicolaus tolẽtin⁹ ꝓfes.	xvi
p̃d.no. oct.	¶ Magnus eps	xvii
6.cal.nou.	¶ Iuno p̃byter & ꝓfessor	xviii
p̃d.cal.no.	¶ Volfgangus eps & ꝓfes.	xix
i6.cal.dec.	¶ Othmarus abbas	xx
6.cal.dec.	¶ Conradus eps	xxi
p̃d.no.dec.	¶ Hosimundus episcopus & confessor	xxii
	¶ Othilia uirgo	xxiii
	¶ Culianus confessor	xxiiii
	¶ Sabinus eps & martyr	xxv

¶ De sanctis berardo: petro: accursio: adiuto: & othone ꝓfessorib⁹ & martyrib⁹. Ca. I

BErardus: petrus: accursius: adiutus: & otho ꝓfessores a beato frã cisco diuinitus monito: ad miramolini regnũ mahumetanis euãgeliũ p̃dicaturi missi sunt: qui p argoniã: colimbriã portugallẽses deuenientes: reginæ orachæ mrii sui ordinẽ: & qualiter reliquiæ suæ colimbriam essent deferendæ: & ab ea honorifice suscipiendæ: reuelarunt. & hinc alanquesariũ ad xanthiã uirginẽ deuotã: a qua sæcularib⁹ supinduti uestib⁹ (nam aliter trãsmeandi nõ dabatur facultas) hispalim: quæ nũc dicit sibyllia: applicuerunt: ubi depositis sæcularib⁹ indumẽtis: ad mistam regẽ multis laniati uerberib⁹ igrediunt: & coram eo mahumeticã damnãtes fidem: xp̃m prædicãt: quos ira concitus ex urbe marochiũ duci iussit: unde pariter a miramolino bis expellũtur: ꝙ martyriũ affectãtes reuertunt: & prædicationib⁹ insistẽtes ab indignato rege i teterrimũ carcerẽ detrudũtur: quos. 20. dieꝝ iedia nihilo maceratos ligatis post terga manibus: nudos ad se trahi iubet: & usq; ad uiscereꝝ atq; ossium enudationẽ cædi: ac supinatas p noctẽ uolutari: oleo & aceto laceris corpib⁹ supinfusis: & tandẽ lassis in flagella lictorib⁹: eorum capita per medium frontis amputari: & sic optata corona sancti mres potiti sunt: quoꝝ corpora flãmis illæsa iacuerũt: & inde xp̃ianis uẽdita p multas saracenoꝝ insidias colimbriã ad reginam orachã delata: ab eadeꝫ: ut sci prædixerant: in monasterio sanctæ crucis iter mlta miracula honorifice sepulta sunt: ex quibus adhuc sanguineus manat liquor fragrãtissimus: & pluribus medela infirmitatibus. Passi sunt autẽ sci anno salutis .1237. cal. februarii. Sed nec saraceni euaserũt impune: rex. n. eodem ãno a dextris aruit: & popul⁹ per quinquẽniũ sterilitate pestilẽtiaq; pene cõsumptus est: eoꝝ uero festũ colitur. xvii. cal. februarii.

¶ De scõ guilelmo ꝓfessore. II.

GVilelmus confessor: in pueritia a bernardo abbate institutus aquitaniæ dux: & pictauensiu⁹ comes: bellator euasit acerrim⁹: q tẽpore eugenii papæ. 3. romã ipi⁹ accessit: unde ferocitate deposita: & humiliter accæpta pœnitẽtia lorica indut⁹ pro interula quattuor cinct⁹ catenis hierosolymã prexit: & rediẽs bti iacobi limina uisitauit: q subitaneã morteꝫ expaueſcẽs dñici præcepti memor: uenditis oib⁹ & pauperib⁹ erogatis in eremo uitaꝫ sũma austeritate afflixit: ubi magnũ scitatis nomẽ adeptus est: qui uidens in galliis ordinẽ cistertiensiũ florere: & ere-

mitaꝝ areſcere: totis uiribꝰ obnixus illis in regionibꝰ iſtaurauit: poſt quæ iteꝝ pari ratione loricatus cū cilicio: decē illigatꝰ catenis nudis pedibꝰ hieroſolymā reuiſit: unde corroſis plantis: remigās curabat reditū: q captus a ſaracenis ob ſuæ uitæ auſteritatem libertati reſtitutus eſt. Et tandē multos perpeſſus labores in agrum tuſcū & piſanum deueniens: in inſula: quæ dr̄ liualia: ſolitarie ꝑmoratꝰ eſt: ubi familiariter ꝓiunctꝰ qbuſdā eremitaꝝ auguſtini: eoꝝ mores edoctꝰ: nigro habitu ſumpto & pellicea zona locellis eoꝝ per totam ethruriā deuote uiſitatis: centū cellas applicuit: ubi beatus auguſtinꝰ librū de trinitate pægit: cuiꝰ locis ſūma cū iucūditate pluſtratis: romā & inde ariminū ad ſcāꝫ mariaꝫ de platano eiuſdē ordinis locellū peruenit: a quo fr̄es: qui prius eremitarum beati auguſtini appellabanť: cognita ipius maxima ſanctitate guilelmitaruꝫ denominationē ſumpſerunt: quæ denominatio ad ſaxones: prouinciā rheni: regnū bohemiæ: & in ꝓuincias ab eo dudū inſtructas ꝓmulgata eſt: & i galliis uſq; ad inocētii pont. 4. tēpora perſeuerauit: ſꝫ eo mandāte: oēs ſub uno titulo eremitaꝝ bti auguſtini exinde ſūt apellati: hic ſiqdē btūs guilelmus poſt innumerabilia ſcitatis opa remeauit in pr̄iam: & ibidē aiam ſœliciter exhalauit: miraculis undiq; pullulantibus: eius dies. 4. idus februarii celebratur.

¶ De ſcō cyrillo ꝓfeſſore. III

CYrillus ꝓfeſſor: olim p̄sbr̄: fratꝝ eremitaꝝ in mōte carmeli ꝓfectꝰ: adeo corde deuoto: mente pura: qētēplationi uacabat: ut ſæpius angelico foueret aſpectu: & diuinis reuelationibꝰ illuſtraret: die quadā huic miſſaꝝ ſolēnia celebranti in nubecula angelꝰ apparens: uirgā & duas argenteas tabellas: l̄r̄is græcis futuri ſtatum ſæculi cōtinentes: attulit: ſic loquens. Has tabellas miſit tibi deꝰ oipotens: tanq̄ familiari ſuo: & fideli præconi: & quū ſacramenta ꝓpleueris: has ſcripturas tranſcribe in mēbrana: poſt hæc ꝓflans tabellas: formabis eas in calicem & turibulū ad libanda & adolenda in ara ſacrificii matutini: quas acceptas cū gratiarū actiōe & reuerentia nō modica: cyrillus uir ſanctus ꝓuocatis fratribꝰ iuxta præceptum angeli tranſcriptas ꝓflauit. Et extunc ſanctis opibus excellētior occubuit: eiꝰ feſtiuitas p̄die nonas martii colitur.

¶ De ſancto uincentio ꝓfeſſore. IIII

VIncentiꝰ ꝓfeſſor ualētiæ ex nobili familia ferrariꝝ natꝰ & liberalibꝰ artibꝰ eruditꝰ ānoꝝ. 18. uirgo prædicatoꝝ religionē ingreſſus eſt: in qua breui tempore factus eximius theologus: ut p̄trē dominicū imitaret: plures occidētis regiones: uerbū dei euangelizās: pagrauit: & apprime ualētiæ: aragoniæ: catholoniæ: hiſpaniæ: caſtellæ: normandiæ: britanniæ: ſabaudiæ: pedimontiū: ripariæ: ianuæ: delphinatus: borbonii: & franciæ tā gratꝰ extitit prædicator: ut nouellus exiſtimaret apoſtolꝰ. Hic ſanctꝰ. 25. milia iudeoꝝ & ſaracenoꝝ ad fidem ꝙuertit orthodoxā. Bibliā tantū ſecum portabat & breuiariū: ſemel in die comedebat: cilicium ꝓtinue geſtabat: ſuūq; habitū: ubicūq; quieſcebat: nō omittebat: tantæ erat integritatis uir: ut ne pedes quidē nudos: nedū corpꝰ ꝑ plures annos aſpexerit. Hic ſcūs miraculis maxime pollebat: die quadā quū barcinonā uerſus pficiſcereť: & ad duo milia hoiuꝫ ipꝫ comitarenť: paucis panibꝰ & modico uino oēs ſaturauit. Anno uero ſalutis. 1418. ætatis ſuæ. 70. i uenetēſi ciuitate britāniæ btō fine migrauit ad dn̄m: & in eccleſia cathedrali ſepultus iacet: qui ſicut uiuens miraculis floruit: ita mortuus fructificauit. Nā. 28. defunctos ſuſcitaſſe repitur: inter quos unū admiratione dignū in britānia: quum quædā mulier prægnās humanaꝝ carniū deſiderio filiū i duas ptis ſecuiſſet: & alterā torruiſſet: ut manderet: & uir ſupueniens horrendū ſacinus ꝓperiſſet: indilate ptes filii ambas: & crudā & toſtā ſuſcipiens: miraculoꝝ ſci memor ad eius ſepulchꝝ prexit. Ibiq; ꝑſtratꝰ cū lachrymis orans: filii reſurrectionē ipetrauit. Hic aūt dei ſuus p calliſtū. 3. pōtifi. anno dn̄i. 1455. ſanctoꝝ catalogo fuit ānumeratus: eius celebritas ſit nonis aprilis.

V

¶ De ſcō ruperto epiſcopo.

RVpertus ep̄s in uormatia ex p̄ſapia regia tēpore hiloperti frācoꝝ regis doctrina & uirtutibꝰ refulgēs: ab inſidelibꝰ ſcitatem eiꝰ non ſufferentibꝰ: uirgis acriter cæſus ab urbe eiiciť: & a theodone bauaroꝝ duce ratiſbonæ excipiť: ūde baptizato ipſo duce cū ppl̄o p danubiū deſcendēs: per noricos prædicādo: in panoniā deuenit inferiorem: & hinc ubi magis æſtuabat gentilitas: diuertebat intrepidus: idola deſtruens: eccleſias erigens: & populos baptiſmi gratia regenerās: & poſtq̄ plura circuierat loca: ad urbē iuuanienſeꝫ: ubi epalēꝫ firmauerat ſedem: remeauit: uocatiōis diē non ignorans. ubi cōſtructo eredrudæ uirgini neptiſuæ monaſterio: & uitale in ſucceſſoreꝫ electo: febri defatigatus: die reſurrectiōis pactis miſſaꝝ ſolēnib⁹ munitꝰ ſacro corporis xp̄i uiatico: e plangentiuꝫ manibꝰ inter modulantiuꝫ choros angeloꝝ ad ſanctā properauit fœlicitatem.

VI

¶ De ſcō ioāne bono ꝓfeſſore.

IOannes bonus confessor patria mantuanus: ioanne patre defuncto hæreditate diues relict⁹ est: pro quo:dum lubricis iuuenib⁹ adhæreret:bona eius mater indesinenter preces ad deum mittebat: deus aũt fidelium uota non respuens: ecce iuuenẽ sinit ad salutem animæ corpore infirmari:sed dum se religionis uoto alligat: pristinæ saluti restituitur:qui mortua matre:pauperibus erogatis omnibus:in quandam specum haud procul a cæsena recessit:ubi miruꝫ in modum se affligebat:postmodũ sumpto eremitarum beati augustini habitu carnalibus incendiis torreri cœpit:quæ præacutis arũdinis particulis sub unguib⁹ manuũ infixis extinxit tam acri cruciatu: ut triduo pene exanimis iacuerit:sed quia pius deus seruos suos non deserit:per uisionẽ ei appens:& incẽtiua carnis & uulnera piter sanauit:q deo grãs agẽs:incredibili abstinẽtia se affligẽs: plurima in flaminia & umbria instaurãs monasteria:sibi mirabile sanctitatis nomen ædificauit:in qua regione per ãnos quinquaginta cõmoratus:in patriam inde reuersus est. & diebus ac perfectis operib⁹ plenus extra mantuam in monasterio sibi a ciuibus ꝓstructo:anno salutis.i222.spiritum deo relaxauit. Cuius corpus non multo post in urbeꝫ translatum:in monasterio sanctæ agnetis honestissime cõditum est:cuius sepulchrũ miraculis frequentissime radiatur. Eius memoria colitur in octaua paschæ.

¶De sancta catharina senensi. VII

CAtharina senensis patria:ex iacobo & lapa parentibus honestis ortum habuit: quæ septẽnis deo uouit uirginitatẽ. Sed quũ duodecim nata foret annos:a parentibus instanter de coniugio uexat⁹ est:quib⁹ aperuit:quod ad id usq; temporis occuluerat. Cui parentes non sine lachrymis indulsere. & cõcupitũ tertii ordinis beati dominici habitum pro ea impetrarunt: quo sumpto catharina in uigiliis & orationib⁹ cincta cateꝛna uitam ducebat:iter cætera uirtutũ opera pauperib⁹ munificam: & infirmis obsequiosam se præstabat. Interea anno dñi.i375.inter florentinos & gregoriũ.xi.pontificẽ oritur discensio:interdicunt florentini:& excõmunicant.qua de re catharina ualde anxia auitionẽ ad pontificẽ perrexit de rebus cõponendis tractatura:quo a pontifice obtento:florentiã reuertens tumultuantẽ reppe-rit:nil de pace ꝓcluditur.catharina: ut hui⁹ incendii suscitatrix:gladio petitur. sed ipsa ad martyriũ pro ecclesia se offerens: illæsa dimittitur.Interim moritꝫ pontifex: & urbano.6.substituto:pax cõficitur:catharina senas reuertitꝫ:ubi libellũ spiritu afflata dicta uit:sed ecce orto schismate:de morte pontificis agitꝫ:quo p spiritum agnito uehemẽtius affligitꝫ: instanter ad dñm preces hẽt: ut in suum caput ipium scelus ꝓuertatur:res ꝓponuntur:& exinde usq; ad uitæ suæ terminum a dæmonibus sub horribilib⁹ specieb⁹ diuersis tormẽtis est flagellata: habuit aũt beata catharina plures diuinas uisiões:& illã præsertim crucifixi:ex cui⁹ uulnerib⁹ intrinsec⁹ adeo sauciata remansit:ꝙ dicebat:nisi deus nouum faceret miraculũ:breui se moriturã. in cõione frequenter i extasi rapiebat⁹: & nõ nunq; plures dies absq; cibo trahebat.In extremis deniq; laborãs iter ꝙuocatas sorores romæ optimã uitam finiuit ãno salutis.i379 ætatis suæ.30. in ecclesia sanctæ mariæ supmineruã non sine miraculoꝝ multitudine sepulta: cuius cinis cũ ossibus anno eiusdem i430.iuxta capellã maiorem in sepulchrum marmoreum translatus est: ãno uero domini i460.pio ꝑo pont.collegio scõrum aggregata. eius dies cal.maii ueneratur.

¶De scõ ursio ꝓfessore. VIII

VRsius ꝓfessor ex nobili francoꝝ genet⁹ traxit originẽ: quẽ adhuc lactentẽ quidam pegrinus matri prænũciauit futurum patricidã. quũ uero adoleuisset puer annorum.i8.ad palatia caroli impatoris accedẽs siue pedes siue eques adeo se strẽue gerebat ꝙ armoꝝ ductor creat⁹ est:qui: quũ parentes aliqñ uisitaret:matreꝫ pgnostici memorem semp flentẽ inueniebat: quæ de lachrymis sæpius interrogata: tandẽ dulcib⁹ uicta precib⁹ filio cãm propalauit:qui ut horrendum scelus declinaret:ãnoꝝ iã.26.cũ cliẽto sodali dalmatiã uersus prexerunt: ubi multos paganoꝝ ab eoꝝ rege missos:ut se xp̃ianos capent:trucidarũt: ad quoꝝ uindictam rex exercitũ parãs per filiam admonetur:ut pius iubeat ipos ad se impune accedere:& de eoꝝ ꝓgrinatione interroget:quo facto rex cũ populo ab ipsis ꝙuertitꝫ ad dominum: & filiam unicã ursio desponsauit: cui postmodum i regnũ succesit:hoc aũt pater per litteras intelligens pgnosticũ pegrini flocisaciens ad aulã filii se ꝓtulit:ubi datis inditiis a nuru suscipitur:& qa ursius extra urbem uenatum ierat:in ꝓprio lecto cũ sene & filio paruulo maioris gra honoris se collocauit: sed ecce humani generis hostis sub ipsi⁹ cubicularii facie regi denũciat: uiꝝ cum uxore ꝓcũbere:qui domũ festinans inconsultus patrem filiuꝫ & uxorẽ interfecit:quo cognito:facti pœnitẽs romã prexit:cui pro peccato ab hadriano põt.adhibetur pœnitẽtia: ut

habitu peregrino ecclesiaꝫ sanctæ mariæ in monte sūmano uisitet: nemini petēs: ubi sit: qui inde cū bullis remissionis recessit: & tandem sepulchro dñi: monte sina: & liminibꝰ bti iacobi uisitatis ānuente deo uicentiā applicuit: & inde mōtes uersus tendens pastores audiuit dicētes: eamus domū: quoniā nebulæ circundant montē sūmanuꝫ: ad quorū uerba beatꝰ ursius genibꝰ flexis deo gr̄as agens: salꝫenam oppiduꝫ postea per impiuꝫ ezelinum dirutum: se ꝓtulit: ubi ab ancilla oralda bis potū petens: & non impetrās expirauit: campanis ex semet ipīs ꝓsonantibꝰ: & sic inuentus est scūs cum bullis & baculo florenti. Cui statim erecta fuit ecclesia. quod intelligens imperator cū eius affinibꝰ uenerunt: ut asportarēt corpꝰ: at quū subleuare nequiuissent: cū brachio & florido baculo i galliam redierunt. Eius festiua dies colitur quinto nonas maii.

¶ De sancta monica uidua. IX

MOnica uidua ex honestis parēti/bus orta: a matre facundia pudice sobrieq; educata: deo deuotissima adoleuit: quæ ānoꝝ. 13. pri/cio carthagine: uel pōlata: post annos. 12. dei gr̄a & dexteritate sua ferocissimuꝫ uiꝝ deo lucrata est. Et exinde cum eo i castitate ꝓseuerauit. quo post. 73. ætatis suæ annum defuncto: cœpit de filio augustino manichæoꝝ errore inflato uehemēter angi. ꝓquo lachrymas: preces: & oblatiōes deo indesinenter offerēs meruit ab angelo audire. Esto uiuitoq; secura: ubi eiꝫ tu: ibi & ille. quū autē ex aphrica pia mater filium sequerēt itinerū labores: & maris discrimina superādo: non manichæū nec adhuc xp̄ianū repperit augustinū. cuiꝰ in amplexus & dulcia ruēs in oscula: lætitia resoluta pene deliquuit: sic dicēs. credo fili mi in xp̄o anteq̄ e uita migrē: te fidelē ueracemq; xp̄ianū sim uisura. Hæc beata mulier bonoꝝ opoꝝ studiosa: infirmis inseruire: orphanos custodire: uiduas ꝓsolari nunq̄ cessabat: & ubertim passionē dñi deplorabat. In spiritu per dieꝫ non nunq̄ quiescebat. quodā die in solēnitate bti cypriani eucharistiā sumptura: per cubitū a terra eleuata bis clamauit. uolemus ad cæluꝫ: uolemus ad cælū fideles. Appropinquāte uero uitæ suæ termio hæc dixit augustino. Vnū erat: ꝓpter qđ in hac uita morari cupiebā: ut te catholicū xp̄ianūq; uiderēꝫ: priusq̄ morerer: ecce accumulatiꝰ mihi deus præstitit: ut te cōtempta etiam fœlicitate terrena: uideā xp̄i seruum: qđ iaꝫ a mō hic facio: nescio. post quæ diebꝰ quinq; uix pactis apud ostiam tyberinā. inter natos febribus decumbēs: sic ait. Ponetis hic matrē uestram: rogo uos ut ad altare dñi memineritis mei: ubi fueritis: & sic nocte media: qa uexatione stomachi sacramētum sumere nequiuerat: super lectū puerulus eam amplectens uisibiliter apparuit: inter quos amplexus aīa illa sancta uolauit ad cælū. anno domini. 395. 4. no. maii ætatis suæ. 56. & ostiæ corpꝰ eius sepultum: qđ tp̄re martini papæ qnti anno salutis. 1417. 5. idꝰ ap̄lis: & similiter paulo post eiꝰ sepulchrū: romā translatum est. incredibili miraculoꝝ numero.

¶ De scō angelo mr̄e & ꝓfessore X

ANgelus mr̄ & ꝓfessor. natione siculus in urbe lycate ex genero/sa prosapia ortus: ab īfantia deo deuote inseruiēs: ieiuniis & orationibꝰ uacans: habitū carmelitæ religionis suscæpit. In qua uitā maxia cū austeritate degēs eximiꝰ prædicator effectꝰ est. Hunc siqdem finita quadā prædicatione sci dñicus & franciscus audiēte frequēti populo in terra prostrati mirū in modū uenerati sunt. qui post longos amplexus btō frāciscō prædixit stigmata: & uicissim ipē franciscus ei martyriū: qđ utriusq; adimpletum est uaticinium. Hic eniꝫ dum fidelibus xp̄m prædicasset a paganis tentus: letiferis carceribꝰ mancipatus: & pœnis undiq; afflictꝰ: tādē fronte gladio pcussa: deo uitæ obtulit hostiā locaustū. 3. no. maii. Cuius corpꝰ in ecclesia eiꝰ nomini dedicata requiescit miraculis decoratū. in eo autē loco ubi martyris sāguis effusus est. Fons olei a p̄mis usq; ad ꝓximas uesperas scaturit: quo eodē die: siq pungūtur: a diuersis langoribꝰ redimuntur.

¶ De scō bernardino ꝓfessore. XI

BErnardinus ꝓfessor natiōe tuscus ex nobili familia albizescoꝝ procreatꝰ patre tolo senēsi: matre nera massana bindi filia post tertiū eiꝰ natiuitatis ānū defuncta: ītra sextū patre: materteræ dianæ educandus remansit. qui āno. xi. a patruis senas aduocatus est: ubi liberalibꝰ artibꝰ imbutus: canonico iuri uacauit deuotas nunq̄ prætermittens oratiōes: quibꝰ corroboratꝰ senis fraternitati sanctæ mariæ de scala sanctimonia celeberrimæ ascribi se ꝓcurauit. ubi cilicio indutus super tabulas aut paleas dormiēs circa languētes erat officiosissimꝰ. Interea āno dñi. 1400. sæuiēte senis epidemia: mortuis sere oibꝰ ministris hospitalis dictæ sanctæ mariæ: quū nullo precio conduci possent. Bernardinus tyro xp̄i annoꝝ. 20. languentiuꝫ se gratis obtulit in ministruꝫ: qui quū se ad tātum onus imbecilē fore perpēderet. quosdā eiusdē fraternitatis ꝓsocios ad piū opus sibi asciscere talibus ꝓcurauit. Euāgelio admo/

nemur: regnum cælorū uim patitur. & uio
lenti rapiunt illud. Inferam⁹ ergo uiolentiā
nobiſmet ipſis: nec pro chriſto mori ptime-
ſcamus: quid tam magnū atq; pulcherrimū?
q̄ pacis tempore ad martyrii coronam per-
uenire? ſi morimur: pro chriſto certe mori-
mur: qua morte & merces augetur: & omne
crimen excluditur: omnis ꝓſumatio & ſtat⁹
uitæ martyrio decoratur: hoc fundamētum
uitæ & fidei: hoc præſidium ſalutis: hoc uin
culū libertatis & honoris. Mors quippe in-
tegriorem facit uitam. Mors magis ducit ad
gloriam. Quid eni nobis cum hac luce? qui-
bus lux æterna promittit: quid cum hui⁹ui
tæ naturæq; cōmercio? quos cæli altitudo
depoſcit. Intra omniū gloriā pulchrior eſt
pro chriſto mori titulus: & integrior coro-
na ſignatur. Porro nobis cōtemnenda mors
eſt: quibus chriſtus occiſus eſt ante oculos.
Nobis quæſo cōcurrant dominicæ paſſionis
exempla: concurrāt oblata & præmia: quo-
niam miſericordiā præſtantes: miſericordiā
ꝓſequentur. His inflāmati iuuenes cuncti u-
nanimes confeſſione rite expurgati & cōmu
nione: ad funeſtā illam domū non ſine paren
tum & amicor⁹ lachrymis ſe contulerūt. die
noctq; ſedulo infirmis miniſtrantes: & quā
doq; mortuor⁹ corpora ſepelientes. Demuꝫ
ſædata peſtilentia pluribus de ꝓſociis deſū-
ctis reliqui ad paternas domos remearunt.
quod fecit & bernardinus: qui ſtatim febre
concuſſus: & non multo poſt ſaluti reſtitut⁹:
ampla facultate pauperibus erogata: die na
tiuitatis mariæ uirginis: cui⁹ gratia a pueri-
tia quoaduixit ſabbato ieiunauit: beati fran-
ciſci factus eſt imitator: nihil præter habitū
fœmoralia & funiculum poſſidens. & primo
in locū columbarii in ſenenſi territorio con
templationi aptiſſimū deſtinatur: ubi uigi-
liis: ieiuniis: diſciplinis ultra regulæ præcæ
pta: & cilicio corpus macerabat: illuc per
multa miliaria nudis pedibus panis ac uini
collectaꝫ elemoſynā humeris afferebat præ
latis obœdiens. hic inter cætera paſſione xp̄i
amariſſime ſcindebat. qui ſacerdos ordina-
tus quotidie amore i deū inflāmat⁹ celebra-
bat: ſed altius aſpiciens: & animar⁹ ſalutem
ſitiens: graui ſumpta cruce: ex columbario
ſaggianum: ut ebrius ſpiritu prædicaturus
acceſſit. cui: itegritate prius cognita: a præ-
latis ordinis prædicandi officium concedit.
ſed quuꝫ linguam haberet aliquantulū præ
peditam: facta ad dominū oratione: igneus
e cælo glob⁹ dimittitur: qui ſic eius linguæ
raucitatē decoxit: ꝙ exinde illud ſanctiſſi-
mum nomen ieſus: italiæ urbes: caſtella: uil
las quaſq; perluſtrans expedite non ſine ma
ximo fructu prædicauit. Tunc eniꝫ terras &
maria prædones obſidebāt. tunc tanta guel
phorum ac gibillinor⁹ rabies icalluerat: ut
mutuo fraternoq; cruore ruberet italia: pu-
blica ludorum gymnaſia frequentabantur:
uſurarum uoragines inhiabant: uigebat ma
gia: religio parum colebatur: & feſti dies a
ferialibus niſi ſpectaculorum gratia: digno
ſcebantur. ſed quo magiſi digebat italia: eo
plus in bernardino ſupernæ gratiæ fauor &
uirtus fœcundauit. Quis enarrare poſſet:
quantum boni per bernardinū conſecuta eſt
italia? per hunc ſædatæ cædes: erecta hoſpi-
talia: extirpatæ fœneratorum rapinæ: adul-
terini fœminarū ornatus cremati. feſti dies
culti. & plures utriuſq; ſexus non ſine mira
culorum ſplendore ad dei ſeruitium ꝓuerſi.
O uir⁹ italiæ frugi. In his itaq; operibus ber
nardinus perſeuerans apud aquilam apru-
cii urbem āno ſalutis. 1443. ætatis uero ſuæ
63. uitæ terminum compleuit. Cuius corp⁹
aquilani ciues pluribus diebus inhumatuꝫ
tenuerūt: odore ſimul & miraculis fragrās.
& ibidem in monaſterio ſancti frāciſci poſt
modum honorifice ſepelierunt. Et hunc ni-
colaus pontifex quintus anno domini. 1450.
ſanctor⁹ catalogo coaceruauit. ſolennis ei⁹
dies. 13. calen. iunii colit. Tranſlatū eſt autē
corpus eius in templum nouum ei dedicatū
anno eiuſdem. 1472. 6. calendas iunii ſixto
pontifice maximo eius pontificatus anno
primo.

¶ De ſancto bonauentura epiſcopo & con-
feſſore. XII

BOnauentura epiſcopus albanē-
ſis & cardinalis de balneo regio
oriundus ex uoto matris pro ip-
ſius infirmitate adhuc puerūli
beati franciſci habituꝫ ſuſcæpit:
qui ſub alexandro de halis theologiæ & mo
rum ſic euaſit integerrimus: ut ſæpius de eo
diceret alexander. Verus iſraelita eſt iſte: in
quo adam non peccaſſe uidetur. Hic annor⁹
trigintaquinq; inter tot uenerabiles religio
nis patres propter ſuam perfectſonem fact⁹
miniſter: regulam beati franciſci periclitan
teꝫ narbonæ i generali capīo reformauit: &
magiſtri giraldi apologeticū libellū cōtra
minores ſubtiliter confutauit. Hic in beati
antonii tranſlatione patauium. 52. anno obi
tus eius: linguam recentem ac rubicūdā in
manibus tenens: inter lachrymas ſic ait. O
lingua: quæ deum ſemper benedixiſti: & ali
os benedicere docuiſti: nunc perſpicue cer-
nitur: quanti meriti fueris apud deuꝫ: & ſic
oſculans depoſuit. Laborante uero difficul-
tatibus romana ſede: a gregorio pontifice
undecimo & ſacro ſenatu cardinalis & epſ
albanenſis quāuis renuens proclamatur: &

statim ad ꝓcilium lugdunense cum rothomagense & tripolitano episcopis de rebus arduis pertractādis destinatur: in quo adeo prudenter græcorum hæreses composuit: ꝙ omnes præsente tunc paleologo eorꝝ imperatore: libere se deinceps romanæ sedi parere uelle profiterent. Hic libros edidit intitulatos. De septē uisionibus. Sententiæ sententiarum. Sup euangeliis: præsertim luce. Officiū de cruce. Officiū beati francisci: & de eius uita. De sex alis seraphin. Itinerariū mentis in deum. Alterum in seipsum. Defensorium religionis mendicantiū. Arbor crucis. Breuiloquia. Sermones dominicales. Super euangeliis & epistolis per āni circulū. Compendium ueritatis sacræ scripturæ. De institutiōe nouitiorum. De stimulo amoris. pharetra. Multa in officio reformauit & addidit. Et alia plura opuscula usq; ad tricenarium numerum: quæ in partibus galliaꝝ frequenter in manibus habētur. Et sic in pari sanctitate & opum fructu proficiēs ex humanis sublatus est āno domini. 1274. tertio idus iulii ætatis suæ. 53. lugduni in ecclesia beati francisci sepultus: miraculis radians. Cuiꝰ cor reliquo corpore incinerato incorruptum inuentum est: & a sixto pontifice quarto anno salutis. 1482. sanctorum pontificum numero ascriptus est. eius festum dominica secunda iulii celebratur.

¶ De sancto alberto confessore. XIII

ALbertus cōfessor gente siculus: drepani ex benedicto & ioanna parentibus honestissimis & deuotis originem duxit: qui peracto iam uigesimosexto sterilitatis anno: uouerūt se gloriosæ uirgini: siquā forent sobolez suscæpturi: eius seruitio eaz perpetuo dicaturos. qua impetrata post tēporis plenitudinem: Ioanna peperit filium: in baptismo albertum nomine appellatum. quem sextum uix attingentē annum in sponsum puellæ de domo regia pater pluribus ei suadentibus: coniungi annuebat. de quo cum uxore conferens: tale a discreta coniuge responsum accæpit. Miror te prudentez uirum taliter esse mutatum: quod deo & eiꝰ genitrici promisimus: huic caduco & fragili mundo condonare uelis: non ne oportet deo reddere quod eius est? nos filium nostꝝ deo & matri eius obligauimus: ipsum sana conscientia reuocare nequimus. his patre a proposito reuocato: adolescens religionem carmelitam ingressus est: in qua disciplinis & contemplationi uacans. summæ sanctitatis & doctrinæ uir effectus est: & post laudabilem uitam ciuis cælestis hierusalem nō absq; miraculorum illustratione. Eius festū septimo idus augusti occurrit.

¶ De scō simpliciano ep̄o & ꝓfessore. XIIII

SImplicianus ep̄s & confessor. romæ uictorino rhetori iam seni familiarissimus fuit. Post cuius baptismū mediolanū profectꝰ: eremiticæ uitæ se ita sequestrauit: ut sublime scitatis nomē adeptꝰ sit. hūc beatus ambrosius eiusdez urbis ep̄s uere ut patrem diligebat. quū uero augustinus ibidem legeret rhetoricam: prædicante beato ambrosio de manichæorū opinione cōpunctus statim ad simplicianuz ut uirum optimum se ꝓtulit. a quo exēplo uictorini ab ea reuocatus est: & side sūma charitate instructus. quē postmodum btūs ambrosius baptizauit: & de nouo uestiuit nigro superindutum cuculo: & pellicea zona cinxit simplicianus. hic siqdem defuncto btō ambrosio in episcopatu succesſit. Et si prius deuotus: tunc imitatione prædecessoris factus est deuotior. mirū in modum lætabatur in augustino alumno. & ei non nullas disoluendas quæstiones dirigebat: cui augustinus uti patri uenerādo: quo ingenio: qua charitate poterat: dulciter rescribebat. hic est ille simplicianus. quē beatus ambrosiꝰ & prosp sic sanctitate extulerunt: ut hominē cum angelis uolare: cum archāgelis cantare: cuz seraphin ardere: cum cherubin lucere: & cum principibus sedere: dicerent. Sanctus autem uir diebus & uirtutibus maturus anno dñi. 415. idibus augusti: carnis ergastulum dereliquit. Cuius corpus in suburbanis mediolani in ecclesia sancti simpliciani iter cappadoces martyres. sisinnium hostiarium & alexandrum. honorifice sepultum est.

¶ De scō rocho ꝓfessore. XV

ROchus confessor genere narbonensis apud montēpesulanuz ex patre ioanne: matre libera progenitus. annorum. xii. corpus suum cœpit abstinentia castigare. qui mortuis parentibus amplissima hæreditate in pauperes distributa: a principatu se abdicans: oppidis paternis patruo cōmendatis: breui uestē indutus: cum pileo: pera: & baculo in italiam peregrinꝰ deuenit: & quū romā: aquāpendentem: cæsenam: aliaq; plurima loca: truci pestilentia uexata signo crucis liberasset: placentiam eadem lue infectaz ad quoddā ægrotantiuz hospitale diuertit. quibus omnibus similiter sanatis: statim sinistra coxa sagitta trāsfigitur. Sed post acerbam passionem salutez consecutus in galliā armis tunc uexatam remeauit. & in paterno captꝰ oppido ut explorator carceri detrudi tur: in quo exacto qnquēnio i maxima patiē

tia & uitæ austeritate dominuꝫ orãs ut inuocantes nomen suum a sæuissima pestilẽtia ꝓtegerentur: in pace obdormiuit. anno domini. 1327. ætatis suæ. 32. 16. cal. sepẽ. ad cuius latus reperta est tabella: his litteris inscripta. Peste laborantes ad rochi patrocinĩ cõfugientes contagionem illam truculentissimaꝫ euasuros significo: quo a patruo cognito: inter multas lachrymas: pactis lõgo tractu exequiis sanctum corpus tradidit sepulturæ: eidem templũ magni sumptus erigẽs. Huius uero nomen redeuntes e concilio cõstantiæ ab eo recenter a furenti pestilentia liberatæ. anno salutis. 1415. detulerunt in italiam: in qua ob eius innumerabilia miracula basilicæ & sacella ubiq; in dies eriguntur & anno eiusdem. 1485. corpus eiꝰ furtim uenetias delatum a senatu deuotissime suscæptum est: & eius nomini tẽplũ celeberrimũ fabricatũ. Festũ ipsiꝰ. 17. cal. septẽb. uenerat.

¶ De scõ nicolao tolentino ꝓfessore. XVI

Nicoaus tolentinus confessor: ex piceno oppido: quod sancti angeli nuncupatur: patre compagnono: matre amata optimis q̃deꝫ: religionisq; cultoribus: qui dum prole carerent: ex uoto barum apuliæ oppidum ad sanctum nicolaum profecti: peracto deuotionis officio: in patriam redierunt: & mox amata filium peperit: quem ob sancti reuerentiam nicolaum appellauerunt. Quum autem ad septennium peruenisset: ter in hebdomada cœpit ieiunare: & succedente ætate: canonicꝰ sci saluatoris effectꝰ exinde in religionem eremitarum beati augustini se transtulit. q factus sacerdos in oppido cinguli: tolẽtinũ missus est. ubi uacãs orationibꝰ: uigiliis: & abstinentiis: pane tantum & aqua contentus: carnẽ cilicio ferriq; circulo macerans: præcepta salutis incessãter afferens: & peccatores ad pœnitentiam dulciter reuocans: magnas uirtutes operatus est. Hic amicus dei plures dæmonum illusiones perpessus est. qui eum ab orationibus extorquere nitebatur: & bis ab eis adeo immoderate percussus: ut inde semper claudicauerit. Post plurimas diuinas uisiones: in quadam infirmitate narrauit: in pueritia sua dum sacerdoti sacra conficienti assisteret: uidisse aliquando in ipsius hostiæ eleuatione: saluatorem nostrum tanq̃ puerulum sibi applaudentem: & audiuisse dicentem. Innocentes & recti adhæserunt mihi. & quũ ad annos prouectus esset: ea iucunda uisione caruisse. In eremo existens prope pisaurum: quæ dicitur uallimanens: peregrinum de auximo cum pluribus aliis: & in urbe maceratensi gentilem fratrem consobrinum suis missis: orationibus: & lachrymis de pœnis eruit: ut ab eis ꝓ reuelationeꝫ intellexit. eo uiuente apparuit stella admirandæ claritatis: ab oppido ubi natus erat usq; tolentinum: quam ipse prius uiderat in somniis. At quum eius uitæ finis appropinquaret: p sex mẽses ante in hora matutini angelos magna repletus delectatione concinentes audiuit: & sic prædicto suæ mortis die: humanitatis uinculum soluit anno domini. 1294. & miraculis in dies succedentibus: inter quæ. 16. defunctos uitæ reddidit: ab eugenio pontifice quarto pontificatus sui anno 16. catalogo cõfessorum insertus est. Eius festiua dies quarto idus septembr. colitur.

¶ De sancto magno episcopo. XVII

Magnus eps ex altino parentibus nobilissimis originẽ ducens: eremum ingressus: magnæ uir scitatis euasit. qui postmodum sacerdos ordinatus desolata a longobardis altinensi urbe & pene tota italia ad ciuitatem nouã: quæ olim heraclea dicebatur: in sinu adriatico paludibus munitaꝫ: se contulit. quo ob deuitandas barbarorũ pestes innumerabiles undiq; ciues declinauerant. & ibidem magnus sanctis exhortationibus longe afflictos maxime refouebat: a quibꝰ: perspecta ipsius integritate: in episcopuꝫ ꝓmotus: q̃to sublimius dignitate elatus erat: tanto humilius a seipso deprimebatur: gregem suum cælestibus pascens: & optime gubernans. quadam uice in spiritu raptus per reuelationem monitus est: ecclesias eatempestate ædificare. Primam petro apostolo. secundam raphaeli angelo. tertiam saluatori. quartam glorioſæ uirgini: quæ nunc dicitur maria formosa: nam in formoso ornatu ei appuit. quintam ioãni baptistæ. sextam zachariæ. septimaꝫ iustinæ. octauã. xii. apostolorũ numero. Saluatore & matre cũ singulis earum sanctis singillatim appentibus: & loca ædificationuꝫ demonstrantibꝰ. suum ibidem surrecturæ uenetiaq; urbi patrocinĩ fideliter promittentibꝰ. qui ciuibꝰ omnia pãdens: locis & signis prout monitꝰ: inuẽtis: cũ suis obsequentissimis filiis: ut tale tamq; fidũ urbi patrocinĩ nãciscerent: ñ lõgo post tpe eas honorificas erexerũt. Scũs uero magnꝰ nõ tã noie q̃ effectu dieq; plenꝰ & bonoq; opeq; ꝓfectꝰ est ad dñm: uorum mercedẽ laboq; suscæpturꝰ: & cũ uberrimo oium fletu honorifice sepultꝰ miraculis uiuens. Cuiꝰ corpꝰ anno dñi. 1206. pridie no. octobr. uenetias in ecclesiã sci hieremiæ trãslatũ ẽ adhuc miraculis florẽs. & ea dies in eiꝰ honorem celebratur

¶ De scõ iunone p̃sbr̃o & ꝓfessore. XVIII

IVno præſbyter & ꝓfeſſor. natiõe britãnus: cilicio iuxta carnem indutus: & ueſtib⁹: quæ paupes de cẽt religioſos: ieiunia eccleſiæ pane & aqua perſoluẽs: feria q̃rta & ſabbato inſup ieiunabat. & nihil circa horas canonicas prætermittebat. dormiebat niſi neceſſitate ꝓpulſus: & ſup nudã terrã uel elledã nodoſis uirgis cõtextã: libro bibliæ pro ceruicali. & adeo hoſpitalis erat: ꝙ raro domi ſine paupib⁹ inueniebaꝰ: quorum neceſſitatib⁹ de bonis ſuis alacriter ſuppeditabat. quodã die in cubiculo per dieſ quinq; cũ noctibus abſq; cibo i contẽplatiõe perſeuerauit: nullã facie præferẽs macerationẽ. quotidie niſi legitime impedit⁹ ita deuotiſſime celebrabat: ꝙ die una qdam globus magni ſplendoris circa corp⁹ xp̃i & calicem in eoꝝ eleuatione emicuit. Scũs autem iuno in laudabilib⁹ uirtutũ propoſitis ultimuꝫ diẽ fœliciter perægit. 6. cal. nouembris.

¶ De ſcõ uolfgango epõ & ꝓfeſſore. XIX

VOlfgangus epũs & ꝓfeſſor. gente alemanus: proſapia ingenu⁹: primo canonicus: mox in ſueuia cœnobita affectãs pegrinari: a beato othmaro uiſionẽ accæpit poſt annuꝫ uigeſimũ ſecundum: futurum epũm: & ubi ei⁹ memoria colitur: obituꝝ. qua habita per alemaniã in noricum: in pannoniæ ꝓuinciã prædicandi deuenit: ubi a pere grino pictauenſi epõ ſuſcipitur: & benigne fouetur: pro quo: integritate uiri cognita: p legationem & marchicomitis cõſiliarii ſuggeſtionem ab othone ſecundo imperatore ratiſbonæ epãtum impetrauit: optime ꝓuenire iudicans ſi uſq; abundat bona uoluntas: ut eam etiã ad bona opa procedere faciat collata facultas. Btũs itaq; uolfgãg⁹ oĩb⁹ poſtpoſitis epũs eligitur: & ſtati ad eũ legati diriguntur. quibuſcum poſt diuturnã cuꝫ pere grino epõ ꝓſultationem in occidentales bauariæ partis tetendit. & ante impatorem ꝓſtratus ſe indignuꝫ exclamãs reluctando ratiſbonẽſis epũs ſancitur. Vbi in plurimis ſãctitatis operibus fœliciter requieuit pridie cal. nouembris.

¶ De ſcõ othmaro abbate. XX

OThmar⁹ abbas p̃ria alemañ⁹ ſancti florini pri⁹ ſacerdos: mox cællæ beati galli præſes: poſtremo a pipino rege ob ſuæ uitæ ſcitatẽ in abbatem eiuſdẽ eremi ꝓfirmatus: haud procul a monaſterio cæcis paupibus ꝓſtruxit habitaculũ: ubi eis ſolicite miniſtrabat. Interea Vuarin⁹ & ruthardus illius prouinciæ tyrãni potiuſ q̃ miniſtri eius loci bona occupant: Hoc btũs othmarus pipino denunciat. quã ob rem indignati miniſtri eũ capi iubent: & lamperto eiuſdẽ cœnobii ſr̃e adducto de adulterio innocẽter accuſatum in inſulã rheni relegant. ubi mltas pꝑſſus calamitates in xp̃i ꝓfeſſione uitæ terminũ ꝓpleuit. 16. cal. decẽbris. ibidẽ ſepultus. Lamperto dignas falſitatis pœnas miſerabiliter luente. Cuius corpus poſt decẽniũ incorruptum ad monaſteriũ bti galli pcõſtantinenſem lacũ delatũ eſt. ubi honorifice ꝓditum miraculis coruſcat.

¶ De ſcõ conrado epõ. XXI

COnradus epũs genere alemanus pentibus nobilis & uirtutibus: a nothingo ꝓſtantinẽſi epõ: cauſarum auditor epiſcopatui præfectus: ſuccedẽte tempore: & eius perfectione maiori eccleſiæ præponitur. Et hinc defuncto nothingo a ſcõ uldarico poſt indictum triduanũ ieiuniũ conſtantiæ epũs q̃uis renitens ꝓſtituitur. ubi tris erexit eccleſias. in quaꝝ una uidelicet bti mauritii ſepulchrum dñi ſimillimũ illi hieruſalem extrui curauit. Et dei genitricis tẽpluꝫ precioſis reliquiis decorauit. hic ter deuotione ꝓpulſus tranſſretatus eſt hieruſaleꝫ. In die paſchæ pfecta ꝓſecratione: araneã in calicẽ lapſam ſiducialiter aſſumpſit: quæ: ipo ad menſaꝫ expectante: miraculoſe omnib⁹ uidẽtibus: ore eius aperto: exiuit. hic gebhardo adoleſcenti: poſt gamelonũ ſibi ſucceſſurum in epãlẽ ſedem prædixit. qđ euenit: & ſic inter optimas operationes in dño diẽ clauſit extremũ ãno ſalutis. 976. epiſcopatus ſui. 62. 6. cal. decembris.

¶ De ſancto hoſimundo epiſcopo & confeſſore. XXII

HOſimundus eps & confeſſor p̃ria anglicus ex regia ducaliq; ſtirpe progenit⁹: poſt laudabiliter exactam adoleſcentiã: de bonis ſuis fari ſberiẽſeꝫ eccleſiaꝫ & amplia uit: & prædiis ſui cõitatus uorſetiæ affatim ditauit: libris: calicibus: crucib⁹: indumentis: & quæ cathedralẽ decẽt eccleſiam pia liberalitate donatis: in qua ſuis exigentib⁹ meritis: poſt epi deceſſum ſubordinatus antiſtes icredibili ꝓfectione & gr̃a cõmiſſuꝫ ſibi gregẽ paſcebat. hic ob declinandam in diuinis confuſionem: librum conſtitutionum: quo fere omnes utũtur eccleſiæ: cõpoſuit. nec non alia ualde perutilia. qui poſt multa uirtutum opera zelanteꝫ animaꝫ reddidit creatori: ibidem ſepultus. Inter miraculoꝝ aceruos: plures ſua morte mortuos uiuiſicans. Et ãno dñi. 1457. pridie no. decẽbris. quo die aiam exhalauit: per calliſtũ papam tertium ſcõꝝ catalogo ſubſcriptus.


¶ De ſancta othilia uirgine. XXIII

OThilia uirgo a natiuitate cæca: quam patre occidere uolẽte: mater ſecreto alendã cõmiſit: in monaſterio palmæ educata: ab erardo bauariæ epo diuinitus monito: baptizata uiſum accæpit: quæ in religione proficiens: fratri de parẽtis recõciliatione & reditu ſuauiſſimas litteras mittens: ab eo: patre renuẽte & inſcio: ſuſcipitur: ex quo ita a patre cæſus fuit: ut inde obierit. Cuius obitu cõmotus pater othiliæ monaſterium erexit. in quo pane hordeaceo præter dies feſtos: pelle urſi pro lecto: & pro puluinari lapide in ſumma uite auſteritate degebat. Defuncto uero patre: per ſpiritum agnoſcens: orationibus ſuis eũ a purgatorii pœnis liberauit. Et quia baptiſmatis gratia lumen oculorum habebat. Ioannẽ baptiſtã ſpecialiter uenerabatur: cui eccleſiã eidem erigere cogitanti nocte quadã ſanct⁹ apparuit magna cum luce: formã ipſius demonſtrans & menſuram: in cuius ædificatione: orationib⁹ ſuis uas uino uacuũ impleuit. Tandem finis præſcia inter cõuocatas ſorores animã deo remiſit. Cuius nutricis dextra mãma: qua othiliã lactauerat: trãſactis iam obitus eius. 80. annis: integra eſt inuenta.

¶ De ſancto ſabino epo & martyre. XXIIII

SAabin⁹ epꝰ mediolanenſis beatæ catharinæ deuotus fuit. qui cuꝫ theodoro abbate caſſinenſi: uiſitato dñi ſepulchro ad montẽ ſina adiens a ſæuiſſimo turcoruꝫ duce a ſoldano redeunte capiẽ: & eius familia trucidata: ipſi & theodoro catharinã inuocantibus mutilanẽ membra: qui ob ignominiam ipſo duce comitante uehunẽ ad catharinæ tumuluꝫ: interim expirauit theodorus: & ſabinus: ut ualuit exhibitis precibus ſanatur. & mutuo a beata catharina ſuſcipit linguaꝫ græco latinoq; idiomate pitiſſimã: & inſuper anulum cuꝫ carthula in trib⁹ lineis aureis litteris hæc ꝓtinente. Sabine hæ ſunt inter me & te ſigna dilectionis ꝑpetuæ. Fecit tibi meritum ingens dolor: faciet tibi gaudium uehemens amor. Ducem baptizabis: ſanus ad propria remeabis. ſicq; decennio expleto laudabiliter mecum eris in cæleſti palatio. Tunc peractis: quæ præcæperat beata catharina ſuſcitatur abbas: qui b⁹ uiſis baptizatur dux: & uenditis omnibus: portione facultatis ibidem relicta: reſiduũ cum epiſcopo & abbate ſecum romã aſportauit: & conſtructo monaſterio: quæ dicitẽ aula dei: in honorem beatæ catharinæ: monachali habitu in monte caſſinenſi quoad uixit: chriſto deuotiſſime militauit. Sabinus uero peracto decennnio: deo ſpiritum efflauit: quo ſine lingua reperto: nemo ambigit: quin ab eo beata catharina mutuo dataꝫ exægerit. In quorum fidem anul⁹ & carthula apud mediolanum uſq; in p̃ſens ſeruanẽ.

331





130

Catalogus sanctorum.